

Handwritten text in a rectangular box, possibly a stamp or label. The text is faint and includes the number "253" at the bottom.


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

Handwritten mark resembling a stylized "D" or "G" with a vertical line through it.

Handwritten word, possibly "myself".

R-9542

B




MVSA

PAVLINÁ ALVA
 RI GÓ MEZ. Ad
 beatissimū patrem
 Clémentem Sep
 timum Pon
 tificē Mas
 ximum.

Non indiget annotatione

. M.DXXIX.

+ Del Colegio de la Santa Cruz de Granada
 Ap. del Sr. de ...



BEATISSI-

MO PATRI CLAEMENTI

Septimo, Pontifici Maximo,

Aluarus Gomez post

debita pedum

oscula.S.



VSCIPE BEATISSIME PATER, hilari vultu, quo bonas artes soles, hanc Paulinam Musam. Nec illam tua correctione perficere, nec tui favoris clypeo munire dedigneris, modo illud quod in fronte pollicetur, id est, illibatam ferat Pauli doctrinam. Debes fauorem Paulino nomini, qui successor es Petri, debes et tibi ipsi. Nam quod ex me autore uideri potest indignum, ob hoc saltem preciosum futurum est, quod dicatum est tibi.

¶ MICHAEL DEEGVIA

typographus ad lectorem.



VI MUSAE PAULINAE ARTIFICIUM scire uolet, exanimareque, an aliquid sentiat extra Paulum, postquam interpretum decreta consuluerit, conferat cum textu, qui positus est in margine. Nouerit tamen quod ipsius Pauli oraculum interdum precedunt uerba expositionis, quandoque subsequuntur, ut facilius apostolici dogmatis intelligentia esset, ac tenor epistolae officij perduraret.

AD RHOMANOS.

Fol. 1.

MVSA

PAVLINA, HOC EST, EPIS-

tolae Pauli Apostoli, cantatae per Al-

uarum Gomez, atque Ele-

gis uersibus inter-

pretatae.

MVSA PAVLINA IN

epistolam ad Rhomanos.



Aulus perpetuae referens noua gau-

dia uita,

Coelesti uerum doctus in arce bo-

num,

Rhomanos proceres, aeterna pace, saluto,

Sit decus, et populo gloria uera pio.

Permaneat patribus rerum data summa latinis,

Regnet ut in passio Martia Rhoma deo.

Iam diuinus amor nos colligat, omnibus unus

Est pater, et natos uult simul esse suos.

Vera decet pietas magnam non fabula Rhoman,

Quid tibi, cum falsis candida turba uiris?

Heu Rhomanus eques, uoci succumbet inani?

Et ruet indignis uicta Minerva dolis?

Ne tamen hic timeas Paulinae carmina dextrae,

Quae legis, a domino missa legenda meo.

A 17 Occi

Tertus Pauli Apostoli secundum vulgaram editionem.

Paulus.

Seruo Jesu Christi

Uocatus Apostolus. O cecidit illa uetus precioso litera partu.
Saulus obit, uiso lumine, Paulus adest.
Pone metum Sauli, Paulo dictante, recessit
Pristina nox, flammis luce ferente nouas.
Errabam fateor, nocturnaq; signa sequebar,
Sed mihi iam recta dat deus ire uia.
Optimus omnipotens horrenda furoribus antra
Rupit, & ad radios hæc leuat ora suos,
Non humana loquor, qui condidit omnia fando,
Me iubet in stygios bella mouere deos.
Segregatus. Vnus, & ardentem dominans qui sustinet orbē,
Spirat, & afflatu me mouet ipse suo.
Christus, & arcano selectum flammifer cestro,
Me citat, & dictis dat sua tela meis.
In Euāgelium dei q̄
ante promiserat. Ille mihi hanc uocem, qua te Rhomane uocarem,
Credere mihi, uerbum credidit ille suum.
Per Prophetas su-
os i scripturis Sāctis. Et quæ promisit per sacros ante Prophetas,
O bonitas, oculis dat quoque uisa meis:
Vox pia sum uerbi (ne me contemne) beati.
Præconem summi suscipe Rhoma dei.
De filio suo. Suscipe promissum, Davidis semine, uerbum,
Quo pater electum destinat ante uirum.
Qui factus est ei ex se-
mine Dauid secundū
carnem qui prædesti-
natus est filius Dei in
virtute. Ut uirtute potens domini sit filius alti,
Et pariat populum uirq; deusq; piū.
Secundum spiritum
facificationis. Hic hominis, natusq; dei, uos flumine sacro.
Lauit, & optatam pandit in astra uiam.

Et sic

Et simulac puido surrexit uiuus ab Orco,
Dirigit ad uitam pectora uestra nouam.
Hic est, qui castas, foelici nomine, mentes
Vngit, & à coelis chrisinata Christus habet.
Hic unus, qui cuncta creat, mundumq; reformat.
Quo data doctori, luxq; fideq; mihi.
Dat pius hic nostris præsentia numina uerbis,
Surgat ut à somno maxima Rhoma suo.
Iam Cybeles partus, Saturnia linquite regna,
Linquite Dardamios, nomina uana, deos.
Iam neq; Rhomanas Iunonis cura calendas,
Nec Vesta æternos uendicet illa focos.
Desinat & Moses duos inferre capistros,
Terrere, & uarijs colla superba minis.
Secedant penitus ueterum monumenta laborum,
Iam bonitas flammis emicat alta suis.
Lux patet, ecce deus, mentes effusus in omnes,
Efflat, amans uerum cuncta sub ora iubar.
En deus ad fontē, proprio uocat agmina uerbo,
Quid bibis à putrida Dardane miles aqua?
Ad sua sceptrā uocat, tantum ne obsisse uocanti.
Præuius in castris militat ille suis.
Ne diffide duci, sæuum domat ille tyrannum.
Mors cecidit uiui funere uicta dei.
Calcatumq; patrem stygie fluere sorores,
Et data sunt uero tartara præda uiro.

Ex resurrectione mor-
tuorum.

Jesus Christi dñi nři
p quē accepimus gra-
tiam: & Apostolatū.
Ad obediēdum fidei
in omnibus gentibus
pro nomine eius.

In quib⁹ estis: et vos
uocati Iesu Christi.
omnib⁹: qui sunt Rho-
mæ dilectis dei uoca-
tis Sanctis.

Gratia vobis: et pax a
deo patre.

Mortuus & princeps ut totus uiueret orbis,
Surgens dat famulis sur gere posse suis.
Surgit, & affixis nos uectat ad astra lacertis,
Si uolumus ueri signa tenere boni.
Surgamus sur gente deo, quæ gloria Rhomæ
Figere de uicto bina trophæa dolo?
Hactenus Eoos scindebant pila maniplos,
Et tuus occiduo Marte micabat honos.
Hactenus & rigidos fregit tua dextra Sicabros,
Quodq; sub Arctoo clauditur axe gelu.
Vicisti motus Lybiæ sitientis iniquos,
Sed tibi non totus subditus orbis erat.
Irrisit Babilon Aquilas, irrisit O rontes,
Risit & Orchemia, uersa sagitta manu.
Te quoq; quod puduit, uitijs seruire nefandis
Vidimus, ad uanos perdere thura deos.
At tua nunc uirtus terris tenet astra subactis,
Ut tuus in cœli culmine regnet amor.
Nunc tibi per Christum pleno uictoria cornu.
Pax uiget, & seni dæmonis arma iacet.
Pax micat, ætherei pax bello parta magistri.
Pacem amat, illapsi qui gerit arma dei.
Pax Rhomæ, pax Christi, acres quæ pcutit hostes,
Carnem, animum, uoto quæ ligat una pio.
Non ea, quæ prisca clauderat limina Iani,
Prostituens Phrygijs Martia tela Iocis,

Non

Et domino nostro Je
su Christo.

Non ea, collapsa iacuit quæ diruta templo,
Cum peperit natum uirgo Maria deum.
Quum spes falsa ruit, uani siluere tumores.
Vrbisq; uidet saxa grandia signa suis.
Sed quæ armata deo fallacem territat hostem,
Et furijs ambas obserat una fores.
Quæ facit, ut quæquæ grauibus cõstricta catenis,
Nil nisi cœlestes mens meditetur opes.
Hanc tibi det Christi de sanguine nata perempti
Gratia, quæ charis excubat una uiris.
Gratia, quæ uiuo dispensat lumina flatu,
Præueniēs, motus adiuuat atq; pios.
Sed tamen æternas humano sanguine uires
Quis dedit, ut populos abluat ille reos?
Quis dedit occiso uitam præstasse deisq;
Astygijs captos eripuisse uiros?
Quæ rogitas, discenda fide. Sed cernere uerum
Si cupias, foelix hac quoq; parte potes,
Primum opus est, credas illi, qui fallere nescit.
Sola fides oculis dat bona uera tuis.
Solue oculos castos, & si potes, aspice numen,
In promptu uerbum cuncta regentis habes.
Cernis ut à prima procedunt cætera causa,
Pendet ut à domino machina tota suo.
Virtutesq; omnes ut sustinet optima uirtus,
Ut genitis uires det bonus ipse parens.

A. iij Firma

Firma fides, claro librantibus omnia sensu,
 Lumina dat, ueri penè uidenda boni.
 Hæc siquidē, haud dominis cōstaret machina mul-
 Nec poterat paruus tanta creare deus. (tis,
 Vnus & omnipotens motus & temporis autor,
 Nos creat: & plena luce gubernat opus.
 Sed quia non fato, merita sed morte, peribat
 Turba hominum, nec qui uiueret unus erat,
 Censuit autor amans tristes inuisere terras,
 Ut medicus, lapsos & reparare uiros.
 Adueniensq; iubar tenebris effudit ademptis,
 Asserit & cunctos hostis ab ore reos.
 Semine Iesseo corpus tulit utile nobis,
 Quo posset saluo numine, carne mori.
 Et quanquam duro restabant numina ferro,
 Pertulit iniustam uirq; deusq; necem.
 Quiq; sacer sanguis domino defluxit ab uno,
 Hæc peperit ueris pignora summa sacris.
 Nec precium deducit humo, sed numine sanguis,
 Corpore nam uiui funditur ille dei.
 Funditur, & fundit charites, gignitq; sub undis,
 Lumina, quæ afflatis dat pater ipse uiris.
 Nulla sub ambiguis Phœnicum somnia uerbis
 Dicimus, aut Græcis fingimus acta rotis.
 Testis adest Solymus (ne dicam cætera) campus,
 Quo moriens, sacro sanguine tinxit humum.
 Hinc ge^o

Hinc gelidi cineres in corpora prima redacti,
 A quibus est magni nuncia fama dei.
 Viuit ad huc frater, gelidis excita sepulchris
 Turba, probans Christi robora summa mei.
 Quid referam à nostris miranda fidelibus acta,
 Et bona quæ Iesu nomine mundus habet?
 Aspice, Christiano uincuntur tartara signo,
 Et uitæ lignum, funus & umbra tremunt.
 Non uidē, ut uarijs resonet charis ignea linguis,
 Ut spirent uiuum uiscera nostra deum.
 Ut iaceat cunctis rabies delusa ueneni:
 Et serpens morsu langueat ipse suo.
 Romulidæ proceres tranquillo credite Paulo,
 Talia qui nollem credere, Saulus eram.
 Sed dominum cœli, manifesta q; numina uidi,
 Estq; fides oculis per uia facta meis.
 Quid dubitē, cui numē adest, quod uota secundat?
 Aut tu, cui signis est data uita meis?
 Exterior noctem & radios: testorq; peremptum
 In Christum: falsos nil potuisse deos.
 Sume fidem, manifesta cano: manifesta canenti
 Præbeaures animo Dardana Rhoma pio.
 Non tibi in Albana, quæ cogitat Emius umbra
 Tradimus, aut Latijs sacra pudenda uiris.
 Inspice quodcumq; est, postquā deus edidit orbē:
 Cuncta uides Christi signa tulisse mei.
 Signa

Signavit Sol factus cum, terra, unda, poluſq;
 Et multa arcanis ſigna dedere notis.
 Scilicet is mundi finis fuit. ut bonus autor
 Accipiat ſanctos in ſua membra uiros.
 Huc magnum tendebat opus, quod patris imago
 Det ſibi ſuſcepto cuncta ligata uiro.
 Hoc, natura parens, teneris naſcentibus, unum
 Impreſſit, uarijs pinxit & illa modis.
 Huc legis properabat honos: & turba parentum
 Texerat, in ſacris Chriſtea ſacra ſuis.
 Hæc ſunt Aethereis expreſſa furoribus, hæc ſunt,
 Quæ cecinit multis ueſtra Sybilla locis.
 Abramidae uates, & cætera turba uidentum,
 Quid niſi ſit dominum uaticinata meum?
 Sed bene, quod charitè ſequeris pia Rhoma fidelè,
 Iamq; referſ uerum, pectore, & ore patrem.
 Gaudeo quod totum fulget tua fama per orbem,
 Viuis & in uiuo Rhoma beata deo.
 Laus Chriſto, qui fundit opes, animoſq; uolentes.
 Luſtrat, & in factis fertq; animatq; bonis.
 Depulit à mutis qui numina falſa metallis,
 Datq; lubens regni pignora tanta pijs.
 Nam me uitali, ſic qui mouet, adiuuati igne,
 Diligo uos paſſo membra renata deo.
 Hoc precor, & dominum uobis ut conſulat ipſum:
 Et pluat in campos quo ſolet imbre ſuos,

Quo

Primum quidem gra-
 tias ago deo meo per
 Jeſum Chriſtum: pro
 omnibus uobis: quia
 fides ueſtra annucia-
 tur in uniuerso mûdo.

Testis enim mihi est deus:
 cui ſuis in ſpiritu meo et
 in Euangelio filij eius: et
 ſine intermiſſione me-
 moriam facio ſemper
 in orationibus meis.

Quo ſolet in mentes tacito deſcendere lapſu,
 Adſit, ut Empyreas ebibat unctus aquas.
 Et mihi, ſi fuerit coram data copia fandi,
 Contingat focijs tradere dogma pijs.
 Ut ualeam uerum tenebris oſtendere pulſis,
 Et charitem, iuſti grandia facta dei.
 Grandia, cum Saulo furioſas temperat iras.
 Datq; reo nati ſigna gerenda ſui.
 Nec uolumus Chriſto cõiunctum tradere Moſem,
 Iam ſterilis, uiſo iam ſilet ille deo.
 Hæc erit hæc, noſtro requies gratiſſima cordi,
 Si referam Chriſti dulcia ſacra mei.
 Neclariſq; cibus ſatiabimur, ipſe piorum
 Doctor, & æternum turba docenda bonum.
 Dulce nimis Paulo medicam præſtare ſalutem.
 Dulce tibi, arentem fonte leuare ſitim.
 Dulce, ſapit quodcunq; deum, quod diſtat ab illo
 Deſipit, amoto gratia nulla deo eſt.
 Viq; repercuſſo deriuat flumina ſaxo,
 Fœcundat Chriſtus uiſcera tacta bonus.
 Ille boni ſummam dextris effundit apertis,
 Excubat ad portas nocte dieq; tuas.
 Hunc ego (nam radios placuit diſſundere ſoli)
 Ut mihi, ſic notum gentibus eſſe uelim.
 Nec retinere queo quæ ſunt mihi tradita, cunctis.
 Debeo ſuſcepti ſigna referre boni.

Cuncto

Obſecrans ſi quomo-
 do tandem: aliquando
 proſperſi: iter habeam
 in uoluntate dei uenire
 ad uos.
 Deſidero enim uidere
 uos: ut aliquid impar-
 tiar uobis gratiæ ſpiri-
 talis.

Ad confirmandos uos:
 id eſt ſimul cõſolari in
 uobis: per eam quæ inui-
 cem eſt fides ueſtra:
 atq; meam.

Nolo autem uos ignora-
 re fratres: quia ſepe pro-
 poſui uenire ad uos: ut ali-
 que fructus habeam in uo-
 bis: ſicut et in ceteris gentibus.

Græcis ac Barbaris
sapiētibus: et insipienti-
bus debitor sum.

Ita quod in me præcipiti
est: et vobis qui Rhoma-
næ cistis Euāgelizare.

Non enim erubescō
Euāgelium.

Quir enim dei est: in
salutem omni credenti.

Cunctorum deus est, cunctis expendit in æuum
Dogmata: vult gratos, quos uocat, esse uiros.
Me iubet in cunctos æterna refundere dona,
Quæ proprio ueri numinis ore tuli.
Nec modo iam Græci, sed uerū Barbara lumen
Plebs habeat, suo cuncta per ora deo.
Et fontem Nilus, pontem indignatus Araxes,
Hauriat à Paulo dogmata sancta suo.
Debetur cunctis Christus, doctosq; rudesq;
Numinis ad mensas, ad pia regna uoco.
Atq; Romuleis accendere lumina castris
Fert animus, uotum, uitaq; uestra, meum est.
Fert animus lemures Rhomana expellere pompa,
Detegere & seui furta nefanda doli.
Nec Veneris Latium, cui seruit purpura, ferrum
Deterret lingue robur & arma mee.
Durius est ferro uerum: uiolentius auro,
Nec timeo uanos dilacerare deos.
Nec pudor est nobis, hominē cantare peremptū,
Viuat, & in Phrygiis ius habet ille patres.
Elysijs, Erebo, lymphis, terraq; poloq;
Regnat, & ad placitū temperat astra suum,
Insanus Christum cōtemnit, & impius ahnum,
Nec capiunt clarā lumina cæca diem,
At qui se puro totum concessit amori,
Seruat, & uniti pignora sancta dei.

Huic

Huic Christus uita est, lumen, uirtusq;, deusq;
Utq; pater gnato dat bona cuncta suo.
Dat (namq; ille potest solus præstare) salutem,
Quam Moses chartis non dedit ante suis.
Non Plato, non etiam uestris inuenta metallis.
Danda nisi à Christo non erat illa meo.
Hic princeps pacis, Solymos, Græcosq; recepit,
Nec negat aduersis ubera sancta uiris.
Ecce pio in cunctos dat sanguine pharmaca mor-
Vnus, & illustrat pectora cuncta parēs. (bos.
Hactenus errantes finem posuere salutis,
Iusticiam uarijs & sine fine modis,
Nunc liquet, à solo ueram descendere Christo
Iusticiam, ac ueri lumen opesq; boni.
Nam neq; iusticiam, cæsis præstabat ab hœdis,
Moses: nec falsi fabula uana Iouis.
Sed Christiana fides, oculis pulcherrima castis,
Insontes passo nos facit esse deo:
Non opus est posthac alios audire magistros,
Qui tingant suis melle uenena dolis.
Vita, fides iusto, Christusq; est uita, fidesq;
Iusticiam si uis querere, quære fidem.
Inq; fide Christum: Christo tenet omnia fidens,
Non cupis in sola cuncta tenere fidem.
Hanc uates uidere fidem, ne friuola dicas,
Aut noua per Paulum uerba notata tuum.

Ecce si

Iudæo primū: & Græco

Iusticia enim dei.

In eo reuelatur.

Et fide.

In fidem.

Sicut scripti est. **Iu-**
sus autē ex fide viuit.

Reuelatur enim ira
dei de celo super om-
nem impietatem: et in-
iusticiam hominū: eo-
rum qui veritatē dei in
in iusticia detinent.

Ecce fide iustum uicturum dixit Abacuch,
Dixere afflati principis ore uiri,
Non ne uides fidei clarissima gesta beatæ?
Hæc est quæ terram despicit, atque polum,
Hæc Erebum stygiosq; duces, noctisq; furores
Calcat: & elusi dæmonis arma terjit.
Aspice sub plagis teneras cantare puellas:
Afidei tantum robore robur adest.
Aspice quam subito uir scandit in æthera saltu.
De fidei factis uix queat esse fides.
Sed qui uirtutem suspensi agnoscit Iesu:
Sentit opes magni nomen & arma dei.
Salue sancta fides, diuini mater amoris.
Tu requies nostris uita, salusq; animis.
Sancta fides, tu das epulis accumbere diuum:
Detegis & summi dulcia regna boni:
Hactenus illa dei iustissima dextera magni,
Sæpe tamen prauum dissimulabat opus.
Nam nec adhuc pietas rutilos ostenderat axes,
Nec ueri callem dixerat alma fides.
Nunc quia iā summū dominus patefecit amorē,
Est & humus magni sanguine tincta dei,
Peccantes poena alta manet, plecentur iniqui,
Quod ducis, heu, notam deseruere uiam.
Hactenus erranti fuerat donabilis error,
Iam tamen, heu, nimium ponderis error habet.

Qui

Quicadit intenebris, cuncto est miserabilis orbi,
At pudor huic, medio si ruat ille die.
Nam quanquam sensu deus est nō cognitus ullo,
Nec capiunt summum lumina nostra bonū,
Sed tamen & factis bonitas lucescit in ipsis.
Monstrat & autorem machina uisa suum:
Et uelut in speculo datur aspiciendus, & unus
Cernitur in factis conditor ipse bonis.
Et quia sic fecit, sic & quia sustinet, ipsum
Indicat innumeris se deus ipse notis.
Indicat ipse ipsum, qui cætera condidit, ecce
Hoc pia lux radijs noscitur orbe suis.
Suspice deffluxum, tranquillo à principe, motum,
Utq; uenit noster patris ab igne calor.
Viuentes animas, æterno in principe, sentis
Viuere, quæ uiui sunt tibi signa dei.
A uerbo uitæ uita est: quod conspicias omne,
Principis, & domini fert monumenta sui.
Estq; potens uirtus, ipsis manifesta creatis,
Et licet ignotum cernis adesse deum.
Cernis, & ante oculos lucent pia numina claros,
Lux datur, & dono summa uidentia suo.
Hæc super, & sanctis, uia recta ostēsa, prophetis,
Qui domini ad populum dona tulere suum.
Quin etiam & Christus diuini regna parentis
Ostendit, miris magnus ubiq; modis.

Ergo

Quia quod notū est
dei manifestum est in
illis.

Deus enim illis mani-
festauit: inuisibilia enim
ipsum a creatura mani-
festat: per ea quæ facta sunt
intelligētia cōspiciuntur.

Sæpiterna quoq; eius
uirtus et diuinitas.

Ita sint inexcusabiles.

Ergo & peccantem rabies, ergo ira sequetur,
 Quam pater ad ueras ante uocavit opes.
 Naturæ uitio non mens prolapsa, sed error
 Improbis, electis nascitur iste malis.
 Sponte iacet somno facies auersa sub alto.
 Frigidæq; est, Solem quod fugit illa piæ.
 Solerat in campis, quo mens excita caleres.
 Sed placuit uotis torpor & umbra tuis,
 Propterea iudex iram declarat acerbam,
 Motus in ingratos numinis ore uiros.

Quia cum cognouissent Deum: non sicut deum glorificauerunt.

Qui licet effusis cognorint numina flammis,
 Tempserunt domini nomen opusq; sui.
 Et confessa deum non summi regis honorem
 Mens dedit huic, stygijs semisepulta dolis.
 Nec uoluit sancto grates egisse parenti,
 Sed furit. heu, donis facta superba sacris.
 Hinc sapiens stultus complexis perditur umbris,
 Vanescuntq; oculis prodita corda reis.
 Nec satis hoc, cæco sed turpiter acta furore,
 Confiungunt luteos ad sua uota deos.
 Gensq; oblita dei, qui condidit omnia magni,
 Obseruat dextris numina facta suis.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: et uolucrum et quadrupedum et serpentum.

Quoq; magis stupeas, ara est ornata uenenis,
 Serpentes foedis & coluere sacris.
 Hinc canis ille potens Pharia latrator in urbe,
 Quæq; suo Nilus uortice monstra uehit,

Hinc

Hinc homines miseri nummos reuerenter adorant,
 Et sunt pro summo fulua metalla deo,
 Has deus ob causas uitij iratus auernis
 Permisit duris colla terenda malis.
 Concessit dignis durissima corda flagellis.
 Datque feris uastum pestibus esse locum.
 Præcipitesque animos accensæ tradidit iræ,
 Vt pereat uotis improba turba suis.
 Hinc rea mens uitij duris astricta catenis
 Labitur & propria scinditur ipsa manu.
 Nunc Veneri immundæ, nunc toti militat orco,
 Inficit & probris corpora lesa suis.
 Et merito, nam uana ducem contempsit imago
 Verum, & uiuentem gnata superba patrem.
 Debet & imperium rabidi lugere tyranni,
 Qui spernat summi regna beata boni,
 Quique animi ualuas cœlestibus obstruit euris,
 Et fugiens uite gaudia, finus amat.
 In sua qui notum mutat mendacia uerum,
 Et colit expulso numina falsa deo.
 Cui regnum sine fine potens, intermina uirtus,
 Et decus, & pleno lumine uerus honor.
 At deus hos proprijs furis dimisit edendos:
 Carnis & obscenæ uilia monstra pati.
 Hinc plagæ uenere graues, hinc turbidus horror,
 Hinc scelera humano non bene digna sono.

B Hinc

Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelios afficiant corpora sua in semetipsis.

Quia conmutauerunt ueritatem dei in mendacium, et coluerunt et seruierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in seculum. Amen. Propterea tradidit illos deus in passionem.

Flam fœmîng eorum Hinc muliebre cabos, hinc usus ausa uiriles
 imitauerunt naturale Fœmina, diuersis masque puella modis.
 usum in eum usum q̄ Hinc sceleris merces proprium uiolare tenorem,
 est cõtra naturã/ simili Et foeda in putrido mergere rostra salo.
 ter aut r masculi relicto naturali usu fœmîng
 ne exarsit in dẽside Nam decuit iustum tenebrosa relinquere corda.
 riis suis in inuicẽ mal Post culpam damni damna subire sui.
 culi in masculos turpi tudinem operãtes. &c.

Et sicut non probaue runt deũ habere in no ticia.
 Sic scelus a scelere est, a crimine nascitur omne
 Crimen: seua sui præmia crimen habet.
 Sic crudele nefas admissis pleclitur ipsis,
 Pungit & autorem culpa secuta suum.
 Et quoniam nouere deum, notumque relinquunt,
 Ac fugiunt flammã lumina torua piã,
 Iustum erat obtuse uires marcescere mentis,
 Duraque peccatis corda perire suis.

Tradidit illos deus i reprobi sensum. ut fa ciant ea que non con ueniunt repletos om ni iniquitate/ malicia/ fornicatione auaricia nequicia plenos/ inui dia homicidiis cõten tiõne dolo malignitate sussurões de tractores deo odibiles contumc lios supbos elatos.
 Propterea omnipotens animos est passus inertes
 Sub reprobis torta sensibus ire uia.
 Algere: & uitijs patrare furentia laxis:
 Et uarijs prauos pestibus esse duces.
 Hinc scelerum sentina uiros sub nocte iacentes
 O bruit: & terre perfidus urit amor,
 Scorta, Venus, fraude, auri scelerata cupido,
 Liuor, & a stygijs cruta rixa locis,
 Hinc odisse deum, patresque incessere dictis
 Venit, & infernos temere sacra uiros.

Inuicẽtores malorũ. &c. Hinc furor, hinc rabies, hinc est uia nata nocendi,
 Sub terre affectu iusque piũque iacet,
 Ab mi

Ab misero nescisse deum præstasset amicum,
 Sic nocet õstensum deseruisse bonum.
 Præstasset nõ nosse illum, quã linquere, magnum
 Quem duri ultorem criminis esse decet.
 Væ, quem carnis amor, quem terrea uota fatigãt.
 Est equidem a iusto pœna parata deo.
 Nec poterit qui cuncta potest saluo ordine iustos
 Deserere, aut duris mente fauere malis.
 Est & enim domino suprema potentia summo,
 Libet & omnipotens quod uelit ille potest.
 Nec tamen iniustis lædit sua numina factis,
 Ius erit hoc, quicquid uult bonus esse pater,
 Non tamen ille uolet, uitijs durata nefandis
 Quod ualeant iusto corda placere bono.
 Ergo age iam, sensus uitijs auerte relictis,
 Demens, qui telis læditur ipse suis.
 Quin etiam a socijs oculos auerte pudendis,
 Ne sit ut auctori, culpa luenda tibi.

qui cum iusticiam dei cognouisset non intellexerunt. quoniam qui talia agunt digni sunt morte;

Non solum qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus.

CAPVT SECVNDVM.

Nec tamen elatus fallaci pectore iudex
 Fraternalis censor criminis esse potes.
 Est deus omnipotens totum qui iudicat orbem,
 Qui parat in cunctos fulmina iusta reos.

Propter quod iustus et iudicialis es. o homo omnis qui iudicat in quo est aliter iudicatus te ipsum condemas/ eadem enim agis que iudicatus.

Scimus enim qm iudicium dei est secundū veritatē in eos qui talia agunt.

Horrida decussis plexurus crimina terris,
Iudicium extremo deteget ille die.
Tu concede patri damnandaque monstra remitte,
Sat tibi, ni iusti te ferit ira dei.
Qui dānat socium, tunc se quoque iudicat ipsum,
Cum sua sit simili labe cruenta manus.
Dumque notas oculo festucam fratris in albo
Ipse tuo iudex turpia lingua tenes?

Existimas alicuius o homo ois q iudicas/cos qui talia agunt r facit ea qz tu effugies iudicium dei.

In sociopitium uerbis ingentibus horres,
Et tibi tam iusto, nil nisi terra placet?
Te ne licet populis fictum ostētare magistrum,
Si luctum obscuro pectore cecus habes?
Nun tibi cum pœnas homini det frater & ipse
Non dabis irato brachia uincta deo?

An diuitias bonitatis eius r patientie r longanimitatis contēnis?

An ga dissimulat minor est deus, an quia prauum
Te tolerat, iustas non habet ille manus?
Contemnis patientis opes, ridesque tacentem,
An ne putas uisum quod probat ille malum?
Nō fauet ille reis, strictum sed temperat arcum,
Plus ferit a tarda missa sagitta manu.
Expectat te blandus amor, cui displicet error,
Et citat ad summum, si uelis ire, bonum.
Imitat, mitisque parat reuocare nocentem.
O si uox placidi sit tibi grata dei.
O si animus supero tactus respiscat amore
Hic tuus, ut dominum mēs petat alma summ-

Sed

Sed miser heu potu nunquam satiatus amaro
Inuertis dextere munera sancta pie.
Et diuina tuum facta est patientia damnum,
Cum tanta nunquam uoce rogatus ades.
Nanque uocans tacito miserum clementia motu,
Et bonitas charis quæ parat astra uiris,
Illusa, ad plagas eternam prouocat iram,
Et pietas duro iusta nocente filet.
Sic uires iræ cumulas, nomenque furori,
Maius & abiecto numine crimen habes.
Nec tibi terra fauens risu te fallat in isto,
Nam miserum finem gaudia falsa ferent.
Criminibus sua poena manet, meritisque corona,
Vtraque per iustum certa futura deum.
Noxque reos eterna manet, qui noctis amore
Sunt ausi oblato terga dedisse bono.
Omnibus ex æquo mors delinquentibus instat,
Dura quidem Græcis, durio Abramidis.
Nam quibus ante alios fecundi dona parentis
Sunt data, & hi pœnas criminis ante lucent.
Quin etiam quando summi regnator olympi
Venerit, & miris arferit unda modis,
Abramidas græcosque suo dignatus honore
Extollet primo dona priora loco.
Nam neque despiciet dominus quos cōdit, eritque
Omnibus æqua boni dextera sancta ducis.

B 3 Sit

Scdm autē duritiam tuam r impēntēs cor thesaurizas tibi iram in die ire r reuelatiōis iusti iudicij dei

Qui reddit uicē scdm opera eius his q dē / qui secundū patientiam boni operis gloriam r honorē r incorruptionem querentibus vitam eternā. his autē qui sunt ex cōtentione r qui nō acquiescūt ueritati credūt autē iniquitati/ira r indignatio/tribulatio r angustia in omnem animā hominis operātis malum. iudex primū et græci. Gloria autē r honor r pax oī operātū bonū iudeo primū r græco/ nō enim ē acceptio psonarum apud deum.

Sit quicumque, dei laeta regnabit in aula,
 Si modo caelesti seruiat ille patri.
 Et sine lege furens etiam sine lege peribit,
 Et reus in legem lege premente ruet.
 Non satis est uidisse uiam, non gesta piorum,
 Dicere uel multo nomina sacra metu.
 Nec tibi ab audito promittas numina Mose,
 Ni legem factis exprimis ipse pijs,
 In nocui mores sanctum fecere, piūque
 Non lex, sed iusto uiscera grata deo est.
 Cor mundum deus ipse probat: pia facta uirorum
 Ille probat, quanquam sit sine lege fides.
 Hos damnat censetque reos: sub nomine legis
 Exleges: uaria quos uidet ire uia.
 At qui nec legem domini nec fœdera norant,
 Pura tamen puro corda dedere deo,
 Hos fouet in gremio cōmunis conditor amplo,
 Et grati uero sunt sine lege bono.
 Lex siquidem placet his signo percepta parentis,
 Quodque boni lumen corde sequuntur habet.
 Nec referunt legem tabulis, sed mentibus: hisque
 Pro lege & syrio iudice uermis adest.
 Pectore uermis adest, actusque accusat iniquos:
 Accusant factis conscia corda suis.
 Ergo illis/ quanquam Mosi præscripta latebant,
 Lex fuit illapsi lumine nota dei.

Quicumque enim sine lege peccauerit / sine lege peribit / et quicumque in lege peccauerit per legem iudicabuntur.

Non enim auditores legis iusti sunt apud deum

Sed factores legis iustificabuntur.

Et enim gentes quae legem non habent. naturaliter ea quae legis sunt faciunt et in domino deo legem non habent

Ipsi sibi sunt lex.

Qui ostendunt opera legis scripti in cordibus suis.

Testimonium reddite illis conscientia ipsorum. et inter se inuicem cogitationum accusantur aut etiam defenduntur.

Ergo

Ergo & iudicium prauos expectat acerbum,
 Cum petet iratus pensa seuera deus.
 Cunctorumque oculis precordia cuncta patefcēt,
 Et sceleris poenas pectora aperta dabunt.
 Iudicium christo tribuit deus, ille furore
 Terrifico turbas pellet ad antra reas.
 Nunc seruator adest, nunc gratia, seruidus olim
 Iudex: ne passum despice Rhoma deum.
 Respice, castrati non est haec fabula coeli.
 Non sunt ad Phrygios somnia uisa lares.
 Non est, quem uestri dixere promethea uates
 Terrea flammato uasa animasse luto.
 Non sunt a uiclo nascentia numina ponto
 Haec, nec ab Herculeis tracta uenena sacris.
 Non hoc, diuiseram docuit quod graecia Rhomā,
 Sed uerum, ueri quod fuit ore boni.
 Quod me per iesum docuit pater ipse beatum:
 Qui mihi dat socijs dona ferenda meis.
 Nanque simul cuncti sumus almo sanguine loti:
 Et medicus miseris omnibus unus adest.
 Quid iudea furens solymos ostentat honores?
 Et sibi sub legis nomine tota placet?
 Quid te nosse uiam iactas uir perfide rectam?
 Erigis & noto grandia colla deos
 Teque putas regem, quia sit tibi dicta uoluntas
 Principis, & magui cognita iussa dei?

In die cum iudicabit deus occulta hominum.

Secundis euangelis meum.

Per iesum christum.

Sicut autem iudeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo

Et nosti uoluntatem eius.

B 4 Quod

Et pbas vtiliora stru-
tus per legem,

Confidis te esse ducē
cecorum: & lumē cōsi-
q̄ in tenebris sunt eru-
ditore insipientiū ma-
gistrum infantis habē-
tem formam scientig &
veritatis in lege.

Qui ergo aliti doces/
te ipsum non doces.

Qui pdicas nō furan-
dum furaris/qui dicit
non inechandum me-
charis.
Qui abominatis ido-
la. sacrilegium facis.
Qui in lege gloriaris
per p̄uaricationē le-
gis deū inhonoras.

Quod mala dignoscas quæ sunt fugienda, sciasque
Verum iter, & claris castra sequenda uiris.
Grandia sub tenebris ostendere lumina dicis:
Et te doctorem fratribus esse tuis.
An ne putas fratri quod te rex præferat illi,
Cui non sunt dulcis lumina uisa patris?
Qui nec uerba dei, nec purum noscit amorem
Nec sentit uitam morte latere sacram?
Falleris, hoc potius seruum te damnat inertem,
Quod bona cum tuleris maxima: nulla refers.
Cernenti solem tibi gratior umbra, decusque
Deseris & domini classica nota tui.
Quid decor iste tuus quo cristas erigis altas?
Hos regis: ast animum non regis ipse tuum?
Dumque doces alios, miserum te morbidus error
Prostrabit in somno tartara grata tuo.
Damnanti Venerem sceda est tibi grata libido?
Condemnas fures, & tibi furta placent?
Irrides simulacra deum, sed perditus ultro
Sub uitijs multos heu, colis ipse deos.
Quid data lex prauis, aut quæ tibi præstat honorē?
Si bene quam laudas impie non sequeris?
Si tua uox aris superos dum cantat amores,
Mens petit infernos ebria sæce lacus?
Dedecoras dominū, monumētāsq̄e polluis alma,
Dum uanum abiectō numine nomen habes.

Et quā

Et quāuis christum non est tibi lædere magnum,
Viuit & eterni gloria plena boni,
At pro te iustum blasphemant per fide nomen:
Qui cernunt factis turpia monstra tuis.
Et te cum miseris uideant cessisse tyrannis:
Irrident domini nomen opusque tui.
Ethnica gēs factum dānat stupefacta magistrum:
Qui scelera in populo tot sinat esse suo
Non satis est, si templa colis, Mosenque salutas,
Nī seruus legem, lex tibi sancta nihil.
Lex nihil a moto nisi tantum uincula christo,
Aut folium flatu quod rapit aura suo.
Profuerit, puro quondam obseruata tenore,
Nunc geminum spreto dogmate crimē habes.
Nunc quoq̄ si sanctos habeat gēs barbara mores,
Hanc inter natos uult deus esse suos,
Qui pure uiuit, habet ipsum legis honorem.
Hoc tantum sanctos lex petit esse uiros.
Si uitium, fugiat: christo si obtemperet almo,
Iam super hebreas ethnicus ibit opes.
Et quia nesciuit legem, uerumque secutus,
Missa tibi a iusto principe dona capit.
Te quoque, qui legis sola confidis in umbra,
Iudicat, atque tuo iam sedet ille loco.
Fructum legis habet, sed tu scelerate sub umbra
Non legis fructum: pondera legis habes.

At cha

Non enim dei p̄ uos
blasphemant inter gē-
tes sicut scriptum est

Circūcisio quidē pro-
dest si legē obserues.
si autem p̄uaricator
legis sis/circūcisio tua:
p̄putium facta est.

Sit igitur p̄putiū in-
sticiā legis custodiat/
nōne p̄putiū illiū in-
circūcisionem, repu-
tabitur.

Et iudicabit id quod
ex natura est p̄putiū
legē consumās te qui
per literam & circūci-
sionem p̄uaricator le-
gis es.

Nō enim q̄ manifesto
iudex est.

Necq̄ in manifesto
in carne est circumciso,
sed qui in abscondito
iudex est.

Et circumciso cordis
i spiritus non littera.

Cuius laus nō ex hoī-
b⁹ sed ex deo est.

At charitem, cor atque pium, uerumque decorem,
Credere mihi, nunquam lex tibi sola dabit.
Non caro sed pietas generis produxit honorem,
Sic pietas ueros efficit abramidas.
Vera fides (nulla est selectis gratia lumbis)
Hoc tibi dat iusti semen habere patris.
Teque facit christus patri succedere regno.
Non femur: hebrae non facit umbra notae.
Nec iustus gladio qui ruperit inguina: Sed qui
Diuino uitijs obstitit igne malis.
Impia corda precor duroque obsecundite mores:
Nō carnē, aduerum non trahit umbra bonum,
Nil inuauit insculptam saxi ostendere carnem:
Spiritus est iustum qui ualet ante deum.

CAPVT TERTIVM.

Quid ergo ampli⁹ in
deo est aut que utilitas
circumcisionis.

Si queras ubi sunt uelati lumina Moysi,
Qui tulit a uiso dogmata prisca deo?
Quis fructus legis, uel quid tibi scindere pellem
Profuit, aut fame pignora clara tue
Iordani lymphis gelidus si aequetur araxes,
Sitque furens fratrem prodigus ante pium?
Quid inuauit Isacidis uerum genuisse uidentes,
Ipseque per sacram secula tanta uiam?

Scilia

Scilicet est nihilum duos tolerasse labores?
Clarius aut segni danda corona uiro?
Dicimus hæc, noti non parua est gratia ueri.
Grande decus uanos non coluisse deos.
Fatidicas quercus, bullataque temere saxa,
Creditaque immensi uerba tulisse boni.
Proxima lex christo, qui senserit ante prophetas,
Sensit in his christum delituisse meum.
A lege ad christum clara est uia, nec tibi credas
Ethnice quod solymis gens tua prestat anis.
A uero seruanda fides, nam crimina cecum
Reddere, uel falsum non potuere deum.
Calcavit terram dominus, dein principe læti
Turbato imperij dat pia signa sui.
Et sceleri pœnas statuens exultat in æuum
Iusticiam, iustus sic micat, atque bonus.
Nec mala peccati/rabies læsura fideles:
Verus erit, magnus nunc, uelut ante deus.
Inquit ob hoc David: quod iustificeris in omni
Sermonem in nostris uictor amice malis.
Davidicis promissa uiris non ipse resolues:
Nulla licet populo debita dona reo.
Ob culpam nostram domini manifestior alti
Gloria cum lapsis est pius ille uiris.
Immemor & culpæ parcens pia dextera nostræ
Vincit iudicij dicta superba mali.

Multum per omnem
modum.

Quid enim quid credi-
ta sunt illis eloq̄a dei.

Quid enim siquid
illorum nō crediderit

Aliquid incredulitas
illozū fidē dei eiuscua-
uit, absit/est alit dū ve-
rax/ois alit homo mē
dax.
Sicut scriptū est ut iu-
stificeris in sermonib⁹
uis.

Et uicas est iudicaris.

Nec

Si aut iniquitas nra
iusticiam di comedat/
quid dicemus? iniquum
est deus q in-
fert iram? secundum
hominem dico. absit.
Alioquin comodo in-
dicabit deus hic mun-
dum.

Si enim veritas dei in
meo mendacio habu-
it i gloriam ipse qd
adhuc ego tanq pec-
cator iudicor?

Quid ergo? pcellim?
eos nequaquam.

Nec mala nostra deo sunt ascribenda: quod ipsa
Commendent iustum crimina nostra deum.
Est iustus iudex & iuste irascitur idem
Qui pius, en iusto conuenit ira bono.
Nec tamen Aeternus per temporis impia sacra
Debuerat uerbo rex minor esse suo.
Iuratumque decus generi seruetur eidem.
Hoc licet exitium quod mereretur, erat.
Adde quod et tunc quum ligno penderet in alto
Dat ueniam stolidis conditor ipse uiris.
Adde quod a cunctis non est eiectus: & illum:
Suscipit eluso plurima turba dolo.
Adde quod exleges & q data signa sequuntur:
Sunt nihil: est christus solus in orbe deus.
Demone prostrato christianum nomen utrisque
Conuenit: hos illis & ligat unus amor.
Omne lauat confecta nouans: aboletaque sacri
Nox fugit a radijs christe beate tuis.
Scilicet hoc sanguis fecit tuus inclyte princeps,
Et quam diuinum protulit unda latus.
Scilicet hoc munus magni meruere labores:
Hoc meruit factus uictima nostra deus.
At uos ne syry diuina ad uerba priores
Pellite de donis ethnica membra sacris.
Non est cur fratri frater se praeferat illi:
Quem genuit gremio principis una parens.
Vult

Vult nos unus amans communia fundere mella:
Mensaque non geminis christea potat aquis.
Diximus & firma est christiani gloria ueri:
Omnibus effusum cordibus esse malum.
Iudeus, Graecus, morbo languibat eodem:
Turpis & in putrido mersus uterque lacu.
Gentili morbo non est opus indice, nunquam
Audebit pictum cræta negare Iouem.
Non estum galli: non lusus Rhoma numanos:
Non quæ doctori monstrat tacenda mihi.
Ascanios uictrix toto dum tendit in orbe
Accumulat partos inscia Rhoma deos.
Bellacem populum uanis sancita lupercis
Nec puduit uero praeponuisse bono.
Ab sepe humano foedata est sanguine tellus,
Cum litat in stygijs ebria turba sacris.
Ast Hebraea cohors sceleratae obnoxia culpæ
Si fuit, a libris quos probat, illa petat.
Ecce suum crimen proprii fleuere uidentes:
Cantor & in psalmis ingemit ille suis.
Nox eadem nos migrat, ait, turpamur & oēs. Non est intelligens.
Errat & a uero foemina uirque bono.
Limus ubique grauis: turbataque lucis imago est.
Vtilis & plagis nullus in orbe meis.
Nullus honor terris, unus nisi uenerit hospes
Cuncta iacent, liber pondere nullus homo.
Nec

Causati enim sumus
iudeos et grecos oēs
sub peccato esse. sicut
scriptum est: qz nō est
iustus quisquam.

Non est requirēs deī
oēs declinauerunt si-
mul inutiles facti sunt
nō est q̄ faciat bonum
nō est vsq; ad vnum.

Sepulchrū patēs est
guttur corū liguis suis
doloſe agebant. etc.

Sciō aſit qm̄ q̄cūq;
lex loquitur his qui i
lege sunt loquitur:

Et oēs obſtruat.

Et ſubditus fiat om-
nis mundus deo.

Quia ex opib; legis
nō iuſtificabitur omis
caro coram illo.

Nec d̄m uocat ullus amans, nec numina ſentit.
Guttura ſunt turbe paſſa ſepulchra ſere
Lingua ſurit, nec litque dolos, funditque uenēum,
Ora acheronteis merſa trabuntur aquis.

Succinit huic alter ferro truncatus acuto,
Affectus populi niſi crimen amat.
Nil petitur ſeuis niſi nox ad funera notis.
In miſeros homines tanta ruina uenit.
Morbus utrumque p̄mit, ſi ſe quis praeſerat ulli,
Criſtigenis uerum non habet ille locum.

Ethnicus: Abramides ſurijs agitantur in iſdem:
Dic mihi cur ſociūm temnis inique tuum
Peccarunt omnes: atque omnes lucis a genos
Ad radios una ſuſtulit emptor ope.

Omnibus ut uero ſit fracta ſuperbia noto,
Cunctorumque pauens obſtruat ora pudor.
Ne quiſquam factis nimium ſe iactet auorum:
Nec fidat meritis ille uel ille ſuis,
Inuoluit tabo ſanies inuēnemque ſenemque.
Aſſertusque pio ſeruit uterque deo.

Mundat utrunq; potēs ſine quo genus oē, iacebat:
Nunc quoque ni uires hic det: uterque iacet.
Nota loquor. ſolymis lex obſeruata magiſtris
Reddere nec uitam, nec pia regna poteſt,
Inſontes ſolus facit albo ſanguine chriſtus,
Iuſticiam iuſtis omnibus unus habet.

Præſtia

Præſtitit hoc uſus legis cognoſcere culpas,
Dum uetat, humanum detegit illa ſcelus.
Eſt gradus ad uitam morbi nouiſſe ſurorem:
Proxima ſunt tutis uulnera nota locis.

Diſcreuit lepram lex olim umbrata, ſed ipſam.
Iuſticiam chriſti non niſi dogma mei.
Hic fidei gnatos uero bene format in uno:
Per quem iam dempto cortice ſuccus adeſt.

Iuſticiam chriſtus cœlo deduxit aperto.
Per que fidem ueris nunc datur illa pijs.
Omnibus illa datur, non hos non deligit illos,
Sed iuſtus chriſto quilibet eſſe poteſt.

Quilibet, in partes nam lux eſt ſuſa per omnes:
Vtraque gens domini uoce uocata ſui.
Communis morbus Græcis Syrijsque, ſaluſque
Omnibus eſt magni ſanguine nata dei,

Fons comunis adeſt, a quo tibi uita petenda,
Quā peperit pulchrum quod ferit haſta latus,
Quam peperit chriſtus indigno ſunere cœſus?
Non Moſes domini nuncius ille ſui

Sed placator, habēs medium, quo iungit in unum
Vtraque, ſeruatis paxque ſaluſque uiris,
Dux qui mortis opus perpeſſa morte peremit:
Miſcuit & uis dulcia mella malis.

Hoſtia pro nobis idem: ſummusque ſacerdos
Obtulit ad ſummum ſeque ſuosque deum.

Nec

Idem legē enim cogno-
ſcio peccati.

Hiſc aſit ſine lege iu-
ſticia dei manifeſtata
e teſtificata a lege & p
phetis.

Iuſticia aſit dei per ſi-
dem teſu chriſti.

In oēs et ſuper oēs q̄
credunt in eum.

Nō enim eſt diſtinctio
oēs enim peccauerunt
et egent gloria dei.

Iuſtificati.

Gratis.

Nec licet est tantus, precio donatur habendus,
Sed gratis. ueri filius iste boni.

Per gratiā ipsius per
redemptionem quę ē
in christo iesu.

Iste uiros uicta redimit qui morte, suamque
Per charitem/priscos effugat orbe dolos.

Quem proposuit deo
propiciatorē per fidē.

Qui dedit humanis optata piacula culpis:
Et ligat unito nos sua membra deo.

In sanguine ipsius.

Conciliat nos iste deo: non sanguine capri,
Non uituli, optatum iam tenet umbra iubar,
Sed proprio regnans & foelix sanguine uictor,
Qui fusus toto diluit orbę nefas.

Ad ostēsiōnē iusticię
sue ppter remissionē
pcedentiū delictorū
in sustentatione di ad
ostēsiōnē iusticię ciuiū
in hoc tempore.

Orbe nefas omni uitij terit iste peremptis,
Instituens factis optima iura suis.

Ostenditque palam diuinę robor a dextrę,
Et sacro radios detegit igne pios.

Dat ueniam miseris uastataque regna reformat
Sustinet aduersos usque uocare uiros.

At sit ipse iustus & iu-
stificans eum qui ex fi-
de est iesu christi.

Apparet natura potens æternaque uirtus,
Ante tuos oculos iustus & autor adest.

Apparet uere iustus, iustoque triumphans
Sanguine: dat lotis pallia sancta uiris.

Datque bonum semen flatu coalescere sacro,
Et uitam, uera quam regit ipse fide.

Ipsē pater fidei radios insuflat in orbem,
Sunt quibus ignoti regna uidenda dei.

Ubi est ergo gloriatio
tua?

Heus Iudęa furens ubi nunc tua gloria, quęque
Conterit enachias, dextera clara domos?

Cessas

Cessauit, postquam cunctos diuina uoluntas

Lustrat & in sacris emicat illa nobis

Per quam æterna salus gentes peruenit ad ipsas.

Iusticia & uiui lumen opusque dei.

Venit, at hæc non est antiquo tracta capistro:

Non ritu, aut tabulis hæc datur umbra tuis.

Lex noua, firma, micans, animo contenta fideli,

Nil nisi ueracem postulat ipsa fidem.

Non opus est posthac iussis onerare, miniisque

Pectora pro toto est pondere sola fides.

Sola fides satis est populis lux omnibus una,

Vt cunctis unus semper ubique deus.

Cõditor unus adest, utque est deus omnibus unus,

Vna fides, uno nempe relata deo.

Colligat hæc omnes: non hos: non separat illos:

Sed pater ut natis dat sua dona suis.

Dux erat hæbreis Moses, non gentibus, at qui

Miserat hunc sancto coepit utrosque sum.

Nec circumcisos christus, gentesque creator

Alter emit, uires omnibus unus habet.

Est unus qui portat onus, Græcosque Syrosque

Lustrat, & in fidei lumine corda mouet.

Nec damno legem: domino fuit ædita magno:

Posthac seruanti sed tamen illa nocet.

Namque dei domum quod senserat illa futurum.

Venit & expulsa nocte triumphat amor.

Exclusa est, p quā le-
gē factorū/nō/ sed p le-
gē fidei.

Arbitramur enim iu-
stificati hominē p fidē
sine operibus legis.

An iudeorū deo tantū
nōne et gentium?

Immo et gentium.

Quā: quā uno est deo
q̄ iustificat circūcisio-
nē et fide & p̄putiū p
fidē legē ergo destrui-
mus per fidem.

Abst.

Quæ lex promisit: quæ prædicere prophetae,
Ecce tibi in christo tradita cuncta meo.

Cesserunt flores fructu ueniente, recessit
Nox radijs, uero cessit & umbra suo.

Sed legem statui⁹. Sic nos firmamus legem: non perdimus illam:
Eius enim christi sanguine finis erat.

CAPVT QVARTVM.

Quid ergo dicem⁹ in
uenisse Abraam patrem
nostrum secundum carnem.

Iustus Abraamus, de quo se iactat in æuum
turba loquax, donis facta superba pijs,
In christo tendit famam, sobolemque, genusque

Semper in occiso protrahit ipse deo.

Vt fuit ille fide iustus: natosque fideles

Suscipit, in fidos & probat esse nothos.

Sic enim Abraam ex opibus
legis iustificatus
est habet gloriam sed
non apud deum.

Quid enim dicit scri-
ptura? credidit Abraam
deo & reputatum est il-
li ad iusticiam.

Nec tantum in foelix carnalia semina laudes.

Non lumbis data sunt munera sed fidei.

Credidit ille deo, iustus quia credidit alto,

Atque fide uitam, non ope legis habet.

Sic pater est illis, qui mentis imagine gestant

Immocue iusti nomen opusque patris.

Iusticie laudem nostro quæ conuenit Abraam,

Non lex non Moses sed dedit illa fides.

Ei autem qui operatur mer-
ces non imputat secundum
gratiam sed secundum debitum

Illa fides, qua sic potuit placuisse tonanti,

Vt uelit hunc christi principis esse patrem.

Quod

Quod credit placet hic: ut scilicet uolumina monstrat,

Quod placet, in proprio semine pignus habet.

Iustus & ipse placens domino: iustusque futura

Non lege, at fidei munere iustus erat.

Nam neque detecta sacrarat glande pudorem

Cum pius effato credidit ille deo.

Ille senex, coniux erat in secunda: deusque

Dixerat huic, multis & pater almus eris.

Nullus ad huc heres uetulo: marcebat & uxor,

Nec minor in domino spes erat alta suo,

Quam si iam lybicus natos æquasset arenis,

Nec tepida est gelido sanguine pura fides.

Ne quid promissum, sed quis promissor, habebat

Corde memor, iusto sic placet ille deo.

Perque fidem iustus, non iustus ab inguine cæso,

Sed quia uir uero credidit ille bono.

Iusticiam legis non præstitit hanc tamen ante

Iusticia fidei iam bene iustus erat.

Ante fuit iustus quam circumcissus, ab illo

Si genus hoc laudas ducere, sume fidem.

Ante fides quam lex, si te uelis esse nepotem,

Deserto legis cortice sume fidem.

Hanc quoque lex docuit, ne quid causeris ab illa.

Ex utero & legis pectore christus adest.

Ergo nec Abramides flori confidat inani.

Nec ruat in solymis ethnica turba sacris.

C ij Iam

Ei uero qui non operatur:
credenti autem in eum qui
iustificat ipsi reputatur
fides eius ad iusticiam.

Secdm ppositi gr̄e di
 Iam noua sunt nato promissaque secula christo,
 Finito & floris tempore fructus adest.
 Qui ritus nescit legis, qui liber ab illis,
 Per christum uero pascitur ille bono.
 Non ex p̄scripto uacuis operatur in agris,
 Sed fudit uiuo iam noua turba deo.
 Qui quoscuq; uiros nullo discrimine, ab omni
 Gente uocat natos & cupit esse suos.
 Sponte sua culpas moriens qui sustulit omnes,
 Et surgens falsos depulit orde deos.
 Nuncque fides p̄stat cunctis, quod p̄stitit Abr̄e,
 Et ueteris legis non eget ullus op̄.
 Sola fides satis est, ad quam non cogitur ullus.
 Est inuitatus, qui uelit esse pius.
 Dur̄e legis opus non est, quod credimus ipsi,
 Nec merito iustis nos locat ille choris.
 Debebat nihilum quamuis bona tanta supernus
 P̄stat, habes charitis munera non meriti.
 Sicut et Dauid dicit beatitudinem hois cui
 deus accepto fert iusticiam sine operibus.
 Beati quozsi remisse sunt iniquitates et quozsi
 tecta sunt peccata. beatus vir cui non imputabit dominus peccata.
 Viderat hanc Dauid quae nunc aperitur in orbe
 Iusticiam, uiso gaudet & ille deo.
 Foelices ait ecce uiros: quorum acta nefanda
 Non meminit iustus, plectat ut illa deus.
 Quorum crimen adest diuino flamine tectum,
 Imputat & culpam non pater ipse grauem.
 Audisti maculam peccataque cuncta remitti,
 Audis foelices, quos tamen ante reos.

Non

Non audis meriti nomen: non debita factis.
 Hinc agnosce dei munera grata tui.
 Omnipotensque uiros non lex facit ipsa beatos,
 A domini solo est munere uera salus.
 Iam non abramides gentes excludat ab alma
 Iusticia: in toto est utilis orbe fides.
 Omnibus equa manent domini promissa beatis,
 Non Abr̄e legem, sed probat ille fidem.
 A patre si iusto tibi uis descendere iusti
 Non uina, cur patrio non petis illa modo?
 Ille habuit nomen iusti, quia credidit atque
 Illius haeredi conuenit una fides.
 Quid iuuat ingrato nascentem abscindere ferro:
 Si sine dissecta pelle beanda fides?
 Iustus erat princeps, cuius te sanguine iactas,
 Sed neque legales nouerat ille minas.
 Crediderat proprio ueturum semine christum,
 Qui genus ad sanctam duceret omne uiam.
 Crediderat tunc, cum proprijs diffideret armis,
 Tantum erat, a domino uerba tenere suo.
 Ecce secuta fidem summi promissa parentis,
 Et post promissum lex fuit acta deum.
 Non lex quae iustum faceret seruata fidelem,
 Sed signum, populi sed nota clara pijs.
 Successit fidei pellis concisio, non quod
 Iusticie uerum tradcret illa bonum,

C iij

Sed

Beatitudo ergo hec i
 circumcissione tantu ma-
 net, an etiã in p̄putio?
 Dicim⁹ enim qz repu-
 tata est fides habita
 ad iusticiam.

Quo ergo reputata e
 in circumcissione an in
 p̄putio.
 Non in circumcissione,
 sed in p̄putio.

Et signum accepit cir-
 cumcissionis.

Signaculum iusticie,
 fidei q̄ est in p̄putio.

Sed quia discreto populo daret illa futuri
 Signa boni, uerum signat ut umbra suum.
 Namque docet uitium de pectore scindere prauū
 Hic typus, hoc glandis uulnus & ara docet.

Et sit pater oium cre-
 dentiu per p̄p̄tium.

Et reputet et illis ad
 iusticiam.

Vnus & Abramus grecis Latissque Syrisque,
 Est pater, atque fide dicitur esse pater.
 Succeditque uiro fido quicumque fidelis,
 Nec genus heredem, sed facit ipsa fides.
 Nam neque promisso quēquā frustrabit ab almo
 Verax, qui cunctos in sua regna uocat.

Suscipere accitos ut non odisse creatos
 Debuit in gremio rex bonus ipse suo.
 Filius Abrami est, iusto qui fidit in uno,
 Iusticiæ laudem uendicat una fides.

Et sit pater circūcīso-
 nis: nō his tāti q̄ sunt
 ex circūcīsione.

Sed et his qui sectan-
 tur uestigia fidei q̄ ē in
 p̄p̄tū patris nostri
 Abrahæ.

Sic gentes iudamque parens complectitur idem,
 Vos precor hoc unum ne lacerate caput.

Vos fidei radijs clarum ostentate parentem.
 Cogitur infidus degener esse patri.
 Promptior Abramides christo nisi fidis in almo,
 Pellet ut obscurum te pater ipse notum.
 Ille fide claros iusti sortitur honores,
 Atque fidem natis postulat esse suis.

Nō enim p̄ legē p̄mis-
 sio Abrahæ aut sc̄m̄i-
 eū ut heres esset mun-
 di: sed per iusticiam fi-
 dei.

Nec titulo legis speres promissa fidei
 Dona patri, non lex, sed dabit una fides.
 Promisit fidei rex, non sua munera legi,
 Quid capis a uano nomen inane sonos

Ante

Ante fides, quam lex, fidei data gloria uite.
 Nec tua de libro legis habenda salus.

Tempore quo christum sperabat terra beantem,
 Lex tulit in sæuos dura flagella lupos.
 Protulit ultorem, quem mens ingrata timeret,
 Et fuit arcendis utilis illa molis.

Sepe etiam damno, grauioraque crimina fecit,
 Dum nocet ostensum non tenuisse bonum.
 At generosa fides cunctis immota sub curis
 Ex prauis iustos efficit atque bonos.

Dumque refert patrē, promissaque dona resumit,
 Spem facit æterni semper adesse boni.
 Dirigit e tenebris animos ad lumina ducens,
 Docta deum, templi sancta magistra p̄ij:

Vniit germanas acies, regni que decorem
 Vnius in populos diuidit una duos.
 Acrius ut pandit lex uulnera, uulnerat, at qui
 Clara fides animos purgat ut igne reos.

Hæc per legalem non est uacuanda rigorem.
 Nam neque mendacem fors facit ulla deum!
 Aeternusque pater christum promiserat ante
 Legem, finito tempore christus adest,

Transijt umbra, nitet nebulis aurora dirimptis,
 Perpetuum toto nascitur orbe iubar.
 Legis & est tempus christo ueniente peractum.
 Pendet & a uero spesque salusque bono.

Si enim q̄ ex lege h̄g
 rederes sunt criminata ē
 fides: abolita est pro-
 missio.
 Lex em̄ iram operat̄.

Ubi em̄ nō est lex nec
 p̄uaricatio.

Ideo ex fide, ut secun-
 dum gratiam,
 Firma sit p̄missio om-
 ni semini.

C 4 Ut uenit

Mō ei qui ex lege est
solū, sed et ei qui ex fi-
de Abrahā.

Vt uentura salus erat omnibus, hanc dedit ille
Omnibus, Abramo dixit ut ante suo.
Vera fides non lex regni clarissima sancti
Sceptra parat, claros hæc facit esse uiros.
Hæc facit hæredes, nec enim sunt debita nobis,
Que data, dat magni dextra fauorque dei.
En promissa fides dono sibi uendicat alto,
Quo spes electis affuit abramidis.
Abramidas non ipse uoco de sanguine natos
Abrae, sed ueram qui tenere fidem.
Ille fide meruit, meritum si dicimus illud,
Quod meruit uiuo mens pia mota deo.
Ille fide meruit promissi dona beati.
Eius & hæredes nos facit esse fides.
Ille fide, nos atque fide clarescimus alma
Datque paternatis nomina sancta suis.

Qui pater est omni
nostrum.

Estque pater cunctis quacunque gente renatis,
Ut dominus uerbo protulit ante suo.

Nanque fide iusti cum nomen principis auctor
Augeret, grauidas adderet atque notas.

Sicut scriptum est, qz
patrem multarū gētū
posui te ante deum.

Ecce inquit deus ipse patrem te gentibus unum
Constitui, multis & pater unus eris.

An non sit uerum, quod sit deus ipse locutus?
Aut tantum solymis sit pater iste uiris?

Gētibus hic pater est, cunctisque fidelibus alium
Dat nomen factis notus in orbe pijs.

Com

Communemque deum typica referebat in umbra,
Isac ut christi rettulit ora mei.
Nec potuit falli promissis grandibus ille
Qui posuit summo spemque fidemque bono.
Nouerat effectæ carni dare grandia posse
Semina, qui uerbo condidit astra suo,
Corpora & a gelidis reuocare silentia bustis,
Qui nihilum forti traxit ad esse manu.
Iussus & hic puerum duris incendere sacris,
Non dubitat domino uota parare suo,
Et quanquam gnato spes alta recumberet uno,
Nec sibi qui prolem gigneret alter erat,
Ecce senex iuuenem pauidas ducebat ad aras,
Et patrius fido pectore cessit amor.
Quodque magis laudes, ne tunc dubitabat in illo
Pignora promissi firma futura dei.
Cesurus gnatum lachrymas non fundit acerbas,
Nec pauet in proprio uulnere iusta manus,
Scit mortem seruire patri, scit cuncta sepulchri
Si iubeat summus saxa mouenda deus.
Scitque quod æterno qui conspiciat omnia uultu,
Que non sunt, tanquam sint simul illa uocat.
Dat uitæ neclos homines certusque futuri
Cunctam sub uiuo lumine tempus habet.
Et quamuis gentes tunc emorerentur inanes,
Victuras uerbo iam uidet ille pio.

Cui credidisti

Qui uiuificat mortuos,
& uocat ea que non
sunt tanquam ea
que sunt.

Qui contra spem in
spem credidit.

Ecce

Et fieret pater multarum gentium.

Ecce fides Abre uiuenti in secula regi
Credidit, & sancto digna fauore fides.
Et quamuis sterili sobolem natura negaret,
Sperat ab eterno semina multa patre.
Passa reuer surum sperant post funera gnatum
In domino clari pectora sancta uiri.

Sicut & dictum est ei, sic erit semen tuum sicut stelle celi, & arena maris.

Dixerat huic dominus stellatum suspice coelum,
En uelut hos ignes non numerare potes,
Sic tua posteritas non est numerabilis ulli
Tam plenum uoluit te deus esse patrem.
Durum erat istud opus uel toti credere caelo,
Languet, & effoetis uiribus ipse iacet.
Non calor ille recens, iamque aptos lusibus amos
Soluuit, & ad partus debilis uxor erat.

Et non infirmatus est in fide.

Sed flammata fides superos induta uigores
Spem dederat domini munere posse frui.
Saucia non uetulae meditatur uiscera saræ,
Non gelidus sanguis causa timoris erat.
Non desperat inops, dono non hæsitat alto,
Non petit a domino det pia signa suo.
Ut probat inualidum uis, etas, frigus, & uxor,
Certum de firmo dat deus esse deo.

Sed profortus est fide.

Eretus & eterno qui condidit omnia patre,
Nil sibi de tantis uendicat ille bonis.
Transcribit domino laudes, uerumque potentem
Testatur, notum speque fideque deum.

Dans gloriam deo plenissime sciens quia quicquid promissit deus potens est & facere.

Et quanquam a summo credenti gratia dono
Venerat, ut posset credere tanta seni,
Dignatus princeps meritis ascribere nostris
Quæ sua sunt, rectum censuit esse uirum.
Sanctaque iusticiæ dedit huic præconia, quamuis
Illa fides missi luminis esset opus:
Scilicet est tanti, diuino corda nitore
Pandere, & illapsum non pepulisse deum
Nec tantum iusto sua gloria conuenit Abre,
Iusticiæ laudem pectora iusta tenent.
Hoc reputat cunctis deus ipse fidelibus, ut sint
Qui placeant grato tempus in omni deo.
Ut sine lege fides iustum pia protulit Abram,
Sic pia mens fidei munere lumen habet.
Iustus & ille suo regi quia credidit, & nos
Iusti per solam possumus esse fidem.
Possumus in christo, qui uera potentia, uerus
Isac, & nobis pacta beata dedit.
Qui promissa patris diuina fidelibus ipsis
Gestat, & innumeras dat pater almus opes.
Quem deus a tumulis prostrata morte citauit,
Abrami ueram quo probat esse fidem.
Cuncta igitur frater nostri monumenta decoris,
Sunt ducis, hæc nostra gloria iusticiæ.
Sponte deus nostras diuino ut sanguine culpas
Tergeret, indignam pertulit ipse necem.

Idcirco & reputatus est illi ad iusticiam.

Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quod reputatus est illi ad iusticiam, sed & propter nos quibus reputabitur creditibus in eum.

Qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis.

Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Surre-

E

Surrexit, bustis ut mens tua surgeret atris,
 Nec iam sub solito langueat illa luto.
 Sed conuersa uiri iam sanguine munda beati,
 Non carni, aut prisca seruiat illa dolis.
 Nam pius occidit culpas rex mortuus, in quo
 Vltrices furias uincere quisque potest.
 Quo sur gente dolis morbo letoque peremptis
 Sancta sumus uitæ reddita membra noue.
 Vt fidei dono iusti uiuamus, in almo
 Principe, qui populi uita beata pij.

CAPVT QVINTVM.

Iustificati ergo ex fi-
 de. **E**Rgo scelus postquam terrestri uicta sopore
 Verterat a pulchro lumina nostra deo,
 Iamque albata cohors christanis incita flammis
 Incipit ad pulchri regna redire patris,
 Perque dei lætum torquentibus eruta monstris
 Tota micat domini sanguine tersa sui,
 Iam stygij cecidere duces, pulsisque tenebris
 Assuescunt oculi lumina ferre pij.
 Id neque per legem, fidei sed pignore, quæ nos
 Concilians magno dat simul esse deo,
 Pangamus christi clarissima gesta beati.
 En uenit a summo paxque charisque bono.

Fac habeam ad dñi
 e omni nrm scilicet chm

En tibi

En tibi dat flammam quo mens excita calescas,
 Qui læto noxam diluit iste tuam.
 Eripit hic nostros inferno a principe sensus,
 A scelere & uinctas eruit iste manus.
 Ignibus iste sacris cogit uanescere culpas,
 Percutit & radys tartara mœsta suis.
 Offensumque patrem terræ implacabile numen
 Lenit pro cunctis uictima grata reis,
 Datque fide nobis diuina charismata gratis,
 Atque deos charo nos facit esse deo.
 Hanc fratres seruate fidem, genus omne laborum
 Hæc terit, inque ipsis dat pia mella malis.
 Hæc est ætheream quæ nos uia ducit ad aulam,
 Hoc pelago uotis portus & aura pijs
 Hæc stamus, nos ista mouet, formatque, regitque,
 Et leuat ad uerum lumina nostra iubar.
 Hæc alacres suadet nullis marcescere plagis,
 Dum memorat nostri uulnus & arma dei,
 Gaudia uenturo dum monstrat olympica sæclo,
 Et quæ sint claris regna futura uiris.
 Nec modo iam fortes, sed dites reddit, in omni
 Vulnere, dans flatu robur opesque suo.
 Insurgant furie, iam tartara cuncta tumescant,
 Irruat in nostros uasta procella sinus.
 Stat fidei clypeum nullis uiolabile telis,
 Quo pia mens cunctis non dolet icla malis.

Per que habem⁹ ac-
 cessum.

Per fidē.

In gratiam istam.

In qua stamus.

Et gloriatur in spe
 gloriæ filiorum dei.

Non solum afit sed et
 gloriatur in tribulatio-
 nibus.

Hoc

Hoc spem neruosam tribuit, quocunque feramur
 Constat cum summo foedus habere deo.
 Isacides saxi gladio se iactet ab illo,
 Sit mihi christano gloria uera fides.
 Hæc facit, hæc faciet pulchro me sistere uero,
 Cum mundo & falsas temnere delicias.
 Hæc rescans uitium de pectore, dat mihi fructus
 Legis, in hac oculis lux datur alma meis.
 Nec nos huic fidei sanctæ incubuisse pigebit,
 Que nutrix animo dat bona uera pio.
 Hanc sequimur, precij nec nostra est gloria parui,
 Permanet in domino spes animata suo.
 Illa licet pelago non plene apparet in isto,
 Et latet in lachrymis uita salusque pijs.
 Quamuis per plagas & tristia bella ferendo
 Tendimus ad summi gaudia uera poli.
 Hoc tamen est laudi, grata est hæc gloria, sæcli
 Monstra pati, & passi nomen habere dei.
 Dulcior est titulus, quæ sit mors improba, dulce est,
 Præmia si in medijs uir meditere malis.
 Dulce est pro christo rigidos subuisse furores,
 Si socium hunc plagis cernis adesse tuis.
 Si subit in mentem quos pertulit ille labores,
 Regius est equidem non tua poena fauor.
 Est iter ad regnum mundo in gemitu beatum.
 Dulcia in istorum gaudia fletus habet.

Hoc

Sciætes & tribulatio
 patientiam operatur:
 Patientia aut proba-
 tionem.

Hoc bonus exemplum nobis prior ille reliquit,
 Sæua cruentatum cum ferit hasta decum.
 Per medios gladios cœlestia querere regna
 Conuenit, en uictis hostibus astra patent.
 Pugna placet pugnante deo, quis bella recuset
 Hoc duce? non falsum dat labor iste bonum.
 Ante dei lætum nullas, sed tempore ab illo
 Per christum uictor quilibet esse potest.
 Mors facilis moriente deo, traduxit ad omnes
 Ille calix christo fracta uenena meo.
 Clarior a passis uirtus, tolerantia reddit
 Illustres, flammis tersa metalla uides.
 Quam ferit & nostros sensus truculentior ira,
 Sum magis in summo firmitior ipse bono.
 Nec timeo uerum uana spe ludat amantem,
 Quem sequor, hic uiuus per mala passa deus.
 Fallere nescit amor, cui mens pia credidit uni.
 Spes mea de tuto non ruet ista loco.
 Nec pudet in uero summam posuisse beato,
 Plena mihi ab sponso sunt data dona meo.
 Pignus amoris adest & luminis arra superni,
 Hæc charitas cunctis insuperata malis.
 Que mouet Ethereis uiuentia pectora flammis,
 Diffusa illapso corda per alma deo.
 Que nos ad christum diuino inuitat amore
 Et trahit ad nostros numina chara sinus:

Spiritus

Probatio uero spem

Spes aut nō cōfidit.

Quia charitas dei dif-
 fusa est in cordib⁹ no-
 stris p sp̄m sanctū: q̄
 datus est nobis.

Spiritus hac nobis datus est, animosque ualentes
 Edocet ablato cortice uera sequi.
 Haec tenus in prauos regnabat littera mores,
 Nunc charis, & magni flatus amorque dei:
 Ille amor ille docet, quantum nos autor amauit.
 Cæsus pro famulis qui fuit ipse suis.
 Aspice quam patiens ingratas lapsus in oras
 A patre descendens optimus emptor adest.
 Aspice ut innumeras assumpto corpore penas,
 Mortem pro nobis & tulit ille reis.
 Merserat obsceno præcordia nostra sub antro
 Crimen, erat maculis obruta turba suis.
 Impia gens dominos cantabat adultera falsos,
 Isacides noti liquerat arma dei.
 En glacialis hyems totos obtexerat agros.
 Ignis in humano pectore nullus erat.
 Fortis amoris opes & amicam suspice flammam,
 Impuros gremio suscipit ille suo.
 Hosque bene ut tergat ferro terebratur acuto,
 Fundit & a plagis flumina uiua suis.
 Fundit in exhaustos precioso sanguine riuos,
 Hostibus & regnum non negat ipse suum.
 En moritur, moriturque uolens, proque ostibus ipis
 Lætus obit, cogor dicere magnus amor,
 Cogimur attonito celebrare micantia sensu
 Numina, iam flammis grandia nota suis.

Passus

Passus ob iniustos, uix hoc pro sanguine iusto
 Quis faceret, similis non fuit ullus amor.
 Hostibus est tantus, quid erit cum fœdera iunxit?
 Se dedit hic prauis, quid dabit ipse bonis?
 Quid dabit hic turbis diuino sanguine lotis,
 Ut lauet hos qui sic sanguine gratus obit?
 Deficit hic animus, qui stulto percitus igne
 Quæ sentit, nulla pendere uoce potest.
 Concipit ingentes radios, sed pressa tenebris
 Mens ruit a crassis ebria facta cibus,
 Non refero empyrei gemmata palatia regni,
 Aurata & pulchrum sede sedere deum.
 Ut regale caput uiuo de fonte liquores
 Fundat perpetuum flansque animasque iubar,
 Hisque ut læta modo florescat curia miro,
 Detque polus domino dulcia sacra suo.
 Hæc nihil insano tamen est uia danda labori,
 Cum maiora uirum, non breuis urna capit.
 Non sunt, quæ pateant uerbis cœlestia nostris.
 Si loqueris, dempto puluere disce loqui.
 Suscipe in indicium quod mens tua concipit, ipsa
 Res tibi non isto pura uidenda loco est.
 Ergo age quicquid adest, quo mens afflata nitescat,
 Gaudet & summo tempus in omne bono,
 Quicquid id est, nec enim uisu captatur ab isto,
 Hoc tibi dat, noti duxque paterque pius.

D Tere

Et quid enim christo
 cum ad huc infirmi esse
 meo secundum tempus?

Pro impijs mortuus
 est?

Est enim pro iusto quod
 moritur.

Itam pro bono fortis
 quis audeat mori?

Te regem cœli statuit, modo nigra recuses
 Signa sequi, & miles hoc duce fortis eas,
 Quin te etiã in numen flãmis transformat amicus,
 Vnum cum domino te facit esse tuo.

Comendat asit charitatē suā deo in nobis.
 O amor/ o pietas & in enarrabile donum.
 Quid cupis expulso mens peritura deo.

Quia si cœci adhuc peccatores essemus secundum tempus.
 Ille tibi aduersæ præciosam sanguinis undam
 Fudit, ne maculis emoriare tuis.
 Nosque repurgatos diuino & foedere uinctos
 Protegit, a rabidis seruat & ipse lupis.
 Seruat & a lapsu, ne nos premat ira superni
 Iudicis, in duos quæ tenet arma reos.

Christus pro nobis mortuus est.
 Mortuus est nobis, nobis surrexit, ut eius
 Det mors cum magno foedus habere deo.

Multo igitur magis nunc iustificati.
 Conciliat nobis domini mors numen. & illi
 Nos comites dulces optima uita dabit.

In sanguine ipsius salui sumus ab ira per ipsum.
 Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius/ multo magis reconciliati salui sumus in uita ipsius.
 Illius a uita celebrem seruamus honorem,
 Quem dedit assertis cruxque dolorque uiris.
 Illius a populo pepulit mors crimina sancto,
 Eius morte datas uita tuetur opes.
 Mors rapuit nostras inferno a principe mentes,
 Vitaque nos charo colligat alma deo.

Non solum asit sed et gloriamur in deo per dominum nostrum iesum christum per quem nunc reconciliationem accepimus.
 Hæc charitas fratres, diuini hoc pignus amoris
 Spe fouet/ atque animos hoc lenat orbe pios
 Seruilemque quatit firma demente timorem,
 Perstat & in uero lumine solus amor.

Hæc

Hæc inter nostras gignit noua gaudia curas,
 Atque alacres medijs nos facit esse malis.

Non opis hæc nostræ, sed nostri est gloria christi,
 Qui iungit summo nos sua membra patri.

Ad nos uera salus medico dimanat ab uno,
 Ut male qui cunctos perdidit unus erat.

Vnus homo peperit morbos & funera, ueræ
 Diuitias uitæ sic parit unus homo.

Ille sui princeps generis diffudit in omnes
 Crimen/ loetheo tincta uenena lacu,

Iste noui princeps generis, caput iste parensque
 Præstat ab immenso mella merumque bono.

Iste optatus amans genitos deriuat in omnes
 Gaudia funestis uera medella mallis.

Vitalem parit iste fidem, diuersaque nothi
 Lumina & in maculas flumina sancta gerit.

Nam simulac totas uastarant crimina terras
 Languiebant multis agmina cuncta modis.

Nec lex naturæ fumantibus obruta saxis,
 Nec Moysi uerum iura dedere bonum.

Carnis ubique nephas & morbida noctis imago
 Cædebat gnatos tortilis æua tuos,

Traditaque ut sceleris sæuos arceret amores,
 Augebat noxam lex temerata grauem.

Ante etiam legem, quamuis impune putares,
 Non aberat toto criminis orbe scelus.

Dij Deerat

Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum intrauit peccatum et per peccatum mors.

Et ita in omnes homines mors pertransiit in quibus omnes peccauerunt.

Et sic ad legem enim peccatum erat in mundo.

Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset.

Decrat adhuc miseri qui crimen tolleret aui,
 Improbique infernum turba ferebat onus.

Si regnavit mors ab Adā usq; ad Moytes. Sic furor a primo traductum & funus adamo
 Iecit in infestos improba tela viros.

Etia in eos q; nō pecca uerūt in similitudinē p uaricationis ad q; est forma futuri. Hi quoque qui domini seruabant iussa superni
 Senferunt patrie uulnera saeua manus.

Nam reus ille pater cōmuni clade peremit
 Naturae praua quos dedit ipse uia.

Sed bonus iste parēns cuius fuit umbra futuri
 Ille prior, genitis dat bona cuncta suis.

Ille necat sobolem, sobolemque hic seruat, uterque
 Dux fuit, hic iustos edidit, ille reos.

Sed non sicut delicti ita & donum. Sed tamen a dono est euictum crimen, & alte
 Exuperat cunctum gratia sancta scelus.

Si em̄ vnus delicto multi mortui sūt/ multo magis gr̄a dei: & do nū in gr̄a vnus hoīs. Vtque bect populos dux iste potentior, alter
 Quam fuit, ut totum perderet ille genus.

Vita necem superat, rabiem clementia noxam
 Et bonitas, dirum uirque deusque nefas,

Ne male quae primo decreta furentia damno
 Mens timeat, iustum cesset amare deum.

Non scelus est tanti, quod non sit gratia christi
 Pluris, ut humanos destruat illa dolos.

Nam si peccati tantum pater ille superbi
 Vir potuit, multos quod facit esse reos.

Plus poterit domini uirtus & gratia summi,
 Quae uenit a dextris christe beate tuis.

Per ier̄

Per iesum christum, qui princeps pacis & autor,

Quid sit, quod nobis non dedit ipse parens?

Exuimus solitas christo regnante catenas,

Qui stygium uicto dæmone fregit onus,

Quin dedit & gratis caelestia regna solutis.

Aeternum imperium, qui modo seruus habet.

Ne iam peccatum uitali morte redemptum

Defleat, a damno qui sibi lucra uidet.

Improba pernities sensus inuaserat omnes,

Inde notam miseri mens rea gessit aui.

Dat uitam diuinus amor, dominusque paterque

Per christi latices abluuit omne nefas.

Cunctaque terricremis abolentur crimina flāmis.

Et laetale dei funere finit opus.

Nec solum sacro diluta admissa cruore,

Iusticiam christi sanguine donat amor.

Vnius & cunctos ualuit si culpa nepotes

Obstrictos rigidae prostituisset neci,

Si qui signa uiri, prauis expressere parentis

Haecenus infauisto subgemuere iugo,

En bonitas maior, diuinaque gratia soluet

Per christum a gemino pectora iusta dolo.

Damna uoluntatis, naturae & damna cruentae

Vnius ob meritum sunt reparata simul.

Vitaque principio uitae regnante per omnes

Tenditur, & membris dat caput arma suis.

D iij Com

Et nō sicut p vnū pec catū ita & donū. nā ius dicū quidē ex vno in condemnationem.

Sed aū ex multia de lictis in iustificationē.

Si enim vnū delicto mors regnauit p vnū.

Multo magis habun dantia gr̄e & donatio nis & iusticie accipiētis.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem.
Sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vite

Commerit hoc nostrae quod sicut suscitavit unus
Mortis opus, cunctos & facit esse reos,
Unius in cunctos fundat pia dextera vitam
Iustitiam, & veras det bonus unus opes,
Et diffusa pio lucens per secula partu
Sit sceleri virtus obvia, vita neci.

Sicut enim per unius hominis in obedientiam peccato res constituti sunt multi/ ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi

Virque humilis reparat vitio confossa superbo
Pectora, sic morbis pharmaca vera videtur.
Transgressor fuit ille nocens, fecitque nocentes
Pessifer inferni castra subire luti.
Hic patrem extollit preceptaque perficit alma,
Et genitos recta dat prior ire via.

Sic iustus iustos reddit, pulcherque decoros,
Et sanctus sanctos dat prior esse viros.

Lex autem subtrahit/ ut abundaret delictum.

Interea vetito si lex via facta furori,
Adversa in christum non fuit illa meum.

Abi autem absidabit delictum/ superabundavit et gratia.

Quin etiam docuit divina rependere dona.
Contulit atque pijs munus amare dei
Nam bene qui novit quae sint sua vulnera, liber
Cogitur in medicum gravior esse suum.

Et sicut regnavit peccatum in morte/ ita et gratia regnet per iustitiam.

Expertum mortem vita letamur in ipsa,
Noscimus & summi robur opesque boni.
Et passim graviora malis, sentimus honorem
Illius, infernas qui ferit igne domos.

In vitam eternam.

Qui nos a diro rapuit sua membra tyranno,
Ereptos vitae restituitque patri.

Debe

Debemus legi, quod dum tot crimina monstrat,
Magna docet medici dona fuisse pijs,
Principis ostendit nomen, viresque, decusque,
Qui pius a rabidi nos trahit ore lupi.
Ostendit quantum christo debemus amico,
De servis dominos qui facit esse pios.
Qui plebi aethereas tenebrae contulit auras,
Fregit & imperium tartare saevum tuum.

per iesum christum dominum nostrum.

CAPVT SEXTVM.

Nec tamen interea domino mens fisa beanti,
Dormiat in morbis dura sepulta suis,
Pristina qui sanctis abstergat crimina lymphis,
Non probat ad putridos quod reuocere lacus.
Nam si in fece iaces, nec linquis terrea, frustra
Implores domini pijs ora tui.
Non te peccantem statuit pia gratia, cum te
A leto & cunctis eripit illa malis.
Est morbi genus hoc duplex, a crimine noto
Quum fugit, illapso mens ualet apta deo.
Quae prestat, praecio non est medicabilis ullo,
Nam uacat a duris flamma repulsa seris.
Nec tunc quum pauidum penetravit uictor ad ora
Extremo turpes subleuat ille malo (cum,
D iij Absit,

Quid ergo dicemus manebim⁹ in peccato ut grā abundet⁹ absit.

Qui enim mortui sum⁹ peccato/ quomodo ad huc uiuimus in illo?

Abfit, ut in christo stygijs eductus ab antris
Sponte uelis uicti castra subire doli.

Et lotus non munda petas, cupiasque reuerti
Ad noctem & somni uincla pudenda tui,

Stat deus aduersus uitij, rigidusque moueri
Non ualet, ut iusto numine crimen amet.

Ecce inter sese pugnant, mors, uita, scelusque,
Gratia, nec tenebris conuenit alma dies.

Viuentes christo diti moriamur & umbrae:
Que uiuit uero, est mortua turba dolo.

In uiuis sceleri non est locus almus amor,
In christo uiuis nil ferus ultor habet.

An ignoratis fratres?
quod quicumque baptiza-
ti sunt in christo iesu,

Quid tibi cum scelere est? nec uita iam crimina christus
In fons laetiferum cum pateretur onus.

Mens tua, quae luci est a fontibus aedita sacris,
Quar fugit a ueris quae parit unda bonis,

In morte ipsius bap-
tismi sumus?

Baptismi nomen sceleratas effugiat umbras,
Liquite loetheum pectora tersa lutum.

Consepulti enim sumus
cum illo per baptismum
in mortem.

Commorimur christo, christo uincente scelusque
Vicimus, & pariter condimur in tumulo.

Et quomodo christus
surrexit a mortuis per
gloriam patris.

Et uelut ille nefas moriens calcauit & inde
regna patris uiui uoce uocatus habet.

Sic nos in nouitate
uite ambulemus.

Sic nos exciti uitij morientibus, apti
Reddamur uite iam pia turba nouae.

Ergo, nec ulterius coeno uersemur eodem,
Sed uiuo nobis luceat igne deus.

At deus

Ac docti meliora, dolis christo auspice uictis
Nitamur summum luce tenere gradum.

Nam decet, ut clarum recolat pia membra magistrum
Quodque caput christus pretulit, ipsa ferant.

Ipsa ferant nam dux animis affluit & ori,
Et ducis ut uincant robore robur habent.

Quid queris, nimiumque gemis, sub podere carnis?
Et per Tartareas fregeris usque minas,

Umbra scelus, rabies, & carnea monstra uolentem
Non uinci nequeunt uincere, uincit amor.

Omnia sunt tandem christiane peruia luci.
Et terrae nebulas christeus ignis edit.

Fortis amor, monstro non est superabilis ullo,
Respice sed, proprius ne tibi ludat amor.

Ludit amor proprius, delusum & perdit amantem,
Hoc ab amore animis uulnera facta uides.

At caelestis amor terrenas flammiger umbras
Percutit, obscuram nec sinit esse domum.

Ergo age ne dubites, nocturnam euertere classem,
Cum duce, cumque tuo tartara rumpe deo.

Ille resurgendo calcauit crimina, crimen
Vir similis domino tu quoque uince tuo.

Desere laetalem si qua est tibi cura soporem.
Quis furor hic noctis te tenet usque malis?

Cernere uertentem super astra micantia solem.
Tu quoque in hoc caelum principe uictor habes.

Si mor-

Si enim complantati
facti sumus similitudini

Ortis eius. Si moreris christo, si uitam deseris atram,
 Spes tibi promissi firma futura poli.
Simul et resurrectio- nis erimus. At uiuis, sed uiue humilis, mortique paratus,
 Mors est, cum uitij's obuia uita tua est.
Hoc scientes quis. Cum stupet ad maculas, isanaque credita mēs est,
 Tunc sceleri insipido mortua, uiua deo,
Ecce duos homines, uno sub corde, gemusque
 Aduersum, aduersas hoc facit esse manus.
Actus homo noster. En terrenus homo terram sapit, & nisi terram
 Nil petit, hic crassus dicitur, atque uetus.
 Hic sceleris proles est, & pereuntis adami,
 Cui nox, cum uitij's conuenit, atque dolis.
 Ast pouus alter homo, pura & cœlestia tantum
 Appetit, a nato sic uenit ille deo.
Simul crucifixus est. Hunc sobolem dixere poli flaminaque calentem
 Diuina empyreas qui bene qnærit opes.
 Ille uetus noster christo est moriente preceptus,
 Quem crucis occiso destruit ara deo.
At destruat corpus peccati, ut ultra. Hac & seua fames auri, scelerata libido,
 Cœteraque est regni mortua turba mali.
 Hac sceleris corpus cecidit, cecidere furones,
 Et quicquid fluxum mundus & umbra petunt.
 Mortuus est animo iam terræ affectus, in illo
 Qui recolit domini funero sancta sui.
Non seruiam⁹ peccō / qui enim mortuus est iustificat⁹ est a peccō. Exinctis uitij's christo nouus esse sodalis
 Coepit, in hoc nihilum iam malus ultor habet.
 Iamque

Iamque sumus domino si mortua mēbra sepulto,
 Confidant socio pectora nostra pio,
 Cum cœso cæsi uiuo uiuimus eodem/
 Infantes uitæ reddita turba noue.
 Nam semel occisus, tenebroso excitus ab antro,
 A duplici christus funere liber adest.
 Nec se iterum morti concessit uictor, ab illa
 Surgit ad infernas irreliturus aquas.
 Pro scelere extinctus semel hic est mortuus, at nunc
 Viuit, placato uiuit & ipse deo,
 Te quoque ad exemplum uiui ductoris, in illo
 Mactatis uitij's uiuere crede patri.
 Nunc alio sub sole micans, uelut orbe reuersus
 Umbrarum, domini corpore uiue tui.
 Viuit enim domino claris uirtutibus almo,
 Qui uiuens capiti conuenit atque duci,
 Utque pius ductor nulla iam morte laborat.
 Sic tu ne repetas prisca uenena caue.
 Ne semel excussus diuino sanguine dæmon
 Nunc queat ad solitum te reuocare iugum.
 Ac tua corda satban ultrici callidus umbra
 Gaudeat Elisis, illaqueasse dolis.
 Nec te lucis inops christianum despice membrum,
 Quid tibi cum priscis iam noua uita malis?
 Iam sacer es christo prauos exutus amores,
 Sub uictō rursus dæmone miles eris?

Si aut mortui sumus
 cum xpo credim⁹ qz si
 mul etiam uiuem⁹ cū
 illo.

Sciētes qz christ⁹ re-
 surgēs ex mortuis iam
 non moritur/mors illi
 ultra non dominabit.

Quod enim mortu⁹
 est peccato mortu⁹ est
 semel

Quod autē uiuit uiuit
 deo.

Ita et vos existimate
 vos mortuos quidē es-
 se peccato uiuētēs au-
 tem deo.

In christo iesu.

Non ergo regnet pec-
 catum in uestro morta-
 li corpore.

Et obediat⁹ cōcupi-
 scentij's eius.

S; neq; exhibeat⁹ mē-
 bra uestra arma iniqui-
 tatis peccato.

Sed eribete vos deo tanq̄ ex mortuis uiuētes.
 Et membra uestra arma iustitig deo.

Quin potius fratres tenebris ostendite pulsis
 De laeto & uictis niua trophea dolis.
 Sitque palam christos mortalia linq̄uere monstra,
 Et noua sub magno signa tenere deo.
 Non ego uos posthac inferno mœstus odore
 Aspiciam uitij de generare feris.
 Nec p̄legetonteo uideam seruire tyranno
 Pectora mactati sanguine tersa dei.
 Præbuimus christo nomē frontesque animosque,
 Cum nos materna segregat unctus aqua,
 Liquimus ultorem, pompam auersata malignam
 Vox dedit angelicis gaudia mira choris.
 Heu cur ad spretas acies lusumque tyrannum
 Ibimus: ereptos oderit ille uiros.
 Oderit infensos, alienaque signa secutos,
 Faxo amet, & quid ni funera seua dabit?
 Funera peccato certissima præmia nostro,
 Hac s̄iue sub stygijs itur in astra deis.
 Nec nisi turba iacens diro te subdere regi
 Sponte uelis rabido te premet ille iugo.
 Inuitos rabies uicto foedare furore
 Non poterit, nisi nox fugit atra deo.
 Lex aciens uetito peiora ad crimina damno
 Transit & charitis brachia prompta uides.
 Exemptos legi fecit pia gratia christi.
 Purus & in toto uertice regnat amor.

Eripuit

Eripuit stygio qui te deus ipse tyranno
 Hic dabit ad notum ne reuocere malum.
 Exemptos legi nos contestamur auite,
 Impune admissum non tamen esse scelus.
 Lege silente, deo pleentur uindice monstra,
 Pugnat i aduersum iusque piūque, malum.
 Pulchra sedet pietas turpi nocitura furori,
 Nullaque cum tortis foedera rectus habet.
 Quin tuus iste furor nunc est sceleratior, in quo
 Est tibi de sumptis sarcina magna bonis.
 Accedit sceleri, quod sis male gratus amati.
 Quod tempere datum corda redempta deum.
 Criminibus priscis læsus fuit ante creator,
 Crimine nunc triplici cōditor, emptor amans.
 Dure carnis onus nō est tibi prorsus ademptum,
 Nec modo quod pecces hoc duce liber habes.
 Iam liber legi, sed christo es seruus, ab omni
 Exemptum uitio te decet esse uirum.
 Te pia tartareis oppressum extraxit ab umbris
 Dexterā, te nitido præficit ipsa loco.
 Sed si sponte uelis misero parere furori,
 Grata tibi si sint funera, seruus eris.
 Qui sceleri seruit, christo non seruit amico,
 Te deus aut dæmon qui regat unus adest.
 Elige quod placeat, sub iniquam dæmone mortē
 Ferre, aut sub grato dulcia regna deo.

Illic

Quid ergo? peccauis
 m? qm̄ nō sumus sub
 lege sed sub gratia?
 Absit.

An nescitis qm̄ cui exi-
 betis vos seruos ad
 obediendum serui estis
 cuius cui obedistis.

Sive peccati ad mor-
 tem.

Sine obediētijs ad
 iusticiam.

Illic mortis onus, sunt hic pulcherrima uita
 Iura, datur uoto quod uelis esse tuo.
 Gratias aut deo quod Gratulor at sanctis & christo lector in uno.
 fuistis serui peccati. Fregisti infernum iam pia Rhoma iugum.
 Quidedisti aut ex corde Liquisti Aegerie somnos, Martemque, Iouéque,
 Qui tibi tam dira fraude pudendus erat.
 In eâ formâ doctrinæ Insuper suscepto diuesque ac libera christo
 in qua traditi estis. Obseruas domini iussa fidemque tui.
 Iamque nouo cultu pulcherrima suscipis arma
 Contra his & rabidos ad necis antra lupos.
 Ac merito lybicus nunc inuidiosa leenis
 Seruis sub pulchro pulchra marita deo.
 Qui uelit ut nunquam cæco sopita furore
 Transilias, purus quæ tibi monstrat amor.
 Laomedonteo nec christum despice fastu.
 Qui seruit christo regnat in astra meo.
 Liberati autem a peccato serui facti estis in
 sticig. Nunc uere mundum subigis tibi, noete repulsa
 Cum cupis occisi signa tenere dei.
 Nunc tibi uera datur lætis uictoria coelis.
 Vicisti infernas dardana turba manus.
 Vicisti terras & quicquid militat orco
 Victrix sub christo regia facta meo.
 Nunc caput orbis eris, latio nunc purpura sceptro
 Seruiet, imperium martia Rhoma tuum est.
 Nec sit uirtuti durum seruire beate,
 Ereptosque umbris lucida signa sequi.

Virtus

Virtus iusticiam pariet, uiuumque decorem,
 Perpetuas uires, & sine labe genus.
 At uitium faciet miseros, mercesque furori
 Mors sola est. uitij quis uelit esse comes?
 Quid memoræ a pulchro stillantia balsama uero, Humanis dico ppter
 Et bona quæ foelix gaudia iustus habet? firmitatē carnis vfg:
 Stet ratio libram si uis referantur ad æquam
 Virtus & uitium, quid tibi pluris erit?
 Decipulas sceleris quis nō uidet? & mala quis nō
 Perspicit illecebris infidiosa suis?
 Si tibi non placida est uirtus, quia parta labore,
 At uitium fugito, nil nisi uirus habet.
 Eumera dat seuis demon sua castra secutis,
 Quis rogo sub tali principe miles erit?
 Quis, nisi qui uerum cōtra furit, utraque claudēs
 Lumina cum uoto dissidet ipse suo.
 Vanus & æterne nomen memorabile uite
 Non uidet, & blandum sat putat esse lutum.
 Ergo dei frater quem christo illustrat in uno
 Spiritus oblatum suscipe mente bonum.
 Qui sceleri seruus misero foetebat amore,
 Cur nunc sub domino non micet ille deo?
 Hactenus immundo pereuntia membra tyranno
 Prestasti, ut putrido mergeret ille salo.
 Perque dolos uehemens terreno excita sapore
 Mens tua lætheis ibat edenda lupis.

Nunc

Sicut enim exhibuistis
 membra uestra.

Seruire immundicię
 & iniquitati.

Ad iniquitatem.

Ita nunc exhibete mem-
bra v̄ra seruire iusticię
in sanctificationem.

Cum enim serui esse-
tis peccati liberi fui-
stis iusticię.

Quem ergo fructum
habuistis.

Tunc in illis in quib⁹
nunc erubescitis?

Nunc piger ad christi radios: nunc segnior ibis
Cum tibi de patrio uita petenda sinu?
Ergo age rumpe moras, diuinā & cōcipe flāmā
Nec sedeat uoto puluis & aura tuo.
Cresce puer sub lacte dei, maioraque semper
Assuetus radijs uir meditare pijs.
Corda prius uitio, cur non dabis ipsa beanti
Iusticię: an uotis mors placet una tuis.
Si prius ob noctem tua frons erat inuia luci
Diuinę, & superas umbra uetabat opes,
At nunc orta dies & apertos fusa per agros
Omnia dat sanis aspicienda oculis.
Quod tibi ni satis est nature lumen, in illo
Ut uideas claro que fugienda uiro,
Vnica perpensi docet experientia damni.
Anxia quam terrę uota sefellit amor:
Respice quicquid erat, quo te uetus umbra uocabat
Dic rogo sub uitij quid nisi funus habes?
Dinitię fragiles terra pela goque petite
Quātum onus heu misero cum peteretur erat?
Quis fuit ille labor per tanta pericula numos
Querere: ab amissis quis tibi luctus adest?
Que ueneri merces, media inter uota sequuntur
Quam lacryme, & falsis tedia mixta iocis!
Sit uitij tandem quod nil nisi turpe laborque
Si uelis a morbo discere, discite tuo.

Scilicet

Scilicet hoc author scintillas addere menti
Dum parat, ad regnum nosque uocare suum,
Hoc etiam nostras percussit uulnere culpas,
Quod sibi cōmissum sit sua poena malum.
Supplicij genus est, scelere seruire nefando,
Et sibimet iudex crimen & ultor adest.
Non ne pudet dextras misero prestasse capistro?
Vtique suem cæco uelle iacere luto?
Non domini prolem diro uiolasse ueneno
Et uitij animum conscclerasse piū?
Nō pudor est, timeas, mors uanum æterna labore
Occupat hæc falsis ultima meta bonis.
Hęc hæc digna sathan seruis dat præmia charis,
Dux læti læto uindice soluit opus.
At mutata uia est, christo sub principe, seruus
Regnat & a cunctis nil timet ille malis.
Scilicet a domino sunt altera præmia uero,
Infontes lætos & facit esse pijs.
Datque pijs iustus supera ditescere flamma,
Expertes magni nec sinit esse dei.
Rex lucis lucem tribuit, pulchrisque decorus
Viuere dat regno tempus in omne suo.
Iam conferre deo tenebrosam dæmona claro,
Si uiuet, & factis dona parata bonis,
Quis dubitet te christe sequi rex optime, quanquā
Ad maiora mouens nos tuus instat amor.

E Et fue-

Ita finis illoꝝ mors e

Nunc uero liberati a
peccato serui autē fa-
cti deo.
Habetis fructū v̄strū
in sanctificationem.

Sine uero uitā eternā.

Stipendia enī peccati

Et fueras certe stygia quærendus in umbra
 Per te, dona licet tunc quoque nulla dares.
 Iusticie fructus vita est, mors criminis, & tu
 Elige qui seruis, cui uelis esse fauens.
 Si uelis ad mortē, duro parere tyranno,
 Vitius sub grato seu uelis esse deo.

CAPVT SEPTIMVM.

Nec pius hic tantū nos diro a principe seruat,
 Solut ab inuolucris lex quoq̄ prisca tuis.
 Fregit onus sceleris, legis quoque uincula tollit.
 Iam tibi pro toto est pondere solus amor.
 An nescis frater, legem ipse scientibus omnem
 Alloquor hæc, uerum iam tenet umbra suum.
 Ante sacros partus uiuebat gloria legis.
 Abrogat hanc magnus cum micat orbe deus.
 Aspice ut ablati leto pia nupta mariti
 Soluitur, & solito est libera facta iugo.
 Dum fuit huic coniux, alias accendere tædas
 Non licuit, uinclis hæc erat arcta sacris.
 Coniuge defuncto, si nubat adultera non est,
 Namque sui iuris quod uelit illa facit.
 Sic lex illa uetus typicis umbrata figuris,
 In qua pro succo nil nisi christus erat,

Prescri

Mors.
 Eſta autē dei uita eter-
 na i christo icſu domi-
 no nostro.

Qu ignoratis fratres
 scientibus enim legē
 loquor.

Quia lex i hoīe dñat
 quanto tempore uiuit.

Nā q̄ sub viro est mu-
 lier uiuēte viro alliga-
 ta est legi.

Si autem mortu⁹ fue-
 rit vir eius soluta est a
 lege viri. etc.

Itaq̄ fratres mei et
 vos mortificati estis le-
 gi per corpus christi.

Prescripta ad tempus nunc est extincta, nouoque
 Lumine conuabit lumine noster amor.
 Durabat nostrum Mose ductante capistrum,
 Iamque pio mundi sub duce liber honos.
 Quid tibi cum caeso fulgens noua nupta marito?
 Iam christi christum quæ colis uxor eris,
 Iam uetus illa iacet dimoto littera libro,
 Vbera foecundi iam bibis alma dei.
 Ille prior moriturus erat, cursuque peracto
 Viuit, quum domino cesserit ipse suo.
 Mortuus iste semel sæclum surrexit in omne
 Vitius, & ad uiuum nos trahit ipse deum.
 Hic sponse in thalamum ueniēs per olympica iurat
 Nomina se solum tempus in omne uirum.
 Conubiumque sacrum dotali sanguine firmat,
 Quo ualeant serui regna tenere pij.
 Accipit a sponsa nihil, & dedit omnia, quæ te
 Sponsa neget talem sancte marite sequi.
 Aut cui te uiuo primi succurrat imago
 Coniugis, & uanis pristina mensa cibus?
 Quin potius coniux si nos prior ille mouebat,
 Torpentis & durum nocte iuuabat opus,
 Hic placeat, formosus enim, diuesque, piusque
 Et qui de medio nos leuat ore luto,
 Sub senē quæ sterilis fueras foecunda sub isto
 Mens eris, & socero facta probanda deo.

E 4 Da

Et sitis alterius.

Qui ex mortuis resur-
 rexit.

Et fructificetis deo.

Est enim essem in carne
ne passides peccatoris

Quae per legem erat.

Operabatur in membris
nostris.

Et fructificaret morti.

Ita enim soluti sumus
a lege mortis in qua
convincentur.

Ita ut seruiamus in
iustitate spiritus et non
in uetustate litterae.

Da sponso dignam sobolem, soceroque tibi que,
Surge cito, ad summum surge uocata bonum:
Augecantque tuo clarissima sidera partu.
Te uacuam unito non pudet esse deo?
Non pudet in tantis opibus donisque bonisque
Nil facere? haec animos non citat hora tuos?
Crassa quidem nobis cum lex erat ipsa maritus,
Dura erat & multis imperiosa modis,
Quumque mimis uarijs coecos arcebat amores,
Ad culpas causam uisa dedisse suam.
Dum mala mens uetito uelut irritata sapore
Excita offensis dicitur esse malis.
Ac per frena ferox cursu uolat improba torto.
Ut fessor rabidus, quem nimis urget equus.
Sic miseros dedimus foetus, egrosque, necique
Subiectos, nam sic subdita mater erat.
Carnea carnales genuit, moritura peremptos,
Hei mihi, sub mortis principe Saulus eram.
At noua nupta decens mortali exempta marito,
Libera iam uiuo seruiat ipsa deo.
Occidit infelix foelici littera partu,
Pulcraque iam uero plena figura suo est.
Vos quoque carnis opus ueteraque relinquite nocte.
Et iam pura nouo reddite corda uiro.
Viuite uiuenti, iam uos nouus iste maritus
Dignos amplexu sic docet esse suo.

Spiritus

Spiritus hunc sanctus lux & noua suscipit, eb iam
Cedat perpetuis littera prisca sacris.
Non tamen ob crimen lex praua est, criminis autor
Non fuit haec nostrum nec facit illa malum.
Causa mali non haec, licet haec occasio culpae
Dura scelus nobis dum cohiberet erat.
Traditur ut uitijs me lex arceret ab atris,
Labor, & indammum uertitur illa meum.
Ignorans legem, nec crimina nouerat ipsa
Mens mea, sic sceleris lege calescit opus.
Dum prodit crimen lex aspera, nec dabat unquam
Robur, quo rectos duceret illa gradus,
More hominum caeca est uetitis accensa libido,
Inque minus licitum turpis anhelat amor.
Optabam leuius, quia dum concessa putabam,
Frigebat uotis languida flamma suis.
Nam quibus ut libeat fas sit, iustumque potiri,
Ut peccatus stimulent, haec minus ignis habent.
Per legem & multis sunt prodita crimina formis,
Sequitur & in nostrum mota cupido caput.
Ac inferna cohors iussu irritata seucro
Acrius ad miserum sollicitauit opus.
Sic robur coepit crimen, torpensque tenebris
Ostenso uiuum surgit ab igne malum.
Nam ueluti coesum tenebris steriebat in altis,
Cum mors peccati non bene nota mihi.

E iij Dum

quid ergo dicemus? lex
peccatum est? ablit.

Sed peccatum non
cognoui nisi per legem.

Nam concupiscentiam
nesciebam nisi lex diceret
non concupisces.

Occasione autem accepta
peccatum per mandatum.

Operatum est in me
omnem concupiscentiam.

Sine lege enim peccatum
mortuum erat.

Ego aut̄ uicebam s̄
ne lege aliquando.
Sed cum uenisset mā
datum/peccatū reuixit

Ego aut̄ mortu⁹ sum.

Et inuentum est mihi
mādatū qđ erat ad uī
tam hoc esse ad mortē

Mā peccatū occasiōe
cepta per mandatū.

Seduxit me.

Et per illud occidit.

Itaq; lex quidē sc̄ta et
mādatū sanctū et iustū
et bonum.

Quod ergo bonū est;
mihi factum est mors;
obst̄. Sed peccatū. n̄.
Scimus enim qđ lex
spiritalis est.

Ego autē carnalis sū

Dum sine lege fui, peccataque multa licere
Credebam, nondum cognitus error erat.
Ast ubi preceptum uetuit mihi crimina sancta
Est data peccatis ut sua uita meis.
Et nouus ille furor inuisit adolescit ab arētis,
Incipit & uetitum tunc magis esse malum.
Crimine sic uiuo morior, quia numina iusque
Temmenti iusta est pena timenda mihi.
Meque sciēte meum creuit mea culpa reatum,
Dum quæ praua scio, nil minus illa sequor.
Si lex, quam uite dederat deus, illa furorem
Exacuit uitio mors mihi facta meo.
Insuta peccandi cum sit mihi praua cupido,
Deflexere animum quæque negata meum.
Et bona lex, quæquam scelerate occasio culpæ est,
Dum carnem monitis incitat ipsa suis.
Ex hoc peccatum, peccato funus, ab illo
Cruent & irrisum culpa secuta bonum.
Non tamen ob nostros lex est damnanda furorē,
Nam fuit a sancto tradita sancta deo.
Illa malum prohibet, nec causa est funeris acti
Per uitium, culpæ nec fuit illa parens.
Ex uitio mors ipsa uenit, quæque optima de se
Lexerat, ob culpam dat mihi damna meam.
Lex aduersa malis nos forma, imitat honesta,
Sed scelus ob nostrum quod studet illa nequit.
Priuari fructu legem, sub nomine nostro

Signo alios, dictus carnea signa sequi.
Nam carnalis homo, promusque ad turpia, duro
More cadens ipsis sum data præda malis,
Vertor & a uero uitij obtusus ab ipsis,
Atque sequens uideo, quod sequor, esse malum.
Quodque operor dāno, quod mens intelligit odi,
Quod ratio prohibet proditus illud ago.
In proprios pugno sensus, uictusque sopore
De pello, ex oculis lumina uisa meis.
Hinc bona quod fuerit lex, nō mihi causa nocendi
Constitit, aduersum nam uetat illa malum.
Quæ refugit ratio, simul & lex damnat, eamque
Mens probat, illicitos & fugit illa iocos
Quir tamē illa sequor, quæ sunt aduersa sequenti,
Quæque metu prauis lege negata mihi
Ante oculos hominis duplex succurrat imago,
Inque fera armatos prælia finge duos.
Hic carnalis inops crassum sine lumine corpus,
Alter & a lucis principe lumen habet.
Ille sua ductus rabie procliuis ad omne
It scelus, hoc querit, & cupit, atque sapit.
Iste bono cedens & honesti semine diues,
Semper amat pulchri candida signa boni.
Et medijs uitij aduerso nititur ore.
Utque potest clamat, non sibi dulce nefas.
Hunc ergo internum patres dixere, aliumque
Externum, miseris qui cupit esse locis.

uenundat⁹ sub peccatō

Quod cū operor nō
intelligo nō cū qđ vo
lo bonū hoc ago. Sed
quod odio mali illud
facio.

Si aut̄ qđ nolo illū fa
cio cōsentio legi quo
nam bona est.

Hunc autē iā non ego
operor illū sed qđ ha
bitat in me peccatum.

Cum pia mens igitur uero consentit amico
 Nititur & firmo pura manere gradu,
 Sed tamen ipsa sibi restans inflexa furori
 Cedit, & exoso concidit ictu malo,
 Tunc ea quæ faciat furis ascribit auernis.
 Nec probat insanam, quam legit ipsa uiam.
 Tum caro dira ualet tenebrisq; externus et umbris
 Regnat homo, & regnum destruit ipse suum.
 Fortior & prauus, flammaque potentior umbra
 Attrahit illudens interioris opes.
 Hinc fit ut interior scelerata ad crimina tractus
 Dormiat, & socio proditus hoste ruat.
 Hoc quoque (nec pudeat plagas aperire latentis)
 Carne mea fateor, iam nihil esse boni,
 Nam rationis ope si uera capeffere curo,
 Et facilis ueram mens cupit ire uiam,
 Sed neque plena datur rectis hæerere potestas,
 Non animus præstat quæ probat ipse meus.
 Dumq; ualet magis hæc ad turpia prona cupido,
 Quæ ratio ad pulchrum quæ citat illa bonum,
 Non facio iustum quod mens mea diligit, atqui
 Quod dānat, dirum uultque, timetq; malum.
 Quod si quæ inuiti facimus non facta uidentur
 Nostra uiri, hoc factum uix fore credo meum.
 Aduersusque mihi uideor mea facta negare,
 Libera nec digitis lora fuisse meis.

Nam

Scio enim quod non habi-
 tat in me. hoc est in car-
 ne mea bonum.
 nã uelle adiacet mihi.

Perficere autem bonum
 non inuenio.

Nã enim quod uolo bonum
 hoc facio sed quod nolo
 malum hoc ago.

Si autem quod nolo illud
 facio nã iam ego ope-
 ro: illud.

Nam uis peccanti crassis impressa medullis,
 Noctæ reluctantem condit acerba diem.
 Hanc mihi non pestem lex eximit, attamen illi
 Dum conor frenis subditus esse sacris.
 Tunc mihi nota mali rabies infixæ sub ipso
 Pectore, quæ læsi uulnera monstrat aui.
 Monstrat aui, morisque nefas, ab origine pestis
 Robur & a multa traxit iniqua mora.
 Nam rapit ad iustum pulchri me splendor honesti,
 Quod domini iussu lex quoque sancta docet.
 Pugnat ab aduerso duris lex altera monstris,
 Externus secum quam male gestat homo.
 Et rationis opus uoto confundit iniquo,
 Sic me distractum terra polusque terunt.
 Quo uocat & ratio deterret falsa libido,
 Et pugne primas improbus hostis habet.
 Vincitur & rectum prauo uincente, ferorque
 Seruus ut, exosis impia præda malis.
 Nam carnis rabies & a cæruum in tempora uirus
 Ocludunt ualuas ad pia dona meas.
 O miser infelix, o tot, tantisque periculis
 Proditæ, quæ tali carcere finis erit?
 O me quis tandem proprio defendet ab estu,
 Ne patiar gladijs uulnera facta meis?
 Quis me de imperio carnis somnoque, doloque,
 Liberet? o magni gratia sancta dei.

An non

Sed quod habitat in
 me peccatum.

Inuenio igitur legem uo-
 lenti mihi facere boni.

Quia malum mihi adia-
 cet.

Quod elector enim legi si-
 scdm interioris hominem.

Uideo autem aliam legem
 in membris meis.

Repugnantem legi men-
 tis meæ.

Et captiuitatem me in
 lege peccati quæ est in
 membris meis.

Infelix ego homo: quis
 me liberabit de corpo-
 re mortis huius?

Esca dei ptesum chris-
tium dominum nrm.

An non exclamet uitijs obstrictus auernis.

O bonitas populi sancta magistra tui.

Hic precor o fratres, christo moriente soluti

Enthea magnifico reddite corda deo.

A tot seruanti furijs quæ proemia digna

Reddis ob occisum libera turba deum?

Ille quidem hanc pestem diffuso sanguine trudit,

Nec quo te uincat iam canis arma tenet.

Allatret cornuque petat, sed uincere uerum,

Non ualet, en uictor qui uelit esse potest,

Si meliora cupis, diuinaque mente reposcis,

Est qui uictorem te deus efficiet.

Est presens christi quod uincit tartara telum

Quo quicumque cupit uincere, uictor erit.

Est caro, per legem funesti criminis, illi

Qui seruit, miserum se sciat esse reum

Igitur ego ipse mæte
seruio legi dei.

Carne autem legi pec-
cati.

CAPVT OCTAVVM.

Quod si nunc etiã primæui terrea morbi
Pars manet, & sumo è pectore carnis amor,

Hanc tamen in studio clari superabit amoris

Mens pia, quæ nusquam mi uolet ipsa, cadet,

Nam simul ac puri diffunditur unda lauacri,

Sub gladio christi crimina cuncta iacent.

Ac lex

Abstulit ergo nunc dñæ =
tionis est his qui sunt
in christo iesu qui non
secum carnem ambulat

Ac lex iam uite nocturno inuicta furore,

Incluta de sceleris lege trophea tulit.

Reccatumque ruens intrusi robora læti

Perdidit, & primo non ferit ira modo.

Id cum lex Mosi, quo sit lex carnea, plebi

Non dederat, sacris dat deus ipse nouis.

Consultitque suis ostensa conditor arte

Hac reparans lapsum qua creat unus opus,

Vtque duos audis homines crassumque piuumque,

Ecce duas leges corpore legis habes.

Alterã mentalis, simplex, sine pondere, pura,

Diuina in uero lumine lumen habens,

Alterã crassa nocens & acerbis horrida uinclis,

Terra soporato quæ colit antra sinu.

Spiritus hæc, illa est occidens littera, Mosen

Illa sui autorem uendicat, ista deum,

A Mose adueniens nulli dedit arma salutis

Quamuis a notis arcuit illa malis,

Alterã, quam christus Moses uelut alter ab alto

Patre refert, flatu dat bona cuncta pio.

Hæc effundit opes, & inanes effugat umbras,

Et uerum dempto cortice nomen habet.

Sed quia sic decuit, per carnem ut carnea pestis

Victa sit, & sanguis sanguine, morsque nece,

Gentis ab ætherio lapsæ miseratus olympo

Demisit gnatum conditor ipse suum.

Qui

Lex enim spūs uite in
christo iesu liberauit.

De a lege peccati et
mortalis.

Itã, qd impossibile erat
legi in quo infirmaba-
tur per carnem

Deo filii suum mittes

In similitudinem carnis peccati. & de

peccato dānauit peccatum.

In carne.

Et iustificatio legis impletur in nobis.

Qui nō secundū carnem ambulamus.

Sed secundū spiritū.

Qui licet æterni non mutat numina nati,
Induit huc missus carnea membra deus.
Cōmunemque uiris naturam assumpsit, & inter
Peccantes transit sed bene carnis iter.
Et quanquam iustus peccator creditus inter
Iniustos fuso sanguine fixus obit.
Peccati effigiem sic lux æterna recepit,
Ut specie sceleris luderet ipsa scelus,
Ut deus æternis aboleret crimina flammis,
Factus pro nobis, hostia grata reis.
Et moritur non uictus homo, lætumque subegit,
Et tulit e uicto sancta trophea dolo.
Mors moritur moriente deo, dominataque nobis
Cæca caro telis concidit ic̄ta suis.
Corpore sic legis aboleto insurgit & afflat
Spiritus & passi luxque, salusque dei.
Nec parit hæc iram, nec iniquos excitat æstus,
Ut quæ sub duris hæctenus umbra notis.
Sed bona iusticiæ confert, uerumque deumque,
His quorum extinctus pectore carnis amor.
Qui non signa colunt uanis inferna subumbris.
Nec uacue charitis nomen inane gerunt,
Sed bene per flatum diuinæ legis aguntur,
Quo uiuit passo turba renata deo.
Iam micuit pietas, perfecta que nomina sanctæ
Iusticiæ, & clarum dat noua uita genus.

Aspice

Aspice carnales, ut carnea uota sequuntur,
Insitus at christo nil nisi numen amat.
Neglecto carnis stimulo consurgit ad astra,
Spiritus optati quo iubet ire dei.
Cura uiro similis, plebs carnea non nisi querit
Carnea, mens sancti non petit ima uiri.
Aspirat, sursumque uocat, christumque uocantem
Audiit, & nullo pondere pressa uenit.
Mortales hæc carne sumus, sed morte subacta
Christus non iterum non moriturus habet.
Viuit, & ad uitam nos excitat, ipseque nostra
Vita dedit membris uiuere posse suis.
At lex carnalis superis, aduersa fauillis
Auocata nostro corda superba deo.
Sic parit & mortem, uitæ lucique repugnans,
Dum stupet ad solis lumina, nocte perit.
Qui sapit & carnem nihilum sapit improba terrā
Terra uidet, terræ plus quoque lumen obest.
Nam terrena magis qui perspicit, illaque cordi
Figit, de æthereis nil uidet ille bonis.
Mors caro, mors sanguis, sed uita spiritus, in quo
Cernimus ad flammam te pater alme tuam.
Spiritus hic pacem tribuit, sed terra furorem
Lethiferum, radijs obstat & illa pijs.
Hostis & in pulchrum carnis sapientia uerum
Perditur inferni castra secuta doli.

Obis

qui em̄ sc̄bz carne sūt:
q̄ carnis sunt sapiunt:
qui nō sc̄dm sp̄z sūt:
q̄ sunt sp̄s sentiunt.

Hæ prudentia carnis
mors est; prudentia aut
spiritus uita & pax.

Qm̄ sapientia carnis
inimica est deo.

Legi enim dei non est
subiecta.

Hec enim potest.

Quasi in carne sit.

Deo placere non possunt.

Eos aut in carne non estis. Sed in spiritu.

Si tñ spiritus dei habitat in vobis.

Si quis aut spiritum christi non habet.

hic non est eius.

**Obstansque deo longe ad diuersa uocanti
Se miseram summis implicat usque malis.**

**Contemnenisque dei legem, carnemque secuta
Mens nequit ulla suo complacuisse deo.**

**At uos per flatum carnis de lege supernum
Eruta plebs domino nuper oborta pio.**

**Viuite conformes uitæ aduersusque receptis,
In uestro memores corde sedere deum,**

**Nam sacer in nobis flat uere spiritus, atqui
Effugiet sanctus turpia templa deus.**

**Turpia cum puris pugnant, ut frigora flammis,
Et scelus & numen non simul esse queunt.**

**Spiritus in nobis uitæ cupit esse, manetque
Sponte quidē in nostris cordibus almus amor.**

**Almus amor, quem non delectant carnea, qui quid
Vere habitat nostro pectore, si uolumus.**

**Si uolumus præsto est, animis hunc candida turba
Suscipe, credenti nulla neganda tibi.**

**Sed neque sola fides faciet pia pectora christo,
Apta fidem pulchrum ni comitetur opus.**

**Baptismo solo qui se putat esse beatum
Fallitur, hic uitam sub duce carnis habet.**

**Ni christi uiuum mens combibit enthea flatum,
Illius atque animum firmat amore piuum,**

**Vitali succo castas implere medullas
Non ualet, aut domino plena nitere suo.**

Pneuma

Pneumatis & nexu christo coniungimur almo,

Qui uacat hoc, nullum, dic tibi, lumen habet.

**Quod si lex nobis uita, & pax christus, & ipse est
Virtus, quis uitæ iam locus esse potest?**

**Expresset christum plebs christea, mortuus ille
Dux fuit, at uitam nunc bene uictor habet.**

**Ergo iter hoc domini fratres imitemur amici,
Et pars in nobis crassior illa ruat,**

**Ira, Venus, nummi que fames, & cætera terre
Monstra cadat, nostrum nil male pectus amet.**

**Sic ruat hoc corpus, careatque libidine, uiuat
Spiritus ut ueras & bene quaerat opes.**

**Utque accensa super, circumuolet æthera uotis
Mens pia, sic quaerunt optima membra caput.**

**Illius at uictor qui christum extraxit ab Orco
Si bonus in uestris spiritus est animis.**

**Nōn erit hic uacius, uiuis micat utile domis,
Numen & hoc uobis quod duce fecit aget.**

**Christum ille effractis euexit ad astra sepulchris,
Nec iustum gemina morte perire sinit.**

**Vos sic a uitæ quæ mors est uera citabit,
Restituet uitæ quod caput ipse nouæ.**

**Extinctumque nefas abingens & carnea uota,
Conferet in se uos lumen & arma lupos.**

**Uiuimus huic, eius non ducit spiritus, illi
Seruiat efflato uita parata deo.**

Quid

Si aut christus in uobis est.

Corp⁹ quidē mortuus est, ppter peccatū spiritus uero uiuit, ppter iustificationem.

Quis si spiritus est qui suscitauit iesum a mortuis habitat in uobis.

Qui suscitauit iesum christum a mortuis.

Qui uificabit & mortalia corpora ustra ppter inhabitantem spiritum eius in uobis.

Ergo fratres debito res sum⁹ non carni ut scdm carnem uiuam⁹

Quid mihi cum carne est, puro quæ restat amoris
 Turba sumus morti mortua, uina patri.
 Postquã diuinum christo bene cœpimus haustum,
 Debemus carni iam nihil, omne duci.
 Absit, ut affectu terræ mergamur iniquo,
 Nostraque læthæe nota morentur aquæ.
 Iam caro per christum menti seruire coacta,
 Disce pati flammis dulcia fræna pijs.
 At nos ad uitam uero uiuente uocati
 Ad mortem surdi ne properate rei.
 Mors a carne furit, sed si uigor igneus illam
 Extenuat, falsas urit & illecebras,
 Vita crit, & luso tunc membra micantia mōstro,
 Incipient uera luce referre caput.
 Non est, cui timeas durus parere, tyrannus,
 Spiritus, afflatus non premit ille uiros.
 Dulce iugum, suauisque labor, nō improba iussa,
 Et crucis amplexæ pondera lenit amor
 Aspirat menti cum flaminis aura benigni.
 Nil obstat dominum quin petit illa suum.
 Mens corpusque suo flatu ductantur, ab ipso
 Torpentis torpens frigora corpus habet.
 Si uigeat flatus, uigor est in corpore letus,
 Sic anima, affectu praua, uel alma, suo est.
 Mensque, dei quam flatus agit, uitæque reformata,
 Est proles magni sanguine nata dei.

Spirat

Si enim scdm carnē uis-
 xeritis moriemini.

Si autē spū / facta car-
 nis mortificaueritis ui-
 uetis.

Quicquid enim spiritu
 dei aguntur / hi sunt fi-
 lij dei.

Spirat enim redditque patrem, facilisque sub omni
 Pondere amat dulci docta placere patri.
 Conditor a domino seruum quia separat, ecce
 Qui seruit, duro cogitur ille metu,
 Pressus & officium per agit, uos libera christo
 Turba, nec in uobis causa timoris erit.
 Hi timeant qui uincla uolunt, rursusque flagellum
 Legis, & ad solas flectere corda minas.
 At uobis domini uera, quis luce beati
 Elatus adest, pleno est pro duce uerus amor.
 Non opus est misero sensus arcere timore,
 Quos agit infusi flamma fauorque dei.
 Spiritus ipse dei gnatos uos fecit amici,
 Hoc precor, a summo querite summa deo.
 Seruiliisque timor regali cedat amori,
 Qui sibi iam dulcem sensit adesse patrem.
 Ab pater, ab genitor, quæ nostra est gloria patrē
 Dicere, quem nostrum noscimus esse deum.
 Hoc est a summo præstatum munus amore,
 Ne seruus dominum nesciat esse patrem,
 Quid timeat charus domino? quid filius eius
 Non speret? christo quid neget ipse parens?
 At quia iam faciles nutu, uerboque parentis
 Viuimus, afflatum dat pater ipse suum.
 Constet & ut ueri sobolem, nos esse beati,
 Dat nobis uerax pignus amoris amor.

F Hic

Non enim accepistis spi-
 ritū seruitutis iterum
 in timore:

Sed accepistis spiritū
 adoptionis filiorū dei:

In quo clamam⁹ Ab-
 ba pater.

Ipse enim spirit⁹ testi-
 moniū reddit spiritū
 nostro & sum⁹ filij di.

Si aut filii: & heredes Hic nos heredes sceptro promittit eodem,
 Ut genitos uero cuncta tenere bono.
Heredes quidem dei. Cuncta simul primo per quem pater omnia nato,
 Mens pia communem coepit habere patrem.
Coheredes aut christi: Congenuit christo, regnum uenienuus ad alium,
 Ille prior, socios perferet ille suos.
 Ductor ouas, secumque ligas, summusq; sacerdos
 Offeret eterno semina uia patri.
Si tamen. Sed non ante datur, diuinam scandere sedem,
 Herere & domino tempus in omne pio,
Compatimur. Quam christo similes agni, uictoque dolore,
 Pergamus recta qua prior ille uia.
 Ille malis passis regnum peruenit ad illud,
 Quod patris ad dextra numine plenus habet,
 De decus ut patitur, culmen sibi coepit honoris,
 Quodq; humilis, summum surgit ad iterium.
 Aspice ut angelicas hic fertur ad astra perulnas,
 Qui modo tan diro funere caesus erat.
 Aspice, ut innocuus distillet balsama uultus,
 Quem modo sub malcho scis genuisse fero.
 Aspice, diffuso rorati sanguine uepres
 Ut sint purpurcis lilia mixta rosis.
 Aspice, ut affixæ sub iniquo uulnere dextrae,
 Effundant toto tempore diuitias.
 Ut spiret, pariatque bonum, uitamque decusque,
 Quod latus ignari perforat hasta uiri.

Mor

Mortuus hic tandem uiuit uictor que laboris
 Regnat, & in superos ius habet ipse choros.
 Et quicumque uolet diuina repositere regna,
 Hoc ducis exemplo, conuenit orbe pati
 Vis christi sceptrum? christi perferre labores,
 Non pigeat, precium funeris astra tenes.
 Non pigeat, superanda omnis fortuna ferendo est,
 Si mundo gemitus dat breuis hora suos.
 Spes tua de eterno est, breuis est labor, optima caeli
 Pasca, sed modico est tempore poena leuis.
 Sic promissa uiris christiani gloria regni.
 Et nisi post fletus non datur illa pios.
 O nos felices, quos plagæ & uulnera monstrat,
 Ad caelos ueram carpere posse uiam.
 Ne turbent te plaga, labor, funusque dolorque,
 Maxima pro paruis mercibus empta uides.
 Gaudia uenturo nunquam interitura sub æuo,
 Pro breuibus lachrymis quæ bene iustus emis.
 Pro lesbo uitam, pro plagis regna deumque,
 Pro terra æternas paupere diuitias.
 Adde quot & uarijs subeunda pericula terris,
 Dum rapidus fragiles quærat auarus opes.
 Cantaber adueniens geminam mercator ad ursam
 Tempserit horridici murmura sæua sali?
 Mercatura deum timeant quid corda beantem?
 Quis dare pro domino uir neget ulla suo?

Et & glorificemur.

Existimo enim quod non sint
condigne passionibus hu-
ius temporis.

Ad futuram gloriam:

Quæ reuelabitur in
nobis.

F ij Inue

Inueniēs pulchrā quis nō dabit omnia gemmam,
 Vt capiat? frater quid tibi pluris erit?
 Quid super æternum repetas? quo uicta labore
 Mens pia propositi, non emat ore dei?
 Interea regni sancta tibi morte parati
 Auero pignus numine certus habes.
 Non tamen hic plena est sæclo dum uiuis in isto
 Gloria, securo qualis habenda polo.
 Enthous hic gustus diuino afflatus ab ora
 Dat quasi transenne signa uidenda boni,
 Nescio & an gustus, experte credite menti,
 Non ualet hoc uerbis lingua referre suis:
 Plenus at ille decor, perfecta que gloria uitæ
 Tunc aderit uerus cum sine nocte dies.
 Corpora cum tandem pauidis extracta sepulchris
 Non possint damnis, uulnere, morte, premi.
 Interea selecta cohors seruata perempto
 Surgente & flatu membra tegente suo.
 Expectat, mœsti simul omnis fabrica mundi,
 Cum pater electos ducet in astra uiros.
 Cum deus omnipotens lachrimas abstergit ab almo
 Corpore, ne liceat tristitia posse pati.
 Cum Vesana fames auri moritura superbi,
 Plenaque diuini uasa liquoris erunt.
 Nec nos hoc tantum, sed cuncta hæc machina uotis
 Optat ad obsequium nempe creata uirum.
 Dum

Etiam expectatio.

Creaturæ reuclationē filiorum dei.

Expectat.

Eianitati enim creatura subiecta est.

Dumque uiri patimur, patitur uelut ipsa laborem
 Machina, quæ nostris corruiet ista malis.
 Infelixque simul nostros ut quæstæ labores
 Deslet & expectat cum grauis umbra ruat.
 Acclementa simul, nostro ceu nubila casu
 Considerint, illo pulchra futura die.
 Et non ante suo sperant gaudere decore
 Quam genitis pulchri sint data cuncta dei.
 Nunc uelut in tacito damnat mala secula luctu,
 Et tanquam humano prodita more gemunt.
 Perfectumque orbem cupiunt, tantumque laborem
 Spe tolerant quoniam iusta paterna ferunt.
 Solaturque malis, quod se non sentit in eum,
 Fabrica sed certo mœsta futura modo.
 Scilicet usque sui pereant contagia morbi,
 Nec mentes proprii corporis arma tremant.
 Tunc mundus uiso celebrans noua gaudia uero,
 Accipiet donum tempus in omne suum.
 Interea pugna est cunctis, estusque, uicesque
 Terra, aer, motæ perpetiuntur aquæ.
 Ipsa quasi humano torpescant sidera somno
 Sepe uices passo lumine mœsta silent.
 Quinetiam angelici flent uulnera nostra manipuli,
 Aula dei nostris condolet ipsa malis.
 Denique nobiscum quis non gemit? ut pia mater
 Parturit beu lapsos machina tota uiros.

Nō volens: sed ppter eū q̄ subiecit eū in spe: quia & ipsa creatura.

Librabitur a seruitute corruptiōis/ in libertem gloriæ filiorū dei. Scim⁹ em̄ qz oīs creatura ingemiscit & paraturit usq; ad huc.

Nō solum astit illa, sed

Nobis cumque iacens finem requiemque laborum
 Optat & occulto poscit amara sono.
 Nec solum ignoto quæ turba est morbida uero
 Reliquias prisca sentit in esse mali,
 Nos quoque, qui missi diuino afflamur ab ore,
 Dexterâ quos primis christea potat aquis.
 Tot sumus obstricti plagis dirisque flagellis,
 Ictaque continuis corpora nostra malis.
 Hinc uarij uite casus, morbi que famesque,
 Hinc furit in nostros improba turba sinus.
 Non ignara mali miseris succurrere discit
 Mens nostra & fluctus ingenuisse feros.
 Optamusque diem domini, quo corpus in æuum
 Accipiat saluis integra membra uiris.
 Et crasso pereunte nitens exurgat in omne
 Robur & in flammam candidus ignis eat.
 Quod tamen interea duris nos percutit iris,
 Quicquid id est, sceleris quod ferus ultor agit,
 Spe ferimus, lætique salo pugnamus in isto.
 Firma quies uictis nempe futura malis,
 Et diuina salus post uulnera nostra uidenda est.
 Solamen lachrymis & dabit illa pujs.
 Gloria nostra manet post prælia uicta, uirosque
 Spes mouet hæc, superas concipe uictor opes.
 Quod speras summum est, nihil est quod cõspicis
 Tedit ad æternũ spes tua firma bonum. (oc.
 Apparet

Et nos ipsi primitias
 spiritus habentes.
 Et ipsi intra nos gemi-
 mus.

Adoptione filiorũ dei.
 expectantes redẽptio-
 nem corporis nostri.

Spe enim salut facti
 sumus.

Spes autem quæ vi-
 detur non est spes.

Apparet nondum sperata fidelibus ingens
 Gloria, cur sensum terra morata tuum esse
 Non spes de uisis, uisum supereminet omnem
 Quod fuit optandum nocte dieque bonum.
 Quicquid habet mundus prima quod fronte uidetur
 Dulce, fuge, a notis sit procul umbra tuis.
 Non erat hoc illud quod spes tibi firma parabat.
 Illud ouans ignis, non leuis aura tenet.
 Quod uideas hoc sperne precor, non optima nosse
 Visus habet, non has spes tua querit opes.
 Spesque fidesque simul, diuina negocia tractant,
 Sed neque ab his oculis cernitur ipse deus.
 Credimus i dominum, quo nõ licet usq̃ uidemus
 Speramus tandem patre ferente frui,
 Hinc uenit in bello felix constantia nostro,
 Inuictos duris quæ facit esse malis.
 Et licet afflicti pelago iactemur in alto,
 Expedi hoc animo quem deus igne probat,
 Spiritus est etiam fragili cum corpore pugnant,
 Nec sponte ad iactos hinc sinit ire dolos.
 Consultit, hortatur, terrestria linq̃ere uota,
 Et monet empyrei regna petenda poli,
 Aspiratque dei flatus ductatque mouetque,
 Adiuuat, illapsu hoc fit leuis ipse labor.
 Erigitur, perstatque animus, toleratque, ni getque,
 Motus & ad patrem fortior igne uolat.

Quia quod uidet quis
 quid sperat?

Si autem quod nõ uide-
 mus speramus.

Per patientiam exp-
 ctamus.

Similiter autem et sp̃s
 adiuuat infirmitatem
 nostram.

F iij Hic

Mā quid orem⁹ sicut
oportet nescimus.

Sed ipse spirit⁹ postu-
lat p nobis gemitib⁹
in enarrabilibus.

Hic docet optādum fuerit quid/quidue precādum
Spiritus: & rectam monstrat ad alta uiam.
Nā pia mens misero cum sit nimis inscia clauſtro,
Vtile sub sensu non capit omne suo,
Quid sibi conueniat nescit, plerumque salutem
Dum petit, ignorans, heu sibi uirus amat.
Ille petit uires, perijt sed uiribus, alter
Magna loqui, exitio sed sibi lingua fuit.
Pluribus horrendos optata pecunia casus
intulit, arratas fors petit atra domos.
Aduersa optamus miseri, cupienda timemus,
Si pia, non apto poscimus illa modo.
Spiritus at recti formam lumēque deumque
Sentit, & æthereis gestit adesse choris.
Affectu & sancto motus pia uota precesque
Dat facilis patriæ tactus amore suæ.
Ipse etiam summus diuina silentia doctor
Astruit, & ueris imbuit ora sacris.
Ipse preces tacitas diuino affamine motor
Dirigit ignoti clauſtra sub alta dei.
Utque sit hoc maius domini clementia ueri
Vtile pro seruis postulat omne suis.
Prospicit & a charis bonitas nostrumque reposit
Lumen, ut rectis lux micet alma uiris.
Et quasi pro nobis doleat pereuntibus, hic ut
Optimus est propria uocero gatus adest.

Vox eius

Vox eius nostro non/enarrabilis ore,
Nescio quo affectum mens parit alma suum.
Sed iamē has uoces, seu sacra tonitrua nunquam
Audita aut uerbi sunt data signa boni,
Aut charis, aut donum, uel flāma, aut qcqđ ab uno
Ente fluit, nullis fas tibi ferre notis.
Quicquid id est, tacitum est, deus alta silentia laus
Iusta qbus uerum mēs habet ipsa suum. (dat,
Funde preces tacitas (crimen procul) audiet illas
Qui mouet has, notum iam tenet ille tuum.
Funde etiam uoces castas, psalmoſque canendos,
Nec spes a magno pendeat ipsa sono.
Sed domino uitæ, cui mens accensa loquatur,
Amplectens socium leta marita deum.
Quum cupias aliquid terreno a principe posces
Multa loquens, & sic uixtibi dona dabit.
Et nisi forte tones non audiet, at deus orbem
Lustrat, & ex imo pectore uota capit:
Non opus est uano reboantia murmura gestu
Funderē, cuncta parens quæ uelis ante uidet.
Et quæ conueniant dabit omnia, nam neque poscit
Spiritus a iusto dissona danda deo.
Sed pacē, rectumque animum, uitamque salubrē,
Non sunt hæc, magnus quæ neget ipse deus.
Est bonus, est uitæ dator ipse libentior almæ,
Præuenit & donis optima uota suis.

Qui aut scrutatur cor
da.

Sciendū desideret spi-
ritus.

Quia secundū deū po-
stulat pro sanctis.

Si tero

Si terram vitium ue petis, crimenue nefasue,
 Quid mirum uotis in fauet ille tuis?
 Mater ut indoctis gladium non prestetit ammis,
 Sic tibi que noceant denegat ipse pater.
Scim⁹ aut qm diligē Aspirat tantum sanctis iustisque bonisque
abus decum. Presto est & uotis consulit ipse pijs.
 Vsq̄ sub amplexu uosorum summa beato
 Sit data, seruatis sit decus omne uiris.
 Interea nihil est quod nos trepidemus ab ipso
 Conteñi, est famulis duxque caputque suis
 Hostis adest, simul atque fauor diuinus in hostem.
 Quidquid erit, uerum non ualeat esse malum.
 Aspera fors, plagæ, morbi gemitusque dolorque,
 Si tolleres, magni causa ualoris erunt.
Omnia cooperantur Causa boni iusto est diri patientia damni,
in bonum. Sponte quidem patiens non miser esse potest.
 Cum premittitur felix, casu nec læditur ullo,
 Mersus & in turrida tunc quoq̄ uictor aqua.
His q̄ scdm̄ propositis Tatum opus è dominum te regna ad certa uocasse
vocati sunt sancti. Et fauor a firmo numine tantus adest. (se,
 Exitus in domino est, sed summa capeffere dona
 Non dubites firmi, luce uocate dei.
Ham quos præsciuit. Non temere elegit, nam qui uentura sciebat
 Præsciuit flammis corda paranda suis.
Et prædestinauit: con Inertos proprij uoluit sub corpore gnati,
formes fieri imaginis Inque deo diuos, principis instar, eos
filij sui.

Victos

Victores mortis claro gaudere triumpho,
 Quos uidet, & durum rumpere carnis opus.
 Ipse triumphator spectandus in agmine primus
 Alta super cœli culmina christus onat.
 Ut simili pompa uicto regnemus olympo,
 Si sequimur cæsum mortua membra caput.
 Et sic in multis genitis prior ipse pararet
 Regna patri, ut populi dux erat ipse sui.
 Ac prior in socios fundat sua iura sequentes
 Ius illud, partos quo tenet ipse polos.
 Quod tamen instituit sæclis uenientibus ultro
 Perficiet, gratis plena erit aula uiris.
 Quos pater omnituens uero prædestinat ore,
 His dedit auditas tempore legis opes.
 Nunc uisas, uisasque palam, ueroque receptas,
 Lectaque carnato numine membra uocat.
 Quoque magis speres que sunt tibi dàda uocato,
 At que te magnus destinat ante deus.
 Impictatis onus perpeffa morte peremit.
 Duxque piusque agnum te facit esse piuum.
 Est pietas signum, quod sis uenturus ad arces
 Empyreas, animo si petis alta tuo.
 Nomen uides christum diuini Pignus amoris
 Huic dare, qui uitium numina uincit amans?
 Ter geminamque hecatè tria criminis ora nefandi
 Rumpere, num paruum luminis indicium?

Decre

Et sit ipse primogeni-
tus in multis fratrib⁹.Quos aut prædestina-
uit hos & uocauit.

Et quos uocauit

Hos & iustificauit

Decreuit, prestabit, crit pulcherrimus ordo
 Integer, e numero nulla peribit ouis.
 Vis esse ex numero, tantum ne obsiste uocanti,
 En uocat. infernos tu modo linque lupos.
 Linque lupos, agnum se quis pia turba decorum,
 Agnus & iste tibi summa decoris erit.
 Summa deus, deus atque agnus, motatque, regitque
 Agnicolam, & flatu seruat ouile suo.
 Non sentis flatum? iusto florere decore
 Te facit, affectus seminat ille pius.
 Nota charis, regnumque dei, bonitasque, uoluntas,
 Illustrat mundos qua pater ipse animos.
 Circumstat te flamma nocens, sibilique decembres,
 Et furit elatum mente iacente lutum.
 Fide tamen, quis non diuinis fidat in armis?
 Fide deo, dextram iam dedit ille suam.
 Quis timeat uitium, districtaque tela furorum,
 Tartara uel, christo si duce tectus adest?
 Pugnare pro nobis dominus, nihil usque timendum,
 Cedet flammigero torua leona deo.
 Si deus a nobis, contra licet improbus anguis
 Seruiat, a nobis hoc duce uictus erit.
 Vincimus infernos obiecto principe morsus,
 Et uitium in nostro uincimus omne deo.
 Argumentum ingens, manifesta que signa fauoris
 Iam dedit, a nostro sanguine corpus habet.

Ignosce

Ignoscensque pater culpas in secula nostras,
 Gnatum pro nobis omnibus exposuit.
 En per nostra finit dilectum crimina gnatum
 Maclari, lapsos sic amat ille uiros.
 Charus erat patri super omnia filius: & tu
 Charus eras gnatum, cui dedit ille suum:
 Tolleret ut miseros demittitur, utque preemptos
 Restituat uite, pertulit ille mori.
 Cæsis uita datur, quid non speremus ab illo,
 Pro nobis actum cui placet esse reum?
 Hostibus ille datur, quid non speremus amantes?
 Qualis erit frater, qui bonus hostis erat?
 Concipe christianos animos, tibi traditur æther,
 Et cum donato sunt bona cuncta deo,
 Cui genitum dederit, nihilum pater ipse ne gabit,
 Posce potens, uotis nulla repulsa pijs.
 Si decus illud amas hominum quod carne recenti
 Anteaquam patres transgredierentur erat,
 Inflictaeque cupis fructu gaudere beato,
 Accipe, cum summo cætera dantur hero.
 Tantum opus est, christo nascentem suscipe flammam.
 Ecce tibi in dextris uita salusque tuis.
 Non licet hinc longis adamos æuasque querelis
 Impetere, electis nil nocet æua uiris.
 Tu tibi non noceas, nemo est qui læserit alter,
 Subduntur uotis noxque scelusque tuis.

Terra,

Qui etiam proprio filio
 suo non pepercit: Sed
 pro nobis omnibus tra-
 didit illum:

Quomodo non etiam
 cum illo.

Dia nobis donabit?

Quis accusabit aduer-
 sus electos dei.

Terra, polus, furiaeque graues, Ere bique furores,
 Non te peccantem ni uelis efficient,
 At qui non peccat, deus est, in corpore christi
 Infitus, o iustos quanta corona manet.
 Peccasti fateor, sed purum reddidit insons
 Christus, in abstergis & micat ille uiris.
 Audeat hos quis nam duro accusasse furore,
 Quos mundat mundus sanguine, luce, deus?
**Deo qui iustificat. qd
 est qui condemnet?** Quem seruata deo timeat pia pectora iusto?
 Aut contra dominum, quis queat ire suum?
 Irruat in sanctos quicquid sub uortice leti
 Feruet eos dominus seruat ab igne pius.
 Irruat in Paulum Saulus, nihil ipse uerebor.
 Flamma dei maculas ussit amica meas.
Christus iustus. Quis me condemnet iusto seruante cruore,
 Non christus, namque hic dicitur Emanuel.
Qui mortuus est. Qui moritur patiens, ut sicca uirescere corda
 Donet, & ad dulcem posse redire patrem.
Inmo qd & resurrexit. Qui tumulo exsurgit, tenebris & morte peremptis
 E tumulo, ut caesos ductet ad astra uiros,
Qui est ad dexterā dī. Qui sedet ad patris foelici sanguine dextram,
 Nosque pecus gremio confovet ipse suo.
 Nō pater, hic proprium miser ad a ad funera natum
 Misit, ut electos seruet ab hoste uiros.
 Non pneuma, ad uitā flammis accendit, & armat
 Nos deus, & rectam monstrat adire uiam.

EXCII

Excubias homini uigiles, ignesque beatos
 Impluit, & quo sit uita petenda docet,
 Sancta trias nostrae leto inuidiosa saluti
 Consulit, & christi sanguine donat opem.
 Quis damnet? si crimen obest, iam funera christi
 Corruit, a dextris & iacet ira tuis.
 Vltor erat quondam ferro metuendus & igne
 Suetus in exosos bella ciere uiros,
 Victus & a christo diuinis occidit armis.
 Hoc facit, ut nostra iam ruat ille manu.
Adde, quod et magnus charo pro corpore christus **Qui etiam.**
 Orat, pro nostris & dolet ipse malis.
 Proque suo patrem populo interpellat amicis **Interpellat p nobis.**
 Vocibus, & iudex causidicusque fauet.
 Monstrat opes, quibus ille reos a crimine lustrat
 Sanguine comixtam maximus emptor aqua.
 Monstrat purpureo radiantia ferta liquore,
 Et latus & clauis uulnera facta feris.
 Hoc praecio charos ab amara protegit ira,
 Et fugat haerentes nostra per ora canes.
 Quis damnet tanto tutatum uindice? quis me
 Separet amplexu uirque deusque tuo?
 Gratus ero/ si das quo sim tibi gratus amorem.
 Mens precor & flammis ardeat ista tuis.
 Teque deum uermis plusquam dilectus amabo.
 Sitque tui nosster fructus amoris amor.

Te sea

Tribulatio / an angustia / an nuditas / an famines / an periculi / an perfectio / an gladii?

Sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis.

Sed in his omnibus superamus.

Propter eum qui dilexit nos.

Certus sum enim.

Quia nec mors, neque vita / neque angeli / neque principatus / neque virtutes / neque instantia / neque futura: neque fortitudo / neque altitudo / neque profunditas / neque creaturae

Te sequor en tu sunt mea pectora, sustinet illa
Dulcis amor, nullis terreat ipse malis.
Afflictus / uinctus / nudus / gladioque resectus /
Proditus esuriens te tamen usque sequar.
Perstabo, tu tela dabis, quis uincere possim,
Nec duri incursum, nec nouus hostis erit.

Haec aduersa pijs omnibus uentura manebant,
Mors tamen in domino nil nisi uita meo.
Quicquid erit, nec me uideat modo tartara uicti,
Dulce erit & gratum te modo christe sequar.

Omnia perpetiar nulla superabilis umbra,
Dum tua lux oculis fulserit una meis.
Tu me uictorem, per te, quia iustus, amabis.
Assistens pugnae motus amore meae.
Te moriar moriente lubens, surge resurgam,
Vnus & in nostro pectore uictor eris.
Vnus amans uincens, & te uincemus ouantes,
Obruat innoxos nulla procella tuos.
Sed charitas quae cuncta potest hominesque deumque
Uniet, & nodum non teret ira pium.

Ast ego numen amans quocumque potentius igne
In domini sancto robore firmus ero.
Nec me iam domino charum diuulset ab ipso
Terra, nec angelici turba uerenda chori.
Non caelos, aut caelum, non his contenta duobus,
Distracta placido uiscera nostra deo.

Mens

Mens mea si domino non sit deserta marito,
Diuini coniux semper amoris erit.
At certus, nec fallor enim, per secula nulla
Tan bene quae sitas pellet amator oues,
Sed qui plus aequo, ficto confidis amore,
Respice, mendacem respice, pellet ouem.

ra alia poterit nos separe a charitate dei: qui est in domino nostro christo iesu.

CAPVT NONVM.

AT quicumque uolet christiani insignia regni
Sumere & electos inter adesse uiros,
Inuidiam fastum, terrenaque uota relinquat,
Nam scelus & charitas non simul esse queunt.
Crimen, amor, duo sunt, puro si uiuis amori,
Hunc sequere, in christo iam uia nota meo est.
Atque utinam ad christum Solymi uertantur incrimnes
Lucescatque suum Sara secuta deum.
Procurator abi, thalamum petit ipse maritus.
Quid facis? ab domino regna relinque tuo.
Iam sponso ueniente sile, ni cesseris illi
Legifer, o Moses turpis adulter eris.
At sibi persuadent Solymi, satis esse, quod illis
Abramo datus est principe legis honos.
Nil horum, sed purus amor, charitasque, fidesque,
Per christum ad summum te trahet usque bonum.

G Si se

MYSA PAVLINA.

Si sequeris legem, fructum tibi suscipe legis,
 Ecce tibi christus lege petitus adest.
 Proh dolor. hunc cepit tæbris gēs Ethnica fractis,
 Abramides donum non capis ipse tuum.
 Non odio dixi generis, licet improba quærat
 Vincla, mihi & uiua perfida turba deo.
 Testor dulce caput socijs pereuntibus in gens
 Me miserum interno conficit igne dolor.
 Meque lubens cunctis damnatum exponere pœnis
 Optarim, socijs sit modo uita meis.
 Dum mea gens plene christo societur in uno,
 Dispeream, si non sit mihi dulce mori.
 O iam si Abramidae quod sunt in carne, fideque
 Sint simul, & ueri gesta sequantur aui.
 Hoc primum deceit, quem lex promisserat illis
 Sumere: quis dignis temperet a lachrymis?
 Hoc super omne genus, regi sibi legerat uni
 Conditor, ut gnatos texerat atque suos,
 Ipse alias gentes sanctis arcebat ab aris,
 Hæc habita ut charo nata parente soror.
 Huic dedit, ut panido calcaret cœrula ponto,
 Ducitur & magni lumine recta dei.
 Idola hæc tempus nec dæmonas ære locauit
 Nec dedit a saxi corda regenda suis.
 At coluit cœli dominum terræque marisque,
 A quo docta satis inique piūque fuit,

Pacla

Veritate dico in chro
 nō mētor: testimoniū
 mihi p̄hibēte cōsciētia
 mea i spū sc̄o/qm̄ tri-
 sticia mihi magna ē et
 continuus dolor cordi
 meo.

Optabā em̄ ego ipse
 anathema esse a chro
 pro fratrib⁹ meis q̄ sūt
 cognati mei sc̄dm̄ car-
 nē: qui sunt Israhelitē:
 Quorum adoptio.

Est filiorum.

Et gloriis.

AD RHOMANOS. Fol. 50.

Paclaque cum domino serijt pia foedera sancto,
 Et tulit a proprio mystica sacra deo. *Et testamentum & le-
 gis latio.*
 Huicque dati nates & candida turba uidentum,
 Quæ christum uerbis protulit ante pijs.
 Cui seriem uitæque iubar, flumenque decoris
 Ante canunt, ueri gesta fidemque boni.
 Sic hominem pinxere deum, uitamque necemque *Et obsequium & pros-
 missa.*
 Principis, & calamo cætera sacra pio,
 Ut dicas uidisse oculis, stilumque prophete,
 Si sapias, hunc uerum dixeris historicum.
 Adde, quod est magnum, claris oriuntur ab illis *Quorum patres exq̄
 bus est.*
 Qui uere illustres, & decus orbis erant.
 Magnanimi heroes lucem uitamque sequentes,
 Quorum uix uirtus altius ire queat.
 Abramus pater, Isacus, plenusque Iacobus,
 Et qui quod uideat numina nomen habet.
 A quibus humano dignatus sanguine christus *Christus secundū carnē*
 Nasci, qui nitidis lumina monstrat auis.
 Cognati christo dubitent cur credere christo?
 Quis timeat socij fraude perire pij.
 Quid sequeris ueteres, nouus pluit iste uigorem
 Hic tibi pro cunctis patribus unus adest.
 Illi homines tantum fuerant hic uirque deusque, *Qui est sup̄ oia deus.*
 Illorumque uigor hoc duce tantus erat.
 His nodum natus præstabat robora christus,
 Semper ut in uiuo numipe, numen habet.

G ij Mystis

Mysticus est christus ueteres quicumque per annos
 Floruit, in sancto pectore christus erat.
 Abramique fidem christus dedit, atque Iacobi,
 Dat nomen proavis unicus iste tuis.
 Cum prius Isacus lignum referebat, ut idem
 Arderet, dura sub cruce christus erat.
 Ad puteos, Iacob, christus erat, inclutus alta
 Pocula dat, uinas hic parit unus aquas.
 Cum uidet Israel dominum, uidet unus in illo
 Christus, & hic uiuo semine semen erat.
 Qui refugit uenerem tunica spoliatus Ioseph,
 Christus erat, simili uenditur ille modo.
 Calcauit uinum constanti pectore seuum,
 Infernos moriens christus, & ipse duces.
 Rex Salomon primus fundati gloria templi,
 Quis nisi qui templum pectora munda facit.
 At David, qui castra quatit phylisica, noster
 Christus erat, populi duxque paterque pij.
 Hic deus, hic et homo, titulum sibi uedicat omnem,
 Quo tibi tan dulces ante fuere patres.
 Hic datus est solus, per quem pia uita quiesque,
 Et datur electis paxque salusque uiris.
 Nec quia non fuerit populo susceptus ab omni,
 Obsistet, summo nox inimica bono.
 Perdentur fontes ultrici crimine, sed non
 Perfidus electis est deus ipse suis.

Benedictus.

In secula Amen.

Non autem exciderit
verbum dei.

Quod

Quod promissit erit, promissa reposcere dona,
 Ad ueros tantum pertinet Abramidas.
 Non carnis sed mentis opus promissa fideli
 Accipiet, generi non data sed fidei.
 Testis sermo dei uerax, ecce inquit Ysaac
 Semen erit, toto quod sit in orbe decus.
 In gnato fidei semen promittit habendum,
 Sic caro non semen, sed dabit una fides.
 Ille puer christum typica referebat in umbra,
 Filius Abrami nil nisi christus erat.
 Saucia iam uetule marcebant uisera Saræ,
 Debilis & coniux frigidus atque senex.
 Exulat a uacuis thalamis ingrata libido,
 Languidus æsceto corpore, torpor erat.
 Sed genuit, genuitque fide, non robore carnis
 A uero effectus nempe parente pater.
 Filius & fidei tales generare nepotes
 Debit, & dignum semine semen amat.
 In uirtute ueni sceptrum, qui quæris auorum,
 Virtuti ueras dat pater unus opes.
 In uirtute ueni, nam lux a carne fauorque
 Non datur, a lumbis non bona, sed meritis.
 Non cunctis clari promissa est gloria regni.
 Ad gnatum Saræ pertinet illa pie.
 Obtinet Isacus ueri promissa parentis
 Sunt alij, aut alios quis neget esse notos?

G iij Esaus,

Non estis oēs q̄ ex cir-
 cuncisione sūt Israēl
 hi sunt Israēlitę.
 Neq; quod semē sunt
 Abrahę omnes filij.

Sed in Isaac uocabi
 turtibi semen.

Id est, non q̄ filij car-
 nis sūt filij dei: sed qui
 filij sūt p̄missiōis et̄
 mantur in semine.

Promissio est uer-
 bū hoc est. Scdm hoc
 tempus ueniā t̄ erit
 Sarę filius.
 Ad solū aut̄ illa: s; et
 Rebecca ex uno cōcu-
 bitu habēs Isaac pa-
 tris nostri.

Esau, & Iacob tradunt exempla gemelli,
 Quod superat carnis iura paternus amor.
 Ecce minor natu regnum suscepit auitum,
 Diuinisque oculis ut notus alter erat
 De clausis utero matris deus inquit, Iacob
 Dilexi, Esauco, est non mihi gratus amor,
 Hunc amat, hunc odit communis conditor, hos quid
 Discernit, geminos ne deus unus amet?
 Scilicet ut maneat lectoris in ordine summo
 Propositum firmi tempus in omne dei,
 Vna duos, mater, nihilum patrarat uterque,
 Sed tamen haec ambos dixerat ante videns.
 Maior apud matrem quia seruiet ipse minori,
 Hac deus clatos territat arte viros.
 O bonitas, cur sic rector decreuit O lympie
 Dic mihi decretum christea musa sacrum?
 Scilicet in uitae donis prior edita sancte
 Posterior misso turba futura bono est.
 Et iam saxicolis christo lucique receptis
 Gens haebrea sacro sera uidenda thoro.
 Hinc maior natu soror est cessura minori,
 Quod fugit a domino nocte sepulta suo.
 At minor assurgens dilecti ad signa parentis,
 A flatu non a sanguine maior erit.
 Nec miseris oculis uerum auersata parentem
 Grandior in regno debuit esse pio.

Qui enim natus nati fuit
 sent. aut aliquid boni
 egissent. aut mali. ut se
 cundum electionem pro-
 positum dei maneret.

Non ex operibus sed ex
 vocante dictum est ei.

Quia maior seruiet
 minori.

Huic

Huic nihil esse fatam nocuit de semine prauo,
 Nil iuuat huic, lectos quod sibi dicit auos.
 Aequat amor cunctos qui non nisi crimina dānat,
 Dona super meritum det licet alta piūm,
 Si petis Esauum cur uerax oderit illum,
 Ante puer mitis quam queat esse nocens,
 In promptu causa est, nam qui uentura sciebat,
 Crimina ab Esauco damnat amanda reo.
 Odit in Esauco crimen, moresque superbos,
 Non hominem, cuius conditor unus erat,
 Nam bonus aeterno qui conspicit omnia uultu
 Cunctum sub claro lumine tempus habet.
 Nec magis hunc possunt quae sunt uentura latere,
 Quam praesens modico quod uidet hora sinu.
 Contrahit aeternus pariter praesensque futurum,
 Lapsurum ut lapsum iam uidet ille reum,
 Non odisset eum, ni cognitus antefuisset
 Error cui iustus displicet ipse deus.
 Iustus enim damnatque nephas aeterna uoluntas,
 Praua odit iustus, rectaque iustus amat.
 In causa est odij, sceleris quem praespicit actus
 Qui bonus aduersum nil nisi crimen habet
 Iudicijque deus causa est quia iustus et odit
 Crimen, & a cunctis discrepat ille malis,
 Non odisse nephas, non est fas cuncta uidentem
 Pectora causa sui sic sibi quisque mali.

Sicut scriptum est Ja-
 cob dilexi: Esau autem
 odio habuit.
 Quid ergo dicemus
 si quid iniquitas apud
 deum: absit. Dopsi cum
 dixit.

G iij Iusti

MVSA PAVLINA.

Iusticia est odij causa est, quia iusta, malumque
 Damnat, ab admissis sed tua culpa uenit.
 Hoc odium non est rabies armata nocendi,
 Ne tu terrenis numina cerne oculis.
 Non ira insano uarium concussa timore,
 Quae uomat ut motus hostis in hoste feros.
 Optima sed factis facies auersa malignis,
 Vltima nefas oculis quod uidet illa pijs.
 Iudicium hoc odium est sceleris, quo singula librās,
 Auersum a pulchro nil probat esse bono.
 Praescit quod damnat, sed non quod praesciat, odit,
 Errantem at praua quod uidet ire uia.
 Nec quia praescitus domino miserabilis error
 Hic fuit ille tui causa furoris adest
 Sponte cadis, quicumque cadis, uidet ille cadentē,
 Non facit, a casu dum licet usque tenet.
 Dum licet arbitrio posuit nam singula nostro,
 Hoc satis est uerum quod tibi monstrat iter:
 Quod uocat errantem, quod flammis excitat almis,
 Quod mouet, in factis adiuuat atque pijs.
 Nec peccans causa es quod te deus ipse uideret,
 Nec causa est sceleris quod uidet ille tui.
 Ille uidet, quia cuncta uidet, tu uisus ab illo
 Non pulsus, tantum quod cupis illud agis.
 Sic scelus ille uidens sceleris ratione malique,
 Damnat & a summo dat bona cuncta bono.

Optis

AD RHOMANOS. Fol. 47.

Optimus & gratum cum diligit ipse Iacobum,
 Non merito merces, munus amoris adest.
 Antequam natus puer est dilectus, amoris
 Hoc opus, haec ueri gratia sola boni.
 Nec quia uenturam uitam meritumque uideret,
 Hunc amat, a solo numine uenit amor.
 Nil facimus, quod nos dominum compellat amare,
 Nec nos pro nostris mercibus altus amat.
 Nil nos de nobis, nobis nihil, indiget ille
 Nullius est liber quod uelit illud agit.
 Estque uoluntatis meritum, quum deserit umbras
 Quum sequitur radios sed tamen acta pios.
 Acta deo, per flata deo nisi traxerit illum,
 Optimus ad uitam nemo uenire potest.
 Nemo potest, & quisque potest, hoc discite, uires
 Nullus habet ueras, ni deus affuerit.
 At quia semper adest autor deus, omnis amantem
 Inuenit exquirens arbitriumque ualet.
 Statque uolentis honos uerum tenuisse uolendo,
 Vera tamen charitis gloria, non meriti.
 Nil meruit sub uentre puer, sed conditor almus,
 Vult & amat seruum quem uidet esse suum.
 Vir bonus ille puer, nec ualuas clausit amanti,
 Per uia diuinis dat sua corda rotis.
 Sed non causa puer, deus hunc quod sumus amaret,
 Vna est causa bonus hoc in amore deus.

Acceptat

Acceptat bonitas quia uult, uelut ipsa coronans
 Munera, quæ domis fecerat illa suis.
 Si iusti, recto si non erramus ab uno,
 Spirauit nostris cordibus ipse deus,
 Ante mouet, motoque iuuat, seruatque leuatque,
 Sic meritum factis dat pius ille pijs.
 Currenti cursum dominus, uotumque uolenti
 Præstitit, ad rectam nos trahit ille uiam.
 Ergo & quod facimus, magni sibi gratia patris
 Vendicat, illa bonum mentibus inseruit.
 Nam quod debetur meritis, debetur illi,
 Qui traxit radijs ad bona facta suis,
 Debet ut auctori quo sit lustrata mouenti,
 Mês quæ habet, meritum quod uocat illa suum.
 Nam quamuis iustus iustis quid debeat actis
 Per se, qui nunquam non bonus esse nequit,
 Pendet ab autore hoc totum, debetur eidem,
 Ut sine quo ad lumen non satis ullus erat,
 Cum maiora tuum credas meruisse laborem,
 Debebis magno tunc magis ipse deo.
 Nam dedit hic quicquid, quo tu meruisse putabis,
 Debita sunt igitur non tibi sed domino.
 Finge duos dominos pariter iustumque piûmque,
 Quæ petis a iusto debita, redde pio.
 Namque misertus opè dominus donauit ab uno,
 Qua posses factis quid meruisse pijs.

Si pos

Si poscis, per solue prius, nihil ipse tenebis,
 Nam sibi iusta pius uendicat acta deus.
 Ille dedit meritum, quo tu tibi præmia poscis,
 Sic facta a solo sunt bona cuncta deo.
 Quid faceres uermis, ni te deus ipse creasset?
 An nihilum meritis posceret astra suis?
 Quid si non miserum primæua clade peremptum
 Sanguine, te & uiua tergeret emptor aquæ?
 Quid si post sacros latices ad prisca reuersum
 Crimina, de exoso non leuet ille luto?
 Quid ni mouisset sensus, animique soporem
 Discuteret, radios funderet atque suos?
 Quid si non ad sit factis, ductiletque, regatque,
 Adiuet & præsens sit bonus atque fauens?
 Disce tuum lumen diuine ascribere flammæ.
 Et quicquid magno sit tibi, redde deo.
 Redde deo, namque ille dedit, dimanat ab illo
 Quicquid habes, meriti pars quoque parua tui est,
 Seruatumque uirum diuino munere crede
 Seruatum, est uero gloria tota pio.
 Damnatumque suo damnatum crimine, fecit
 In merito, & poenis, has scelus, illud amor.
 Nam deus officium cunctis ita temperat actis,
 Ne sit de iusto iusta querella bono.
 Sit quod ames, & agas grates, quo nempe graris
 Non habeas telo saucius ipse tuo.

Nec sic

Et misericordis p̄sta-
bo cui miserebor.Igitur non est volen-
tis neq; currentis.

Sed miseris est dei.

Nec sic indurans animos aufertur ab illis:
 Cogat ut ad miserum uelle uenire malum.
 Sed patitur duros, iusti ut manifestius alti
 Sit decus, & plexis dextera nota malis.
 Cæra focum fugiens, absenti a lumine dura est,
 Dura tamen, flammam quod fugit illa piam.
 Cuncta equidem fulgens oculis sol aspicit æquis,
 Intrat ubi clausam non uidet esse uiam.
 Obnupuisse uiam fecit tua culpa calori.
 At quod dura riges, hoc calor ipse facit.
 Non ut causa tuis tenebris, sed dicitur absens
 Duratam flamma nolle mouere sua.
 Distat enim pulsusque latet, duroque remotus
 Obijce, cum tenebris non simul esse potest.
 Sic bonus esset absens quod stat tibi proximus, & c.
 Tu uelis, in radio te ferit ipse suo.
 En Pharaon pharius domino duratus ab alto
 Dicitur, ut cæptis permanet ille malis.
 Non quia duriciem uerax immittat amator,
 Sed cæcum tenebris quod finit esse suis.
 Hunc poterat iudex primo confundere læto,
 Expectat, tandem penaque sera uenit.
 Ut iusto expectante magis notescat in orbem
 Gloria, & irati nomen amorque dei.
 Et cum lucifugas absorbeat unda cateruas
 Constat in electis has perijisse malis.

Dicit enim scriptura
 Pharaon. Quod in hoc
 ipso excitauit te: ut ostē
 dā in te uirtutē meā: et
 ut auisciet nomē meū
 in uniuersa terra.

Quid furis? aut qua spe terrena in fæce moraris?
 Særa licet cunctis poena parata reis.
 Sed uideo, teneras demon mihi fascinat aures,
 Tellaque in æternum torquet acerba patrem.
 Inquit enim, si sponte deus miseretur, & idem
 Indurat, uerbo qui mouet astra suo,
 Cur induratos accusat candidus ipsos?
 Nil est quod magnus non uelit esse deus.
 Quis resistet domino, ualeat ne resistere summo.
 Quem penes imperium pulueris huius adest?
 Hec indurantem uincant mea pectora regem?
 Aut ualeant durum non habuisse deum?
 Imputet ille sibi quod nos peccamus ab illo
 Deserti, in culpam conuenit ille meam.
 Ni me indurasset, tenebrisque relinqueret: hisdem
 Sarcina non lumbis tanta futura meis,
 Si deus omnipotens, poterat mihi fundere solem,
 Rupisset somnos ut pia flamma meos.
 Si fuit ille bonus, radios mihi nocte iacenti
 Cur negat? heu seruum deserit ille suum.
 Ah miser infelix, quæ te dementia raptat?
 Accusas magnum paruula musca deum?
 Accipe quæ teneas, uere est diuina uoluntas
 Libera, sed damnum non facit illa tuum.
 Causa mali non est, nec sic indurat, ut ipse
 Immittat uoto præua sequenda tuo.

Ergo cuius uult misere
 tur: et quæ uult indurat

Dices itaque mihi.

Quid adhuc queris?

Uoluntati enim eius quis
 resistit?

O homo, tu quis cæcis
 respondere deo?

Quid

Distulit

Disulit exitium pietas, sed dura tyranni
 Mens fuit, & flammis restitit illa pijs.
 Ecce dei lumen, campos diffusus in omnes
 Est deus, ad uerum te citat ipse bonum.
 Impluit illapsas charites, hortatur, & instat,
 Ut sur gens flammæ des pia corda suæ.
 Numinis ecce tibi flamma est oblata uolenti,
 Excubat ad ualuas duxque deusque tuas.
 Mens cæra est, sol ipse deus, si cæra calori
 Das aditum, blando lumine frigus abest.
 At si a sole fugis, uel lesque imponis acerbos,
 Ne ualeat claustro flamma nitere tuo.
 Quid quereris? si durari ges, tua culpa rigorem
 Fecit, erat ualuas flammifer ante tuas.
 Ni portam obstrueres radijs, liquefacta caleres,
 Solerat, a proprio frigore uulnus habes.
 Sol absens causa est, quod tu sis dura, sed illum
 Absentē somno tu facis esse tuo.
 Tu rea mens causa es quod sis durata calori
 Obuia cum flammam pellis ab æde piam.
 Quid petis, hæc lux est, tenebris non conuenit ullis,
 Vis tibi fundantur lumina, pande locum.
 Pande locum uitijs uacuum, passumque calori,
 Ecce prior uoto lux erit alma tuo.
 Si restas claudis que uiam, frustra optima poscis
 Lumina, si pandis limina, lumen adest.

Nec

Nec quia cuncta potest dominus, sperabis ab ipso,
 Quod poterit sceleri forte fauere tuo.
 Sanxit in æternum legem, qua iudicat orbem,
 Aeterna ut duris sit data poena malis,
 Vis non damnari, culpam fuge, linque malignum
 Noctis iter, uero uis bona fide bono.
 Vis non durari, tenebris exurge repulsis,
 Vult habilem radijs te deus esse suis.
 Poscis & a domino, quod det tibi lumina claro,
 Recta petis, sed tu limina clausa tenes.
 Tu tibi diuinæ clausa hæc premis ostia flammæ,
 Vnde tibi, qui te dirigat ignis erit?
 A bonitate petis, bonitas iustissima, quæ non
 Vnum cum uitijs est habitura locum.
 Dissidet a prauo bonitas æterna, nocens tu
 Quid petis? a cuncto discrepat illa malo.
 Optimus æquales radios non ipse iacanti
 Denegat, ex animo flamma repulsa tuo est.
 Semper adest bonitas, & non admissa superbis
 Liminibus summo dicitur usa bono.
 Nec crede iniustam quod sit bona, iustior illa
 Quæ melior, falsum quis putet esse deum?
 An queat omnipotens nostro tenebrescere somno?
 Aut concors uitijs hic uelit esse malis?
 Linque scelus, si uis eterni foedera sancto
 Pande fores, si uis lumen habere iacens,

Limina

Nec te ad uirtutem uoluit nisi ferre uolentem,
 Nam sic naturam condidit ille bonam.
 Condidit, & medio posuit deus omnia campo,
 Iret ut ad charitem qui uelit, aut uitium.
 Nec uiolasse deum decuit quæ condidit, ut te
 Inuictum ad rectam duceret ipse uiam.
 Heu, nisi cuncta tuam uideas superantia sortem,
 Accuses domini ceu mala facta tui.
 Optima sunt nobis domini decreta, nec unquam
 Possent principio praua uenire bono.
 Nascitur a nobis scabies morbusque scelusque,
 Nulla quidem nostri nos nisi causa mali.
 Quod si non capias, nec noctua conspicit ignem,
 Tene putas altum posse uidere deum?
 Desine iurgari, dominumque incessere dictis,
 Est & erit iustus qui fuit ante deus.
 Si tibi non uoluit maiora refundere dona,
 Altior & captu non potes esse tuo,
 Autorem dominumque tuum reuerenter adora,
 Quod uoluit seruis hoc dedit ille suis.
 An figulus nequeat subiecta condere massa
 Quod placet? authorem uas furit ante suum?
 Infurit urceolus, quod non sit catharus, & quo
 Vtibus hic spurcis seruiat, ille bonis?
 Author te pateram nitidam te matula fecit,
 Fingit & in proprio quod cupit ille luto?

Disce

Numquid dicit figu-
 lum ei qui se finxit.

Cur me fecisti, sic?

En non habet potestatem
 figulus lutum, ex eadem
 massa facere; aliud quæ
 de uas in honore; aliud
 uero in contumeliam?

Disce deum reuereri, & iusta capeffere sacra,
 Sat tibi, quod sanctis est bonus ille uiris.
 Sat tibi, quod nunquam tenebris condere sub altis,
 Ni fugis a claro uermis & umbra bono.
 Siculis autorem, si numina uera requiris,
 Pandis & illapso feruida corda deo.
 Presto aderit, uerumque geres sub pectore nime,
 Et faciet templum, te deus esse suum.
 Desine uas luteum figulo certare loquendo,
 Desine rimari, quæ nequis alta sequi.
 Incipe deposito fastu cognoscere matrem.
 Credit, non duris dimicat illa sonis.
 Illa super captum celebrat pia numina nostrum,
 Et supero summum suspicit igne patrem.
 Esse pium iustumque deum canit illa uirosque
 Qui uocet in numeris ad pia regna modis.
 Præuicem tua culpa parit, non ille malignus,
 Si nocet, in populo quod finit ipse suo.
 Quin etiam uiuo summæ bonitatis amore
 Extrahit a nostris gaudia mira malis.
 Nec sineret nostrum maculari fraudibus æuum
 Ni bona sunt ipsis exoritura dolis.
 Efficit immundum non te tuus optimus autor,
 Fœdasti macula te reus ipse tua.
 Rex habilem radijs & uas te finxit honoris,
 Sacraret flatum quo bonus ipse suum.

H ij Tu

Tu sponte ad tenebras fecemque reuersus, amari

Vas odij lapsu te facis esse tuo.

Quod si deus volēs ostendere curā: et notā facere potentiam suam.

Hinc diuina tuo si nota est gloria Jamno,

Quid quereris: tortum non decet esse deum.

Da laudem iusto, cum te tua facta luente

Gens queat exemplo cautiore esse tuo.

Nam quoties plexi sceleris succurrit imago,

Doctior in relictis incipit esse timor.

Exiitioque tuo superum monstrante flagellum

Crescit amor, claris lausque salusque uiris.

Quid toties Pharaon, iusis qui restitit almis,

Murmuret, inuersa cum ruat ictus aqua?

An se qui radijs æterna nocte resistit

Indignum leto iudicet esse suo?

Sustinuit in multa patientia.

Dissimulare nefas etiam nunc perstat, & omnes

Summus amans cæcos sustinet usque uiros.

Aspice, ut æricolas diuino passus amore est,

Tam longa ad falsos thura litasse deos.

Aspice, ut Isacidas uerum lucemque perosos

Non perdit, uerbo sed uocat ipse pio.

Vasa iræ apta in interitum: ut ostenderet.

Aspice, ut hos pariter iuste uasa apta ruine

Ad sacrum flammis traxit ouile suis;

Heus quicumque iaces, uotis instare pudendis

Desine, ad huc blandus rex sine fine deus:

Durato sceleri poena est sua, fræna furori

Si stringas, ueniam rex dabit ille piam.

Immuni

Immunda en passos purganda ad uasa lacertos,

Vt charitas tribuat, conditor orbis habet.

Quicquid eras, nec te iam crimina seuæ morcentur,

Mundus eris, pulso crimine numen adest.

Exue te uitijs, pignusque admittet amantis,

Te quoque uas ueri reddet honoris amor.

Aspice dilacerum sero iam uespere furem

Dulcia placati regna tenere dei.

Aspice paci gerum calcato funera Saulum,

Christianum a uiso discere dogma deo.

In fidei flammis rabies purgatur & umbra,

Incipe ad optatum surde uenire deum.

Nec creta Syon thalamos intrasse supernos,

Inuideat christo corpora tersa meo,

Isacides culpa patrijs eiectus ab aris

Nomme fuit: dominum sed redit ante suum.

Viderat hoc uates, & sic ait, ecce futurum

Non chara, est pulchro chara futura toro.

Abiectamque plebem, contemptaque uasa resumã

Dicentur gnati tunc noua turba dei.

Experti tandem ueniam, durumque furorem,

Ad lecti priscum cur redcamus opus?

Non amor est, timeas, regno nepulsus ab alto

Exul, ad infernas præcipiteris aquas.

Respice iam nostro miranda piacula busto,

Vt data pro nobis hostia sancta reis,

H iij Vt pro

Diuitias gloriæ fug.

In uasa misericordiæ
quæ præparauit in gloriã

Quos et uocauit non solum
ex iudeis sed etiam
ex gentibus.

Sicut ioseph dicit, uocabo
non plebem meam: plebem
meam: et non dilectam: dilectam
et non misericordiam consecutam:
et erit in loco ubi dilecti
estis non plebs mea: uos uero
uocabuntur filij dei uiui.

Ut pro te dominus uera sit morte peremptus,
 Utque breui, quanquam mors tua sera, uenit.
 In uacuum ne uiue iacens abrumpe soporem,
 Christea nec somno pignora perde tuo.
 En tibi promissum diuino sanguine sceptrum,
 Quur cadit a dextris uita salusque tuis?
 Quod si sub proprijs periit pars maxima telis,
 Et negat optatum turba scelesti bonum,
 Accipient promissa alij, dominoque fideles
 Christus ad eternas ipse citabit opes.
 Haud deerit tandem regno successor opimo,
 Semper erit, scepro qui uelit esse pio.
 Vidit & Esaias patriade plebe locutus,
 Si numero socijs cedat arena meis,
 Si pereant multi, sed uiua ad dona supersunt
 Reliquie, uerus quas sibi seruet amor.
 Turbacadens uacuum faciet non foedere limen,
 Fallet promissis non deus ipse deum.
 Quod promissit amans summo prestabit amori,
 Contrahet in paucos omnia dona pios,
 Promissit multis, sed non capientibus, idem
 Contracto ad uerbum munere ueruserit.
 Sermonequae suum uelut ad compendia tractum,
 Firmabit sancto semine iustus homo.
 Est casura nouo lex laciniosa magistro,
 Atque eterna breuis dogmata sermo dabit.

Roratum

Esaias autem clamat p
 Israel. si fuerit nume
 rus filiorum Israel tan
 quam arena maris.
 Reliquie saluæ fient.

Verbum enim consumas et
 abrenuas i equitate. qz
 huius breuitatis faciet dominus
 super terram.

Roratumque solum, flammata de super umbrâ.
 Aspiciet, uiso qui uidet ille deo.
 Senserat hoc uates, & sic effatus, amicum
 Liquisset nobis hoc nisi semen amor,
 Nos Gomorra tibi similes Sodomæque ruenti
 Essemus, nostris turba sepulta malis.
 Sed licet a uero fugiat pars plurima christo,
 Quod sit adhuc uiuum sub duce semen erit.
 Non sicut hic noctem totas extinguere flammâs,
 Nominaque ex libro cuncta perire sacro.
 Germanum at semen uiuo sacrabit honore
 Verbum, quo uitam dat mihi flama nouam.
 Nunc superest domini uiuentia numina magni
 Pangamus socij luce fauente pij.
 Expulsam gentem puras admisit ad aras,
 Et rapit assertos e necis ore uiros.
 Illussit durum populum, qui nixus in umbram
 Non uenit a domini sacra uidenda sui.
 Scilicet elatos pellit, summissaque tollit
 Pectora, nocturnos & fugat orbe deos.
 Ergo & Gentiles cum se fateantur ab æno
 Errasse, ad gremium suscipit ille pium.
 Hos sibi iusticie titulis ac lege superbos
 Effugata noto ceu mala monstra deo.
 Nam fidei formam plebs indignata iugumque
 Abnegat inferni noce sepulta doli.

H iij Abnc

Et sicut dixit Esaias
 nisi dominus Sabaoth reli
 quisset nobis semen sicut
 Sodoma facti essemus:
 et sicut Gomorra simi
 les fuissimus.

Quid ergo dicemus?

Quod dicitur quod non secta
 bant iusticiam. apprehē
 derunt iusticiam: iusticiam
 autem que ex fide est.

Israel uero sectado le
 gem iusticie: in lege iusti
 cie non peruenit.

Quare? quia non ex fide
 sed quasi ex operibus

Abnegat, autorem uitæ, christumque peremit,
 Qui datus est populo uita decorque suo.
 Abnegat, inceptoque & noctibus hæret in ipsè,
 Clarus ut Esaias uaticinatus erat.
 Scilicet electum ueniens seruator ad agrum,
 Quanquam tot miris proditus ante notis,
 Ob tenebras populi datur his occasio culpæ,
 Qui nequeunt oculis lumina ferre suis.
 In lapidemque piuum uiui fundamina templi,
 Impingunt cæci quos agit umbra uiri,
 Ecce Sioneo petram rex uertice ponit,
 Cespiciet ut proprijs ebria turba malis.
 Quo ruat & lapidè proprijs mēs acta tenebris,
 At quisquis sequitur lumina saluus eat.
 Liber & in uiuo non confundendus amore,
 Laudet ueracem tempus in omne ducem.

Offenderit em̄ i lapidem
 offensionis: sicut
 scriptum est.
 Ecce pono in syō lapi-
 dem offensiones et pe-
 tram scandali: et oīs q̄
 credit in eum non con-
 fundetur.

CAPVT DECIMVM.

Fratres uoluntas q̄dē
 cordis mei ⁊ obsecra-
 tio ad deum sit pro il-
 lis in salutem.

O Si iam lapsæ succurrant numina plebi,
 Mēs mea nō paruo tacta dolere gemit,
 Perq̄ genas lachrymæ calamum labuntur i ip̄um,
 Suscipit & fletum charta notata piuum.
 O. mihi, si ualeam socijs in morte mederi,
 Et faucas radijs christe beate tuis.

Te pres

Te precor infusis expellas nubila flammis,
 Ne grauis hæc seruos obruat umbra tuos.
 Non sunt omnino quos non pia numina tangant,
 Agnoscunt domini nomina sancta sui.
 Est amor his quanquam durato nescius ore,
 Peccant, sed falsos non coluere deos.
 Sic fueram Saulus tenebris obstrictus auernis,
 Quod mihi, da socijs hoc pater alme meis.
 Hoc magis optadum, gens hæc respiscat ab orco,
 Quod prior est noti uoce uocata dei.
 Umbra tuis aderat quōdam, prægnaque figura,
 Da quoque & his uerum posse uidere diem.
 Impietas his summa fuit, finisque furorum
 Heu perimit dominum turba proterua suum,
 Hoc rabies, hoc ira furens, hoc turba regentum
 Inuida, dum uotis consulit illa malis,
 Dum nequit & uitijs pariter christoque fauere
 Iniecit diras in bona cuncta manus,
 Cætera plebs somnum miserabile lippa tuetur.
 Non odijs, zelo sed furit acta suo.
 Nam licet hæc uanam defendit imaginis umbrā,
 Erroremque nihil quo tueatur habet.
 Esse putant aliquid legem seruasse paternam,
 Quæ fuit a magno uisa uenire deo.
 Sunt memores pacti, primoque in cortice durant,
 Nec legis partum nocte uidere queunt,

Testimonis em̄ phi-
 beo illis q̄ emulatio-
 nem quidēci habeāt/
 Sed nō scōm sciētūā.

Vltor

Ignorantes enim iustici-
am dei et suam quere-
tes statueret.

Iusticie dei non sunt
subiecti.

Finis enim legis christus.

Ad iusticiam.

Omni credenti.

Vltor & ante oculos dat signa recentia lapsos,
Sub lege a proprijs que referuntur auis.
Ignorant legis partus mentemque figuræ,
Que data prescripto tempore tempus habet.
Hinc uenit, ut ueri tantum simulachra tenendo
Excidat a uero prodita turba bono.
Hinc uenit, ut quando Mosi imprudenter inheret,
A Mose & prorsus lege deoque ruat.
Et ruat a christo cuius mysteria uero
Moses sub prisca occultit ipse sacris.
Sed pater o sapiens decus inuiolabile lucis
Da precor his gnati lumen habere tui.
Da iubar æternum duro lucescere cordi,
Ut uideant uerbi dogmata sancta pijs.
Ut christum finem legis, rerumque decorum,
Finis enim rerum non modo legis adest,
Aspiciant, laudent, celebrent, uenerentur, adorent,
Et pius in fori pectore uiuat amor.
Da pater his, ualeant nocturnum arcere soporem,
Ferreeque de uicta plena trophea dolo.
Da precor, afflatu proprios nouisse prophetas,
Lex quibus hæc librum, uiscera christus habet.
Vostandem fratres uni ne obsistite uero,
Lux christi medio iam micat alba die.
Iusticiam ad ueram preeludia cernitis acta,
Incipite immoto firma tenere gradu.

Quid

Quid iuuat Helyam lingua legisse trementi,
Si non quid uates senserit ille uides?
Senserat ille dies domini, cur tempora seruans
Cum ueniunt oculis, tan male cernis iners?
Tempora Messie tan pleno tradidit ore,
Tempus adest, alter quis nisi christus erit?
Eccè annos Danielis habes, si facta rependis,
Atque dies ultra nil pete, christus adest.
Hunc referunt uates, hunc embea turba uidentum
Prædixit, pingens tempora, gesta, necem.
At pius Esaias christum si carne uideret,
Vix aliquid quod plus dicere posset erat.
Iam plenos agnosce dies, pia tempora uerum
Messiam, christum nõ uiden esse mecum?
Hoc probat o frater & lex tua, consule Mosen,
Nam fuit & christi nuncius ille mei.
Lex uetus in ualidis captanda ad sydera dextris,
Et rudis ad parmam, paruaque miles erat.
At christus legis requies, clarissimus heros,
Credenti ueræ dat bona iusticie.
Iusticiam ueram non est promittere Mosen
Ausus, qui certo tempore signa dabat.
Seruanti legem quod sit uicturus in illa,
Sed non quod uitam lex ait ipsa daret.
Lex dabat haud ueram certo pro tempore uitam,
Sed uitam uite que fuit umbræ noue.

Moses

Moses enim scripsit.

Quia iusticiam que ex le-
ge est qui fecerit ho-
mo uiuet in ea.

MVSA PAVLINA.

Moses uenturo committit caetera fratri,
 Inquit enim, post me legis alter erit.
 E medio uestrum uenturus surget & illum
 Audite a solo turba beanda deo.
 Quid facis, electum ni uis male temnere uatem,
 Ecce suos christo subdidit ille meo.
 Injusticiae ueræ robur uitamque fidemque
 Quæ christo est, simili pinxerat ille modo.
 Ne tu corde tuo quis coelum dixeris iuit,
 Ducat ut ad nostras numina summa casas.
 Aut quis terrenam ueniens descendit abyssum,
 Christum de caesis huc reuocare uiris?
 Mens infida solet de expertis querere signum,
 Pignora sed christi, quæ bene credit habet,
 Non opus est fidei testes adhibere uirorum,
 Sola fides rectam dat tibi nosse uiam.
 Descendisse polo christum mortisque potitum
 Imperio, saluis & redusse uiris,
 Ad dextramque patris pleno fulgere triumpho,
 Exhibet in castis cordibus una fides.
 Mens oculos habet ipsa suos, non teste probante
 Indiget, illapso numine uera uidet.
 Non iterum ueniat, quod plus mihi cõsulat, opto,
 Factum pro nobis hoc semel esse satis.
 En satis una fides, nec longa exempla petantur,
 Viderunt Solymi, sed cecidere rei.

Credit

Quæ dicit ex fide iustitias sic dicit.

Ne dixeris i corde tuo
 quæ ascendit in celum id est
 christum deducere
 Aut quæ descendit i abyssum.
 hoc est christum
 a mortuis reuocare.

AD RHOMANOS. Fol. 63.

Credit ab auditu sed plurima turba, beatos
 Inquit ob hoc seruos & deus esse suos.
 Nec tacet hoc Moses, diuinaque nuncia uitæ
 Sunt prope, & est uerbum uiræ sub ora pium,
 Nec requies querenda procul, si forte requiras,
 Paruum iter, ad summum si uelis ire bonum.
 Quis tuus hic Moses sermo, prope limina nostri
 Pectoris, & nostris cordibus esse canis
 Quis nisi sermo dei, quem nos a semine christi
 Cœpimus, & purum cuncta per ora damus?
 Sermo salutiferi cœlestia dogmata uerbi
 Qui parit & ueræ præmia iustitiæ.
 Et nos præcones præsentia numina terris
 Afferimus, nobis quis neget esse fauens?
 Accipe diuini preciosa charismata uerbi.
 Et cape iam socium pectore & ore deum.
 Ore tuo dominum si nunc fatearis iesum,
 Sitque fides animo non male capta tuo,
 Quod deus hunc uiuum pavidis extraxit ab umbris,
 Ut uiuant uiuo pectora nostra deo,
 Saluus eris, nam corde quidem res creditur, in quo
 Sancta fides rectam pandit ad astra uiam.
 At quia sic passo reddenda est gloria christo,
 Non saterit ueram corde tenere fidem.
 Ni quoties pleno res hæc sibi postulat ore,
 Clarificat christum uox animosa deum.

Ymbra

Sed quod dicit scriptura
 prope est uerbum in ore
 tuo & in corde tuo.

Hoc est uerbum fidei
 quod prædicamus.

Quæ si cõfitearis in ore
 tuo dñm iesum, & i corde
 tuo credideris quod deus
 illū suscitauit a mortuis

Saluus eris corde enim
 creditur ad iusticiam.

Ore autem cõfessio sit
 ad salutem.

Umbra, superstitio uanos induta labores,
 Nil facit, a uera uita petenda fide est,
 Vera fides christi, sola est quae uincit auernum
 Semen \& acreos conterit una duces,
 En tuus Esaias, christo quicumque canebat
 Crediderit, nulla clade peribit homo.
 Cum quicumque refert discrimina perfida tollit,
 Non iam uel graecum uel legit ille syrum.
 Omne genus tractum puro testatur amore,
 Ad pia carnati sacra uenire dei.
 Non petit immundis clementia sabbata porcis,
 Aut iam sub saxo in guina caesa suis.
 Communem petit ille fidem, quocumque sub axe,
 Quae ualeat illapsam corde tenere deum.
 Naque ubi bruma rigens nullos exuta decembres
 Effundet radios luxque fidesque suos.
 Haec Phlegetonteos ignes extinguet in Austro,
 Empyrea \& Zephyros flabit ab arce pios.
 Summa ubicumque fides, populos quae infusa per oes
 Dat cunctis ueri lumen opesque boni.
 Ut communis enim lux est, deus omnibus unus,
 Vnum sunt uno pectora sancta deo.
 Non ex hauritur bonitas immensa, per omnes
 Effluit, \& factis prouidet una suis.
 Omnis enim qui corde uocat dominique patrisq;
 Nomen, ab aeterno funere liber erit.

Dixerat

Dixerat haec uates, nullumque excepit in orbe
 Cum domini cunctos unicus aequet amor.
 Sive hic a solymis fuerit, seu natus ab indis,
 Seu dedit hunc Latio graeca marita toro,
 Sit quicumque, uocat christi si numina magni
 Pulsus ab innocuo non timet esse patre.
 Quis tamen imploret cui non bene fidat amantem?
 Fidus inaudito quis queat esse deo?
 Audiat aut quis nam nullo referente, uel illum
 Praedict, a noto sit nisi missus eo?
 Quam pulchros gressus dicebat gnatus a Mosi
 Nuncius a uero principe missus habet.
 Praecones pacis pedibus super astra decoris
 Per gunt, \& uerbo dant bona cuncta pio.
 Ah bona pax christi cuncto memorabilis orbe,
 Quae seruum domino colligat alma suo.
 Quae terra affectus subdit pietatis amori,
 Datque uiris magni numen habere dei.
 Haec est, haec fratres puro quam corde iubemur
 Arua per angelicis cuncta referre tubis.
 At quamuis mundam princeps inuitat ad aram
 Cunctis communem qui dedit altus opem,
 Quamuis per totum christi praeconia mundum
 Enderit aeterni paxque salusque boni,
 Sunt multi, pulchro qui uolunt credere uero,
 Nec capiunt oculi lumina tanta rei.

Dixerat

Dicit enim scriptura.
 omnis qui credit in il-
 lum non confundetur
 Non est enim distin-
 tio Iudaei & Graeci.

Na idē dñs oīum dī-
 ces i oēs q̄ iuocāt illū.

Omnis em̄ q̄cumq; in
 uocauerit nomen dō-
 mīni saluus erit.

Quomodo ergo iuo-
 cabūt iquē nō credide-
 rūt, aut quomodo cre-
 dēt ei quē nō audierūt
 Quomodo audierūt si-
 ne praedicante.
 Quomodo uero p̄di-
 cabūt nisi uisitant. Si-
 cut scriptū est. Quā
 speciosi pedes euāge-
 lizantium pacē euā-
 gelizantium bona.

Sed non omnes obe-
 diunt euanglio.

Esaias effi dixit. Dñe
quis credidit auditui
nostro.

Ergo fides ex auditu.

Auditus autem p ver-
bum christi.

Sed dico nūquid nō
audierunt.

Et quidē in oēm terrā
exiit son⁹ eozū. ⁊ in fi-
nes orbis terrę verba
eorum.

S; dico nūquid Isra-
el non cognouit.

Dixerat Esaias, nostro quis credidit orie
Plurima pars culpa surda futura sua est.
Ergo age iam uerbi summam tibi collige nostri,
Si decet optatum mente uocare bonum,
Nec quo diffidat mens inuocat, ergo petenda
Prima fides, alio est uita neganda modo.
Hancque fidem cordi non experientia prestat,
Sed uox a ueris aure recepta uiris.
Cum bonitas uerbi totum iam luxit in orbem,
Et notum christi nomen ubique mei,
Quid sibi uult, quod non germano credis amanti,
An tibi non passi cognita fama dei?
Quin, ait ut Psaltes, hic terram exiuit in omnem
Nuncius, ⁊ fines occupat orbis amor.
Occupat ⁊ claris diuulgat numina uerbi,
Ne quo se uertat qui male sentit habet.
Ergo ⁊ quem uates hominem uidere deumque
Promissus nostris ante redemptor auis,
Venit, ⁊ ipse palam numē monstrauit in orbem,
Totque bonis uiuens testibus ecce patet.
Quo Iudæa suam poterit prætexere noctem,
Credere que uiso non uelit usque deo?
An nescit christi miracula, funera, palmam,
Qua tulit electos uictor ad astræuiros?
Audyt, at simulat se non audisse, uidensque
Non uidet a culpis tanta ruina uenit.

Viderat

Viderat hæc lucem, sed nox durata soporem
Intulit ⁊ furys uiscera liuor edit.
Inuidet ⁊ genti, sed non imitatur amorem
Quod fuit ignoti pace recepta dei.
At deus antiquos quod repudiaret honores,
Creta foret sacri parte beanda tori,
Esaias, Mosesque simul, sine fraude uidebant,
Si non uis nobis credere, crede tuis.
Tempus erit, quo te diuina prouocet ira,
Et liuore tuum uindictet illa scelus.
Cesseris exose genti depulsus Iacob,
Quæ prius ad mensas non erat apta tuas.
Quosque putas stultos, hos te sitiente inbebo
Optima de solymis lambere mella cadis.
Teque oculos claudente, a lijs tua regna patebunt,
Dirior ut sensus torqueat ira tuos.
Hæc ille, Esaias christo pro rege locutus
Vates diuersis dixerat ipsa notis.
Inuenior populis a non querentibus, ultro
Iungor eis, thalamo iam noua nupta meo est,
Cernite, quam uates purgandis gentibus iste
Fauerit, y facidas quo ferit ore suos.
Tota inquit deus ipse die compulsus amore
Expandi, ad populum brachia grata reum.
Si forte in donis diuine floreat aure,
Et uelit, hic dominum corde uidere suum.

I Misimus

Primus Moyses di-
cit. Ego ad emulatio-
nē vos adducā in om-
nem gentem.

Ingentem insipientē
⁊ in iram vos mittam.

Esaias astit audit ⁊ di-
cit.

Inuēt⁹ sum a nō grē-
tib⁹ me. palā apparuit
his q me iterrogabāt.
Ad Isracl astit dicit.

Tota die expādi ma-
nus meas ad populū
non credentem.

Misimus huic nates, senu quos clade peremit,
 Utque piam charitem discret, ipse uoco.
 Sum socius, do signa potens, morbosque repello,
 Euxi a gelidis corpora caesa locis.
 Has grates dixere, furit seductor ab atro
 Demone, & in slygyis hic facit ista deis
 Despexere meas uires, lusere decori,
 Restitit & flammis perfida turba meis.

Sed cōtradictōe mihi.

CAPVT VNDECIMVM.

Dico ergo nūqd̄ deus
 repulit populum su-
 um Ab̄it.

SED non Abramidas cunctos depellit ab igne
 Vitali, dominus nunc uelut ante pius.
 Non odijs, sed iure quatit, crimenque repellit,
 Non populum summi dextera sancta boni,
 Fraternal animas & adhuc miseratus amore,
 Quo solet hoc miseros uisitat imbre reos.
 Suscipit & fidei genitos, culpæque prioris
 Immemor est, uerum sic decet esse patrem.
 Ecce ego de Abramidis Beniamō sanguine cretus,
 Pes christum sanctis a gregor ipse uiris.
 E Saulo Paulus uexilla micantia gesto,
 Nunc humilis doctor, qui ferus hostis eram.
 Nec censet dominus totam subuere gentem,
 Sed quos non prauos pœnitet esse uiros.

Itā ego Israēlitas sū
 ex semine Ab̄raam de
 tribu Beniamin.

Non repulit dominus
 plebem suam quam
 p̄gsciuit.

Scripta

Seruant sibi cuncta sciens de plebe decoras
 Reliquias, uerbum det quibus ille suum.
 Cernitis Helyam digno fleuisse dolore,
 Facta scelus/populi colla superba sui.
 Responsum uox sancta dedit, ne cede furori.
 Non maculat cunctas improba culpa domos.
 Septem namque uirum uili non flexa Baalo
 Millia, nec falsis thura dedere deis.
 Hi mihi adhuc uiua p̄sciti luce supersunt,
 Sint quibus ex pacto munera danda meo.
 Hoc igitur fratres & tempora uenit in isto,
 Non tota est uero turba repulsa bono.
 Et deus e culto quosdam sibi deligit agro,
 Quos pius ad uite semina seruat amor.
 Id gratis, nec enim meritis est tractus ab ullis,
 Gratia non merces, quam pie cultor habes.
 Nam quæ facta boni mereantur p̄emia tantæ
 Missa tibi a magno sunt pia dona deo.
 Magnifica dedit ille manu, non facta rependes,
 Sed se, diffusum cui placet esse bonum.
 Nempe quod Israel confisus lege petebat,
 Non habet, electis sunt data dona uiris,
 Firmus & elector p̄uisos seruat amicos,
 Quod sint electi, non quia sint Solimi,
 Cætera pars uitam non quiuit uulnere glandis,
 Eripere aut iustos, quod sibi censet auos.

An nescitis in idelys
 quid dicit scriptura, &c

Sed qd̄ dicit illi diuis-
 num responsum:

Reliq̄ mihi septem milia
 uirorum qui nō curua
 uerunt genua ante
 Baal.

Sic ergo & in hoc tē-
 pore reliquæ secundæ
 electionem gratiæ de-
 saluæ factæ sunt.

Si aut̄ gr̄a iā nō ex-
 pibus alioquin gr̄a iā
 non est gratia.

Quid ergo qd̄ quæ-
 bat Israel hoc nō est
 consecutus.

Electio aut̄ cōsecuta ē,

Ceteri uero excēcati.

Excæcata perit letbalibus obsita curis,
 Aspiciens ipsum non uidet illa deum.
 Nec credit si gnis, quamuis super omnia christus,
 Debuerat factis cognitus esse suis.
 Plus etiam ratione modi, non inuocat illum,
 Sed propria mirum uoce per ægit opus.
 Viderat Esaias, quod nunc uenisse dolendum est,
 Testis pro cunctis uatibus unus erat.
 Afflatum christi quia plebs nocturna repellit,
 Spiritus his durus criminis ultor adest.
 Ut sibi quæ uideant renuant uidisse, negentque,
 Crudeli auditos aure tenere sonos.
 Nunc christo talis qualis fuit ante prophetis,
 Quondam erit, ut somno surgat acerba suo.
 Vidit & hæc Dauid, qui sancta concitus ira,
 Veridico longas protulit ore minas.
 In laqueos illis mensa inuertatur eorum,
 Pascuaque externis sint data præda uiris.
 Esuriant interque dapes, hæc pœna nefandæ
 Sit genti, e medio nil ferat illa bono.
 Illius ante oculos sit turbida noctis imago,
 Curuentur misero dorsa superba dolo.
 Fercula nam ueræ tempere salubria uitæ,
 Clauserunt oculos ad pia dona suos.
 Atque affixa notis sub cortice languet amaro
 In folijs uanos turba secuta cibos.

Adducit

Sicut scriptum est

Dedit illis deo spiritus
 compunctionis.

Oculos ut nō videāt.
 aures ut non audiant.

Atq; in hodiernū diē

Et Dauid dicit.

Fiat mensa eorum, co-
 ram ipsis in laqueum
 et in captionem.

Et in scandalum.

Et in retributionē illis
 obscurētur oculi eorū
 ne videāt et dorsū eorū
 semper incurua.

Adducit Moſen, ſed non intelligit, atque
 Longe ex ſpectatus cum uenit, eſſe negat.
 Non ſic lapſa tamen, quod non in lumine poſſit
 Surgere & ad uiui caſtra uenire dei,
 Proſuit hic lapſus genti, quæ admiſſa, minorque
 Facta prior ſceptrum clade ſororis habet.
 O utinam ſicut Solymorum clade receptis
 Gentibus æthereum mors patefecit iter,
 Veſtra fides ſtimulos illis ſtertentibus addat,
 Surgant uel radijs æmula corda pyjs.
 Quod, iudea cadens ſi ſic, occaſio uite
 Proſit & ad ueſtrum ſit minor illa bonum,
 Vnius & gentis deleto robore ſurgunt
 Tot populi, chriſto grandia lucra deo,
 Quid tunc, cum mundo ſolitam non flente ruinam
 Poſt uos ad dominum uenerit illa piū?
 Vos inquam gentes, ſi ueſter apoſtolus ad ſum
 Vosque mea ad uiuum cura referre deum,
 Nitar. ad ipſe tamen mandatū reddere munus,
 Et ueſtra ad ſummum ducere corda bonum:
 Ut poſſim ſocios hæc uel ratione iacentes,
 Inuidia ueſtri ſolicitare loci.
 Et liuore ſurens ſi non pietatis amore
 Incipiat proprio ponere ſacra deo,
 O utinam, noſtris ſi non ea gloria uerbis
 Fulſerit, ut cunctos ad pia ſacra feram,

Dico ergo. Niſi quid ſic
 offenderit ut caderet.
 Abſit.
 Sed illorū delicto ſa-
 lus eſt gentibus ut il-
 los emulentur.
 Quod ſi illorū delictū
 diuitiꝝ ſunt mundi.

Et diminutio eorum
 diuitiꝝ gentium.

Quanto magis plenitudo
 eorum.

Vobis eñ dico genti-
 bꝝ. Quādiu quidē ſi
 gētiꝝ apoſtolꝝ miniſte-
 riū meū honorificabo

Si quomodo ad emu-
 lādū puocē carnē meā

Et ſaluos faciam ali-
 quos ex illis.

Seruem uel paruum numerum, uideamq̄ sorore
 Non totam, miseris accubitare toris.
 Hoc orate pares, quis non hoc candidus optet
 De grege sit rabidis pars data parua lupis.
 Nam iudea cadens si sic fuit/utilis orbi,
 Gensque admissa, deum per scelus huius ama,
 Plus fuerit, si siti dura que in nocte gelascit,
 Ad fidei flammam turba relata piam,
 Et rediuiua cohors longæuo extracta sepulchro,
 Ponat de signis clara trophea dolis.
 Nam quis desperet cuncta de plebe decorem
 Cernere, quod plenam non bibit usque fidem.
 Nam si que nulla sub religione iacebat,
 Impia nec domino cognita turba suo,
 Per christum potuit sumpta reuirescere flamma,
 Protulit & fetus numine fausta pios,
 Quam citius, que uera colens a tempore primo
 Numina ab electis prodita noscit auis?
 Principibus uenit ista sacris, imitata parentes
 Quid mirum, ad uerum si redit illa suum.
 Fermento sancto sancta est & massa, pioque
 Principio ramos cernis inesse pios:
 Et pater Abramus domino si teste fidelis,
 Quid uctet hunc sobolem posse referre fides?
 At ueluti propria decisis ab arbore ramus,
 Non alitur prima qua ualet arbor aqua,

Sic nif

Si em̄ amissio illorū
 reconciliatio est mūdi

Quæ assumptio nisi
 uita.

Et motus.

Quod si delibatio sc̄a ē
 et massa. & si radix san-
 cta & rami

Quod si aliqui ex ra-
 mis fracti sunt.

Sic nisi fidentem non sis inेतatus amorem,
 Filius Abrami non potes esse pi.
 Quod si natua defringitur arbore ramus,
 Insitus externæ quam citus ille ruet?
 Aspicias Abramidem sancta radice reuulsum,
 Stirpeque defractum nil iuuat esse bona,
 Insitus & leni te nunc olcaster oliuæ,
 Vnitum letum frugiferumque uides,
 Sed ne sperne precor ramos a stirpe recisos,
 Non tua nature sunt bona sed charitis.
 Quod si te iactas atque ob tua dona superbis,
 Radiaque audes immemor esse tuæ
 Offensus leo mitis erit, qui forte soporem
 Ded tibi, quem socio nunc finit esse tuo.
 Ille prior, non cernis iners, ut pulsus ab alto
 Kethere ad umbratos truditur usque locos?
 Ecce ruit propria defraclus ab arbore ramus.
 Nec timeas casus insitus ipse tuos?
 Non tu radicem, te radix portat & eius
 Robore te insertum sustinet illa sibi.
 Dicit, natui franguntur in arbore rami
 Inferar ut trunco uir pius ipse bono.
 Hæc procul a casto sit dira superbia corde,
 Ut surgas, scepro non cadit ille suo.
 Hoc arcente bonæ quod sis insertus oliuæ,
 Accidit ob magni lumen opesque dei.

I iij Nam

Tu autē cū olcaster ef-
 ses insertus es illis & so-
 cio radice & pinguedi-
 nis oliuæ factus es
 Noli gloriari aduer-
 sus ramos.
 Quod si gloriaris.

Non tu radicem por-
 tas, sed radix te.

Dicit ergo fracti sunt
 rami ut ego inserar bene

Propter incredulita- Nam propria rami quod sunt radice reuulsi,
 tem facti sunt. Non meritum gentis, sed rea turba facit.
 Tu autem fide stas. Plebs calcata iacet, quia non sit credula uero,
 Tu stas, sed sola te retinente fide.
 Noli alium sapere. His ne insurge reis, potius te externa ruina
 Edoceat domini dicere gesta tui.
 Sed time. Istorum morbi tibi sint medicamina, disce,
 Quae sit peccanti poena parata tibi.
 Disce deum uiuum, quam sit metuendus ab obste,
 Cum sibi tam charos exprobat ille uiros.
 Disce nefas rabidum uoto auersare peremmi,
 Quo bona tan lenem concitat ira patrem.
 Si enim de naturali Nam si non proprijs ramis deus ipse pepercit:
 bus ramis non pepercit Dilectos firmo nec satis esse deo est,
 Nec forte nec tibi par Ignota extrarius quid speret ab arbore foetus,
 cat. Qui uult in socium seuior esse suum.
 Disce malis horum, quid sit tibi nempe uitadum,
 Ingratus summo ne uideare bono.
 Non tua te extollat requies, non gloria christas
 Addat, sed magni munera disce dei.
 Disce deo grates pro turbis dicere uersis,
 Disceque punitis numina iusta malis.
 Non tamen insultes, hi sunt ratione reuulsi,
 Tu sine te donis insitus ipse pijs.
 Tu sine te, laetiae non est ea gloria gentis.
 Sunt praeter meritum munera tanta tuum.

Hinc

Hinc perpende uidens, quam sit deus ipse seuerus, Vide ergo bonitatem et
 Quam bonus, & factis iustus ubique suis. seueritatem dei.
 Eijcit errantes, humiles sibi subleuat uni,
 Mercatur cunctos sanguine, luce iuuat.
 Luce iuuat plena mentes diffusus in omnes:
 Et citat ad uerum pectora cuncta bonum.
 Utque legit gratos auersos pellit. Et unus
 Condemnat miseros sanguine: luce: reos.
 Sanguine, nam poenas fuso pro sanguine poscit.
 Luceque, nam tenebras flamma repulsa parit.
 Doctus ab exemplo iam nunc potes esse, furentem In eos quidem qui ceci
 derunt seueritatem.
 Qui dominum in solymos cernis adesse reos.
 At pietatis opus seruata discere gente In te autem bonitatem dei
 si pmiseris in bonitate
 Quis uetat? ignotos suscipit ipse uiros.
 Nec generi coeco, nec uitae debita prauae
 Praemia, sed uictis dat pia dona deus,
 Terrenum condonat opus, gratisque remittit
 Crimina, cum socijs te iubet esse suis.
 Ascitus gratis propria uitabere culpa Alioquin tu excideris
 Excidet a ueris qui fugit illa bonis
 Tolle ab ingrato charitem, qui miserat illam,
 Ni memor es magni munus habere dei.
 Si coeleste iubar nebula confundis inani,
 Si restant uacuis corda superba bonis.
 Quas bonitas largitur opes, tua culpa furori
 Prostrat et ad stygias perditus ibis aquas.

Sic fo

Sed et illi si non permiserint in incredulitate.

Inferentur.
Potius est enim deus iterum inferere illos.

Mā tu si ex naturali ex-
citus es oleastro et tō-
tra naturā inferus es
in bonam oliuam.
Quanto magis hi qui
secundū naturam in-
ferentur fug oliu.

Nolo enim vos ignora-
re fratres mysterium
hoc ut non sitis vobis
ipso sapientes.
Quia cecitas ex parte
contigit in Israel.

Sic Solymus, somno si iam respiscat ab alto,
Liquerit et fastum turba proterua suum,

Inferus tandem sacre reuifcet oliuæ,
Vnde sui vitis cusvide sectus erat.

Hunc diuina fides scepro positura priori est.
Qua uelut ingratus exulat æde nothus.

Nam tu si ramus de quercu a gente recisus,
Insitus es oleæ regis amore piæ.

Quid nam erit Isacidis ortis de sanguine sancto?
Quam facile ad dominum posse redire suum?

Quotquot ab his fidi christum acceperunt parentem,
Vult deus hos gnatos numinis esse sui.

Esto humilis, non est, quo te gens ethnica iactes,
Aut credas Solymos te superesse pios.

Hos ne irride fuerns, semen ne sperne uidentum,
Sat tibi, communi quod datur esse loco.

Sat tibi, ne toruo traetes mysteria uultu.
Non uiden a saxis numina facta tuis?

Pone precor fastum, nec te metire superbis
Sensibus, hæc sancto non placet aura deo.

Plebs ruit in somnum christo germana repulso,
Nec tamen in tenebris pectora cuncta iacent.

Maxima pars passum ueneratur sedula christum,
Iam nunc et socio dat pia thura deo.

Inque dies radium christo referente decorum,
Surgit ab Isacidis sancta marita toris.

Perse

Persistent reliqui misera tantisper in umbra,
Donec sub numero gens micet alma sacro.

Verum ubi contigerit nitida florere iuuenta
Mundum, cum toto sit meus orbe deus,

Iusticiamque fides pariat fecunda per orbem, et
Pascatur lætus gentis odore populus,

Abramides uictor somni respiscet auerni,
Nec trahet immundis, pendula corda sacris.

Nec iam terrestrem uana spe pascet amorem,
Nec Mosen uotis pinget ut ante suis.

Sed fidei solem nebulis agnosce ademptis.

Nec sibi iam dominum, quem petat alter erit.
Erroremque suum qui iam fateatur, et umbram,

Suscipiet populum christus ab arce pium.
Tunc erit Israel hoc dignus nomine cernens

Numina tunc notum sentiet esse deum.
Aurea tunc uerso decurrent secula mundo.

Nullus erit proprium degener ante patrem.
Vidit et Esaias, qui uidit funera, uidit

Et uitam, calamo pingit utrumque suo.
Viderat errantes, idem uidet esse reuersos,

Verus in hoc, reliquo tempore uerus erit.
Ecce Syonco ueniet de uertice ductor,

Et scelus a charis auferet ille uiris.
Impietatis onus de sero auertet Iacob,

Et trahet aduersas ad sua regna manus.

Donec plenitudo gen-
tium intraret.

Et sic omnis.

Israel saluus fieret.

Sicut scriptum est.

Ueniet ex syon qui auer-
tat et eripiat impicta-
tem a Jacob etc.

Qui

Hoc illis a me testa-
mentum cum.

Abstulero peccā eorū

Secundū euāgelium
quidem inimici.

Propter vos.

Secundū electionem
autem charissimū.

Propter patres.

Qui pepigit quondam populo cum foedera charo,
Prorsus disiectos non finet esse uiros.
Irrita per quosdam nec erunt ea pacta nocentes,
Rex quibus electis consulit ipse suis.
Sunt qui promissis uitium priuentur amantes,
Sunt qui humiles domino se tribuere suo.
Illis nil pactum, quod non sua crimina plexi
Indice sub uero falsa terente luant.
His nihil obstabit fraterni culpa furoris,
Quin ualeant sancti regna tenere dei.
Pars tamen e populo christo est aduersa beanti
Dum de lethifero cortice uirus edit.
Profuit hoc genti, dum proiicientibus illis
It citius uerbum dura sub ora pium.
At licet infelix foelici semine proles
Nata potest socium carne uocare deum.
Non huic insultet tua caeca superbia frater,
Rixa furens christos dedecet ista meos.
Aspicis en populum cōmuni a principe lectum
Clara dei castris signa tulisse suis.
Ut dum tu lapides arsuraque ligna colebas,
Hic dederit uiuo pectora pura deo.
Pertinet ad sanctos patres, licet impia proles,
Nomine in hoc domino chara futura pio est.
Sic facile in primos haec accipietur honores,
Et uersam solito sumet amore deus.

Nam

Nam si carnis opus calcata deferat umbra,
Debet adorato notior esse deo.
Et quia uera salus patribus promissa, fidelis
Qui fuerit, tanquam iura paterna feret.
Non equidem dominum decreti poenitet altum,
Tempus in omne pij sunt rata dona dei.
Si non errarunt sancito foedere, cur nunc
Poeniteat uerbi numina sancta sui?
Tu rerum perpende uices, ne insurge iacenti,
Quin precor exemplo sit pius ille tuo.
Respice, cum duro stertebas ethnice somno,
Non te in aeternum lumina destituunt.
Non fugit a caecis domini pia gratia turbis,
Nec bonus in festo lesus odore riget.
Atrahit errantes, scelerataque dispulit aera,
Dat uerum pulsus numen habere dolis.
Sic deus Abramidas quamuis sit passus iniquos
Ad tempus, uerax his quoque regna dabit.
Num pietas ipso quae gentem extraxit ab Orco,
Non poterit charos huc reuocare uiros?
Liberiora feret diuini lumina gnati,
Qui sibi uenturum lege petebat eum.
Nā fera quos Cybeles primo exoculabat ab aeno,
Durius ad christum uelle uenire meum.
Qui uobis pia dona dedit, lumenque salubre,
Hoc dare cognatis non queat ille suis?

Non

Sine poenitentia enim
sunt dona.

Et uocatio dei.

Sicut em̄ aliquādo et
uos nō credidistis deo.

Hunc autem.

Misericordiā estis cō
secuti ppter increduli-
tatem illozum.
Ita et isti nunc nō cre-
diderunt in uestram
misericordiā.

Et et ipsi misericordiā
consequantur.

Non illi uobis, non uos his ludite fratres,
 Vtraque gens uno iam noua turba deo est.
 Sed uos pro socijs precibus contendite sacris,
 Si uelit a tenebris hos reuocare parens.
 Et pro seruatis iustos reddetis honores,
 Sperat enim radios utraque turba pios.
 Nam deus omnipotens et uo sapientior omni.
 Sic nostro flammis temperat orbe suas.
 Vt mortale genus sub crimine prorsus amaro,
 Conclufum tenfis fe fciat eſſe dolis.
 Tunc magis ut medici fit nota potentia summi,
 Cuius ope eſt uicilis libera turba malis.
 Et lapſus uitio ſi numine ſurgat ab alto,
 Sentiatur a ſolo munus habere deo.
 Nec meritum, nec geſta canat ſed liber ab Orco,
 Aſcribat domino, quod ualet ipſe ſuo.
 Non tamen ille malum decreto immittit acerbo,
 Dumque ſunt crimen, non ſecus ille facit.
 Quin pia per dominum prauis oriuntur ab ipſis,
 Et bona de noſtris efficit ipſe malis.
 Sed diuina oculis quærenti numina luſcis
 Mens tremat & nimio lumine cæca iacet.
 Hinc ſupor, hinc fragile uincunt myſteria mentè,
 Et ratio charitis muta miniſtra ſilet,
 O pietas ardens o non imitabile numen,
 O ſuperans niſus robur amorque meos.

O ſapientia

Concluſit enim deus
 omnia incredulitate.

Et omnium.

Diſcreatur.

Et altitudo.

Diuitiarum.

Sapientia & ſcientia dei

O ſapientia bonitas, oculis nec peruia noſtris
 Virtus, æquali numine cuncta regens.
 Quis librare tuas charites, decretaque poſſit
 Pandere, uel radios mentem uidere tuos.
 Turbat inacceſſum lumen, ſuperiſque tenebris
 Flamma latens oculis non datur ipſa meis.
 Quis domini ſenſum potuit cognoscere, quis ne
 Dixit ei, rectam mente tenere uiam?
 Quis prior officijs meruit, pia dicere dona,
 Præmia, ceu factis debita danda ſuis.
 Eſt ratio, iuſtusque regit quæ condidit, atqui
 Nos latet & ſolum ſtat penes illa deum.
 Quodque mali patimur uitij meſ prodita noſtris
 Imputat, ac domino quæ bona cuncta ſuo.
 Ille autor, ſons atque boni cuſtoſque, tuetur
 In nobis donum quod dedit ipſe ſuum.
 Et nulla in factis laus eſt aut gloria noſtris,
 Nā merita ad ſummum ſunt referenda bonum.
 Principium deus ipſe boni, mediator, & idem
 Finis erit, mundum ſuſtinet unus amans.
 Huic ſit honor laus atque manes & gloria uiuens,
 Qui moriens famulis dat ſua regna ſuis.

Quia incõphẽſibilia
 ſunt iudicia eius & in-
 ueſtigabiles vię eius.

Quis enim cognouit ſe-
 ſum domini aut quis
 conſiliarius eius fuit.
 Qui quæ prior dedit il-
 li & retribuetur ei.

Quoniam

Ex ipſo & per ipſum &
 in ipſo ſunt omnia.

Ipli honor & gloria i ſe-
 cula ſeculorum amen

CAPVT DVO DECIMVM.

Ergo

Obsecro itaq; vos fratres
per misericordiam dei

ERgo pius quando Saturnia linquere mōstra
Dat deus, infernos fregit & ipse duces,
Quando & legis onus natis excussit ab almis,
Duxque facit uerbo sēmīna digna suo,
Non ego uos posthac, si quid pia numina tāgunt,
Aspiciam uiuo bruta litare deo.
Fœcundam Iuno, sterilem Proserpina uaccam
Si uelit, a cœcis postulet illa uiris.
Sit procul a uobis qui horrentia consulit exta,
Sint procul a puro sanguinolenta deo.
Longe alios ritus, numen sibi postcit ab omni
Gente, petit magnus corpora uestra deus.
Non ut truncatis uideat nox chas pia membris,
More suo in uestros arma mouere sinus.
Sed terra affectus sancto mactate furore,
Reddite & igniuomo corpora uiuadeco.
Non cœsas pecudes sed uiua piacula poscit,
Libera sit uitij hostia, pura, placens,
Vult deus hoc sacrum, quod sit de numine motū
Noscat & optatum ferre, referre bonum.
Dum lex Moseis regnabat carnea uinclis,
Araerat immundis sanguine tincta sacris.
Corporeas pecudes tunc obtulit umbra furori.
Mulsit & iratum sanguinis urna deum.
At postquam plenum christo moriente decorem
Lex habet & cæso cortice regnat amor,

Spiritus

Et eribeatis corpora
uſa hoſtiam uiuentē.

Sanctā deo placentē.

Rationabile obsequium
ueſtrum.

Spiritus in sacris prior est, & uictima uiuens
Queritur, affiatum quæ probet esse bonum.
Alidē ad christum lapidem, terrestria uota.
Corde coli puro rex deus unus amat.
Pro uitulo debes uenam mactare superbam,
Ira aries, sacris concidat ira nobis.
Obscenas ueneres, ut olentes turpiter hircos,
Exure, & cæsis ardeat ara malis.
Sacrifica turpes animi pro turture motus,
Lasciua ē uenis pelle uenena tuis.
Offer pro libo mundati cordis amorem,
Corda petit princeps, ut pia thura dari.
Hæc sunt hæc nostris dignissima sacra cateruis.
Mentalesque preces, non petit author oues.
Victima grata deo mens est sine crimine sancto,
Pro libis animos postulat ille pios.
Si carnis motus animo refecantur acuto,
Non opus est uanam scindere pelliculam,
Pacifero uarios si pellis corde tumultus,
Seruasti domino sabbata sancta tuo.
Desine iam pecoris uanos offerre cruores,
Mundaque diuinis da tua corda sacris.
Pro nobis christus iam se deus obtulit illi
Quis neget æqualem mente referre uicem?
Quis neget huic uitij fieri pia uictima cæsis,
Hostia pro nobis si datur ille reis?

K Quin

Quin iam tartareas per christum exuta catenas,
 Incipe mactato uiuere turba deo.
 Turba nitens christo coelestibus insita uotis,
 Ne moueant sensus gaudia falsa tuos.
 Pristina discedant cum priscais nubila sacris,
 Qui nouat, ipse uiros & petit esse uouos.
 Affectus animi mira florere iuuenta,
 Hic iuuat, & pulchros mente tenere polos.
 Ne tibi sint uulgo quae sunt placitura prophanis,
 Nec sedeat uotis anxia terra pijs.
 Excute mor tiferas christano a pectore sordes,
 Pendeat a solo iam tua cura deo.
 Nil iam terrenum, nil uile aut turpe sequaris,
 Illæsum memori pectore numen habe.
 Ut fuerit christus lachrymosam cæsus ad aram,
 Esto memor domini debitor ipse tui.
 Esto memor simplex mactati debitor almi,
 Et fuge quod dominus non probat ipse pius.
 Extremos instare dies, finemque tremendum
 Inspice & arsuras temporis huius opes.
 Nec te conformem seculo præstabis iniquo,
 En fugit ex oculis somnus & umbra tuis.
 Posce deum, tibi posce deum, dominumque regere,
 Sit tantum uotis quod iubet ille tuis.
 Esto memor domini, quite sibi mortuus unit,
 Ut uiuas socio tempus in omne deo.

Et nolite conformari
hunc seculo.

Sed reformamini in
nouitate sensus uestri.

Si ille

Si iuuat huius opes animo pensare silenti,
 Ducendum radijs te bene solue pijs.
 Concipe flammati pomposa palatia coeli,
 Assuesce angelicos inter adesse choros.
 Sed fugit ipsa tuum, luxque sup omnia captum,
 Et facit ignotum tertia flamma deum
 Vnicus in tenebris lucem occultatur ob ipsam,
 Eludunt oculos summa uidenda reos.
 At satis, ut cupias, quæ sit sua recta uoluntas
 Noscere, & huic placita sis memor ire uia.
 Hæc erit, hæc foelix pleno sapientia captum
 Atque deum recto tramite pandet iter.
 Acceptos referet cultus, uiuumque decorem,
 Quo melius sensu nil queat esse tuo.
 Heus qui maior, ades bellantis in ordine templi,
 Ne uolue in socios lumina torua tuos.
 Nec minor inuideas primo, ne extingue lucernam,
 Hunc tibi maiorem dum cupis esse parem.
 Nec per hyperborcos australem despice flatus,
 Non euro zephiri temnat ut ora licet.
 Sobria mens animo nihil arroget ipsa superbo,
 Nam quod habet, domis hoc habet ipsa pijs.
 Nec sibi iam placeat, quod sit nimis alta, decusque,
 Pignora tot merito non habet illa suo.
 Hoc habet a domino, socijs ut conferat ipsis,
 Cur sibi commissas claudat auarus opes.

K iij Cur

Et probetis quod sit uoluntas dei bona et bene placens et perfecta. Dico enim per gratiam quod data est mihi omnibus qui sunt inter uos.

Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Et vniciq; sicut deus
diuisit mensuram fidei.

Sicut enim in vno corpore
multa membra habemus.

Omnia membra non eundem
actum habent.

Ita multi vnici corpus
sumus in christo.

Singuli autem alter alterius
membra.

Cur tunc et, alta quasi sapiat bullatus ab ipso?
Ab miserum paleas non uiden esse leues.
Nonne uides florem subito marcere sepulchro?
Nonne uides carnem dic precor esse nihil?
Partitur sua dona potens, ut iusta uoluntas
Libera uult natis mittere dona suis.
Vnicus & uarijs coelestia munera formis
Diuidit, ut nullus se putet esse satis.
Fraternas dotes charitas fraterna sub uno,
Sic referat patrium principe docta modum.
Nec iam naturae cedat pia gratia nostrae,
Aut doleat clausam nos habuisse domum.
Cernis ut in multis terreno corpore membris
Pax micat, & sociam pes iuuat ipse manum.
In christi corpus uarijs ex gentibus omnes
Iungimur, & proprio est, ille uel ille, gradu.
Distincta officijs sunt hoc in corpore membra,
Prospectat socio pars quota nempe suo.
Non oculus uidet ipse sibi, non dextera seruat
Se solam, aut soli prandia uenter habet.
Sic uarias dotes christo in sua membra refusas
Qui caput est, socijs uult simul esse suis.
Prouidet utque alij membrum praestantius illo,
Succurritque sua certus amicus ope.
Sic nitidi fratres qui te pie christe sequuntur,
O bferuantque suum ceu bona membra caput,
Incum

Incumbat studijs fraterna ad commoda plenis.
Conuenit, hos duras non habuisse manus.
At quoniam dotes multae sunt, corpus & unum,
Vnus pro placito qui dedit ille suo.
Te decet ut domis superis utare modesto
Pectore, & ad socios illa referre tuos.
Si tibi de christo dos contingit esse prophetam,
Et sancta arcanis clausa uidere notis,
Illustraque tuum fidei Donator amorem,
Ut tibi sit uero luxque fidesque pio.
Seu tibi leta manum fratri praestare facultas.
De tibi concessis uiuat ut ille bonis,
Seu tibi diuino pasturo dogmate gentem,
Dat deus a caelis aurea uasa suis,
Seu tibi sorte datum mores formare decentes,
Dirigere & monitis pectora casta pijs,
Ante oculos tibi summe deum, fastuque repulso
Te dignum illapso fac pius esse deo.
Despicias nullum, nec te depellat ab ipsa
Luce ministerij duxque paterque tui.
Pauperibus si dona dabis, non fenore pasto
Ante oculos socij sed pietate uiri,
Si tibi iam fratrum cura est mandata tuorum,
Eslo uigil, fratri non tibi lora geris.
Nec te reddat honos. elatum, mixtus honori
Stat labor, heus hostem non decet esse patrem.
K iij Pascit

Habentes donationem se-
cundam gratiam que data
est nobis differentes.

Sicut prophetiam secundum
rationem fidei.

Sicut ministerium in
ministrando.

Sicut qui docet in do-
ctrina.

Qui exhortatur in ex-
hortando.

Qui tribuit in simpli-
citate.

Qui praestat in sollicitu-
dine.

Qui miseretur in hy-
laritate.

Dilectio sine simula-
tione.

Adherentes bono.

Odientes malum.

Charitate fraternita-
tis inuicem diligentes.

Honore inuicem pre-
uenientes.

Pascit oues, non tondit oues, immo anxius illis
Pastor adest, rabidi cum uidet ora lupi.
At cum participes quæ dat tibi primus amore,
Corde hylari, a factis gaudia sume pijs.
Ne uelut inuitus, si des pia munera, perdas
Quæ dabis, & meritum dux neget esse tuum.
Absit ab hoc frater, si quid de fonte bibisti
Fucus, & obscuris ihecna canina dolis.
Sit simplex charitas, & nulli conscia fraudi,
Nesciat uastum dissimulare lupum.
Nil simulet, nil fingat amans connexus amori
Sancto, uenturum qui uidet esse deum.
Ne metire prius iustis tua commoda factis,
Sola sat est factæ gloria iusticiæ.
Sola sat est uirtus, uoto ut quaeratur ab omni,
Non nihil est ipsis abstinuisse malis.
Turpis amor satis est, ut uisu auersa maligna
Mens fugiat charo libera facta deo.
Esse tuis consors uera pietate beni gnus,
Et charitas motus temperet una tuos.
De terræ obscuro certet mundanus honore,
Dum reputat socios hic superesse suos.
At nobis christo diuersa huic pugna sub alino,
Dum præferre sibi cætera quisquis auct.
Nec sat erit, nullum si usurpet iustus honorem,
Ni studeat socijs & minor esse suis.

Nam

Nemo sibi uiuens uitio languescat inertis,
Sed parcat officijs utilis esse bonis.
Sitque alacris noster, flatu qui ferueat hausto,
Impiger absorpto debuit esse deo.
Carnea monstra iacent, iam te subtraxit ab Orco
Spiritus, illustri pectore torpor abest.
Est opus hoc carnis morbosa algere sub umbra,
Flammis æthereos aduolare choros.
Cura prior seruire deo, ne insurgite contra
Tempora, fulmineas quis retinebit aquas?
Te precor in domino rebus seruire secundis,
Candida tartareis cedat & agna lupis.
At si tempus erit diro occurrere furori.
Constanti gladios pectore uince feros.
Vince malum patiens, duros tolerare labores,
Funera, pro uitæ principe dulce pati.
Ne tamen interea summo diffide beanti,
Dum premeris, palmam cum uolet, ille dabit.
Iusticiam non ille para t, defendere ferro,
Sed prece, sed pura mente uocatus adest.
Ergo age iam rectis uiuentia numina uotis.
Implora, ut superam det tibi summus opem.
Vult dare iusta deus, sed uult dare iusta rogatus,
Iustaque cum posces plurima, plura feres.
At si dona petis, si numina blanda requiris,
Ne pia tu socij uota repelle tui.

Solitudine nõ pigri.

Spiritu feruentes.

Domino seruientes.

Spe gaudentes in tri-
bulatione.

Patientes.

Orationi instantes.

Necessitatib⁹ sancto-
rum communicantes.

H iij Porri

Porrigat auxilium miseris tua dextera dextris,
Sic tibi sunt domini regna paranda tui.
Hospitalitate sectates. Nec proprijs tantum, sed si tibi uenerit hospes,
Venisse hoc ipsum iam tibi crede deum.
Benedicite persequē- Ut soluenda manus, lingua est arcenda, nec unquā
sibus vos. Noxia sub uerbis inferat arma suis.
Mitis in aduersos, ipsi miseresce furori,
Sic docuit nostrum frangere tela caput.
Benedicite. Non odijs odium, non uulnere uulnera cures
Vincere, sed constans inique piūque tene.
Et nolite maledicere. Vince nephas patiens, ne sis amentior hoste,
Si cupias factis hunc superare reis.
Hostibus optabis noto bona prospera christo.
Tuque magis blandus quam ferus hostis eris.
Flere cum flentibus. Verus amor christi famulos instruxit amico
Numine, cum moestos tristibus esse pios.
Gaudere cū gaudētib⁹ Cum lacrimis lacrimas toto diffundere corde,
Sumere cum lætis gaudia sancta uiris.
Id ipsi inuicē sentien- Idque ipsum sentire omnes, humilesque patresque
tes. Esse simul templum nec refecare, sacrum.
Non alta sapientes. Ne sint iudicio diuersa placentia nostro,
Ne temne indoctos qui sapis alta uiros.
Esse deo gratum uera est sapientia, uera est
Gloria uiuenti nosse placere duci,
Alta sapis, si recta cupis, si immunis ab omni es
Crimine, non oculis, incubat umbra tuis,
At si

At si sub uitijs torpes, nihil astra uidere
Profuerit, uanas effuge delitias.
Ergo humilem te probe alijs, nec olympica credas
Culmina pro capti prensa tenere tuo.
Si sapis, hoc alijs sapias, prudensque uideri
Non tibi, sed iusto mens pia quere deo.
Sæpius hoc dicam si te male percutit hostis,
Nō mala pro inflictis tu quoque redde malis,
Cæca deum cultu gens hoc putat ipsa licere,
Et uetus inuolucris hoc finit umbra suis,
At postquam christus tenebris illuxit adeptis,
Lux micat, & biuigis euolat acta rotis.
Ad pietatis opus diuino læsus amore
Ducitur, aduersis & fauet ipse uiris.
Vos miris certate bonis, cuiicumque uidenti
Utilis exemplo sit pia uita suo.
Pax prior in uotis, pacem ascensurus ad astra
Mandabat famulis dux bonus ille suis.
Improba christanos fu giat discordia sensus,
Impius officium dæmonis ultor agit.
Inesque insidiasque & nomina dira furorum,
Ascribat uarijs ethnica turba deis.
Vltiq non puros animos diro incitat æstu,
Ignorant domini qui pia uerba sui.
Sed qui Golgothei memoratur prelia campi,
Inque cruce affixi suscipit arma dei.

Sed humilibus con-

solite esse prudentes
apud uosmetipsos.

Nulli malum pro ma-
lo reddentes.

prouidētes bona nō
tantū corā deo sed etiā
coram hominibus.

Si fieri potest qd er
uobis est cū oibus hoi
b⁹ pacem habentes.

Nō uosmetipsos des-
cendentes sed uate lo
cum ire.

Qui

Qui spinas, seuasque alapas, clauosque, necemque
 Pensat, & innocuum quod ferit hasta latus.
 Cum uideat tali christum indulgere furori,
 Nunquid in aduersos seuiet ille uiros?
 Quin potius patiens rabie compefice tumentem,
 Suscepta in clypeo concidit ira sacro.
 Ichibus opponens christum fera uincere passum
 Tela potes, gladijs parce superbe tuis.
 Sat tibi, uindictam scelerato sumet ab hoste,
 Ut uerus iudex, qui bonus ultor adest.
 Ille sibi omnipotens plectenda hæc crimina seruat,
 A cæde & nostras temperat ille manus.
 Tu modo ne lædas etiam male læsus amico.
 Quin pro susceptis & bona redde malis.
 Esuriant si forte, tibi seuisimus hostis,
 Pasce illum, gladio militet ille tuo.
 Si sitiât, potabis eum, mens aspera forte
 Leniet officijs corda superba sacris.
 Sæpe canis latrans placida pacatur ofella,
 Hoc Marte a rigidis tollitur ira feris.
 Expugna hoc hostem gladio, mitisque piusque,
 Et patiens rabidos uincere disce uiros.
 Expertusque pius forsân miserebitur hostis,
 Et furor ille sibi nempe pudendus erit.
 Perque tuos ignes uero susensus amore
 Forte dabit uictas in tua iussa manus.

Quod

Scripti est enim mihi uindictam

Et ego retribuam dicit dominus.

Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum,

Si sitit potum da illi

Hoc enim faciens.

Carbones ignis coge res super caput eius.

Quod si, nec fuerit uictus charitate, deoque,
 Hora super durum tetra futura caput.
 Est deus, huic finito scelerata rependere facta,
 Ut deus est, nullum non premet ille malum.
 Tu domini frater nulla uincaris ab ira,
 Exagitent animos ulcera nulla tuos.
 Si tibi dulce putas hostem uicisse furentem,
 Quid, socius magno si potes esse deo?
 Fortis erat, patiensque tulit quoscunque labores,
 Scilicet hoc pacto uincere maius erat.
 Vincerit ille malum, tolerat qui fortius illud,
 Impatiens plagis uincitur ipse suis.
 Tu ne cede malis, hoc est hoc cedere pugne,
 Si pro te mæsti tela furoris habes.
 Est nimium certare bonis, est uincere pulchrum,
 Sed mala si superes per bona, christus eris,
 A christo christus, nec enim te dicere christum,
 Sed similem christo uox cupit ista meo.
 Ille pio hostiles superauit corde furores,
 Et pro perpeffis dat bona cuncta malis.
 Hoc tu uince modo, uera hæc uictoria frater,
 Optimus hoc iustis Marte triumphus erit.
 In christo uinces, cupias si uincere, seuum
 Quicquid erit, christum concipe, uictor eris.
 Que te circumstant hæc mille pericula, morbi
 Vincula, fames, passis tot mala nata uis.

Noli uinci a malo.

Sed vince in bono malum.

Omnia

Omnia per solum fas est tibi uincere christum,
Si patientem oculos hunc geris ante tuos.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

AT si te christum diuinaque iura sequentem.
Gens p̄mit in sanctos imperiosa uiros.
Improba si a christo frenandum suscipit orbem
Dextera, & in nostros infurit illa sinus,
Viderit omnipotens nobis parere tyranno
Conuenit, hoc multos uult deus orbe gradus.
Imperitant alijs alij, nec fræna recuses
Quisquis eris, uitijs dummodo liber eas.
Ordine sic regitur mundus, turbare decorem
Non uelit ob socium christea turba deum.
In uitijs uotisque malis non conuenit usquam
Cristanos proceres improba iussa sequi.
At iura humane per publica commoda uite
Non decuit socios aduolare meos.
Ne nostro exemplo reges insurgat in omnes
Vulgus, & expulso culpa soluta metu.
Congruit hos, quâquâ nullum mereatur honore;
O bseruet summo subdita turba deo.
Sunt, quæ conueniant soli per secula christo,
Illa sibi princeps omnia solus habet.

Omnis anima subli-
mioribus potestatibus
subdita sit: non est enim
potestas nisi a deo.

Quæ autem sunt a deo
ordinata sunt.

Sic fit

Sit tibi cura prior, uero parere tonanti,
Nec iusta ob sæuas frangere iussa minas,
Ad mala terrifici nec te compellere tauri
Possint, hæc cunctis sunt fugienda modis.
Ius tamen humanum, nostris uiolare lacertis
Non licet, hoc mundi publicus ordo petit.
Non decet innocuos pacem turbare ministros,
Si recolis christum, uincola pacis ama.
Quicquid erit sceptrum potius patiare malignum,
Quam tua uis frater publica iura premat.
Non sanxit christus, sed non hæc exprobat, ut quæ
Nouit in arcendis fræna futura malis.
Terrea maiestas supremi est regis imago,
Regnare hoc sapiens quam iubet orbe deus.
Quicquid malo regi: cum sit minor ipse resistit,
Sciat in dominum bella mouere suum.
Obstitit ecce deo, per quem data sceptrum tyranno,
Nolens cum socijs uincla tenere suis.
Iusticie legum deus incubat, ut mala tollat
Per legem, ut sæuis sit data poena uiris.
Ergo nec regi, nec legibus ipse repugnes,
Ni uelis amplexis improbus esse malis.
Quod male si præses sceptro furiosus iniquo
Te ferit: extrema uiderit ille die.
Ecceluet facinus, sed tu ne obsiste regenti,
Decreto summi præsidet iste dei.

Itaque qui resistit pote-
stati dei ordinationi re-
sistit.

Qui autem resistit ipsi
sibi damnationem ac-
quirunt.

Quod

Nam principes non
sunt timori boni opo-
ris sed mali.

Eis autē nō timere po-
testatem bonum fac.

Et habebis laudē ex
illa, dei enim minister
est tibi in bonum.

Si autē malū feceris,

Quod si forte cupis non legibus ipse teneri,
Cumque capistratis non sumus esse reis,
Non te posse putes duris laxare lacertis,
Nam tibi cum summo pugna futura deo est,
Non potes obsistens, sed candidus horrida iura
Effugere, ausuras a duce tolle manus.
Liber eris, vitio si sis modo liber ab omni,
Est tantum factis lex inimica reis.
Contemnit rigidos regum pia vita furores,
Nullaque lex iustis causa timoris adest.
Hi timeant fasces, hi dura satellitis ora,
Qui non a uetitis abstinuere malis.
Armatos equitum cum dictatore magistris,
Qui pergit recta non timet ille uia.
Quin etiam reges merita illustrare corona
Colla solent factis pulchrius: usa bonis.
Utque minister erat domini dux crimina dānans,
Sic & qui claris dat sua dona uiris.
Præmia uirtuti, sceleri præstare rigorem
Iussus hic, a iusto cui data sceptrā deo.
Sic tibi non damno minitantiā legibus æra,
Seruanti in christo iussa paterna bono.
At si suplicio dignum tua culpa seuerō
Te facit, et factis sunt tua damna tuis.
Tunc tibi lictorum furor est metuendus, & omnis
Purpura, & horridi uerba superba fori.

Tunc

Tunc gladium tunc rostra time, punire nocentes:
Rex solet, & nostrum pene referre deum.
Subseruit christo malus hac quoque parte beato
Vindex, quod motus puniat ille malos.
Utque in iure pari consistat publicus ordo,
Sit pia crudeli subdita turba duci.
Nec tua uox frater regalem prouocet ensē,
Ne dura in christos sæuiat ira meos.
Ac terrena pbalanx uiso indignata tumultu,
Exprobet electis corda superba uiris.
Et mens quæ prauæ non est sibi conscia uite
Non sit in hoc iustum temere uisa deum.
Pertinctad cunctas quæ res est publica gentes,
Cernis ob hoc nummos regibus esse datos.
Iusticie quoniam iura inuiolanda ministrant,
Atque uices magni rex gerit iste dei.
Si mala uitarit, ne tu parere recuses,
Sat tibi ne faceres impia christus erat.
Improba si iubeat, galeatum temne rigorem,
Nec te de christo distrahatur ille deo.
At quæ iure suo saluo pietatis honore
Exigat, admoneo nulla negare uiro.
Nec citet infernos terrena superbia pulsus,
Quod malus in famulos imperet ille bonos.
Aspice si quid habes, soluentem terrea christum,
Nulla grauant ipsū pensa tributa deum.

Ecce

Time nō em sine cau-
sa gladium portat.

Dei em minister & uin-
dex in iram ei qui ma-
lum agit.

Ideoq; necessitate
subditi estote.

Non solum propter irā,

Sed etiam propter cō-
scientiam.

Ideo em & tributa p-
statis ministri em dei
sunt in hoc ipsum ser-
uientes.

Reddite ergo omnibus
debita.

Cui tributis tributum
cui vectigal vectigal

Cui timorem timorē
cui honorem honorē.

Memini quōd debeatis
nisi ut in vicē diligatis.

Qui enim diligit proxi-
mū legem impleuit.

Ecce deus nihilum debebat, soluit & ille,
Ne ducis exemplo publicus ordo cadat.
Tu quoque nec regem nec regia iura parentem
Fraudabis, damno militet ille suo.
Hic terrena petit, si non sibi debita poscat,
Quid tibi rex solus uiderit illa deus.
Reddere poscenti uectigal, reddere christo
Debemus socij corda regenda pijs.
Regnanti seruetur honos, licet ille sepulchro
Sit dignus, proprio stat bene quisque gradu.
Ne qui tenideat fulgentia temnere colla,
Hoc putet a fastu forte uenire tuo.
Qui defertur honor non est ob crimina regi,
Que facit, at sancto quod sedet ille loco.
Vos recti exemplar christi præstate ministri,
Conuenit hoc, terris ne bonus ordo ruat.
At tamen inter uos non sunt que defleat alter,
Est charitas socijs una petenda meis.
Vna sat est charitas pro rege & lege piorum.
Que iura in multis, exigit unus amor.
Vnus in officio nunquam uacat, omnia curat,
Soluit, habet, nullo fit grauis ille dolo.
Hæc charitas fratres uoto est quaerenda sub omni,
Vna pijs leges condidit, una tenet.
Qui pius & socios ut se bene diligit ipsos,
Totius hic summam pectore legis habet

Si chw

Si charitas absit, non lex, non omnia iura
Sufficiant animos luce tenere pios.
Adsit et hæc, alijs non est opus, unica dictat
Immeris quicquid legibus esse potest.
Quæ Plato quæ Moses docuit, Trimegistus & oli,
Que eque sub Argiui lance draconis erant,
Quod Numa, quæ gnatos uestri docuere Luperci,
Si quid inest illis de duce, solus amor.
Cæsares, mechos, & cætera monstra furentum,
Ignibus empyreis optimus arcet amor.
Hic prohibet fustis famam incestare uenenis,
Fœnora nec socios ledere fraude sinit.
Summa breuis legum charitas, quæ claudit i uno
Præcepto, paucis dogmata cuncta notis.
Dilige ait socios, sicut te diligis ipsum,
O charitas ueri plena magistra boni.
Omnibus hæc prodest, nulli cupit ipsa nocere,
Obseruat miris optima iura modis.
Quis timet hunc hominem legalia soluere iussa,
Qui cunctos pleno pectore uerus amat.
Non occidet amans, nec erit deprensus adulter,
Cui fuerit socius charus, ut ipse sibi.
Qui uiuat ex proprijs, aliena inuadere furto
Cur uelit, aut charum labe ferire suum.
Cui uelita qua sibi, nulla ratione nocebit,
Pro cunctis passum cum sciat esse deum.

L Summa

Non enim adulterabis
nō occides nō furaberis
nō falsum testimo-
nium dices nō concupis-
ces & si quod est aliud
mandatum.
Hoc uerbo instaurat.

Diliges primum tuū
sicut teipsum.

Dilectio proximi ma-
lum non operatur.

Plenitudo ergo legis
est dilectio.

Et hoc sciētes temp⁹
qz hora est iam nos de
somnia surgere.

Summa igitur charitas, q̄ rectum edocta, d̄ eumq̄,
Quae fu gienda uiris, quaeque sequenda docet.
Hanc studijs optate omnes, ardentem & illam
Querite, iam a somno surgere tempus adest.
Vmbra furens pulsa caligine prisca recessit,
Iam christi radijs lux micat alma nouis.
Nocte fuit nostro funesta licentia damno,
Et pudor in caeco tempore nullus erat.
Nunc simulac luxit tenebris aurora fugatis,
Incipit & uerum christus adesse iubar.
Ad domini flammam caecos componite uultus,
Et munda ornatis surgite membra comis.
Exiite umbratos habitus, solitumque soporem
Rumpite, & a caetu sit procul umbra pio.
Ponite lasciuos lusus, uitaeque prioris
Molliciem, uitij's nox erat illa fauens,
Surge alacris frater domini tibi lumina Solque
Cuncta fauent, dulces concipe lucis opes.
Quid puer usque iaces? lux est captanda decori
Temporis, ecce oculis uita salusque tuis.
Ecce salus prior passis immissa fenestris,
Quam lex, aut uoto spes daret ipsa tuo.
En tibi diuini per uulnera sancta perempti
Intrat ad interno uita beata sinus.
Excessit res ipsa fidem, dux ille canebat
Moses uenturum, uenit, & ecce decum.

Iam

Nunc cū prior est
nostra salus quam cū
credidimus.

Iam uenit, maiorque fide, nec tanta putabas
Numina tan grato uelle uenire modo.
Poscebas hominem, uenit deus, ut tibi terram
Traderet, empyreum dat tamen ille Polum.
Sperabasque tuo terrestria regna sapor,
Aeterna hic ueniens gaudia uera dedit.
Vir dedit ipse deum, non spes auderet ab ullo
Hoc petere, o christi munera summa mei.
Exul pro nobis hic est, & mortuus, & nos
Adiuuat ad dextrae dona uidenda suae.
Credita adhuc pietas, nunc uercest uisa superni
Principis, o populi luxque decorque dij.
Haecenus umbrato calcabat caerulea conto,
Nunc per caeca sacrum tartara fecit iter.
Tunc Pharaonis opes caelo metuendus ab alto,
Nunc caesus diri demonis ora quatit,
Tunc dabat ille cibos ad corpora, metibus at nunc,
Dapsilis ad mensas & deus ipse pius
Ab deo, experior quid sit deus, ante petebam
Credens, nunc oculis uita recepta meis.
Nunc prior lux atq̄ salus, nunc summa patefcunt
Lumina, nunc uiso nox fugit icla deo.
Quam prior, nam carne patet, ferroque furenti
Fixus ad infernas itque reditque domos.
Exurgit, uiuumque uides, tecumque reportas,
Inque tuo regnat pectore uerus amans.

L. ij Ergo

Nox præcessit dies astit
appropinquauit.

Abiciamus ergo opa
tenebrarum.

Et induamur.

Arma lucis.

Ergo & præcessit nox pristina, uita, fauorque,
Et medio radius lucet ab axe pius.
Tu quoque iam ad finem labetem præspicis horâ,
Currit ad extremum turba uocata diem,
Dico iterum, luci iuuenes exsur gite magnæ,
Sur gite & ornati iam radiate nouo.
Hanc oculis captate diem, flammæque recentes
Ne uestro oppositis pellite corde feris.
Vir radius te pande bonis, actusque nefandos
Exue, quid claro tempore noctis opus?
Sole orto calor iste decens ad tegmina corpus
Pulchra citat, menti non dabis illa tuæ?
Proijce nocturnos habitus, somnique furorem,
Quicquid & in tenebris nox habet alta suis.
Arma ducis, precor arma ducis, scelicia tela
Suscipe, & a claro lumina nata deo,
Indue lucis opes, contraria noctibus arma,
His tibi nocturnos uincere posse dolos.
Ecce deus cœlis armatum spectat ab altis,
Spectat & empyrei candida turba poli.
Turpe crit armatum molli putrescere somno,
Et ueneris casses qui tenet arma sequi.
Turpe tibi uinci uitæ diuina tenenti
Arma manu, armato turpe iacere uiro est.
Turpe etiam in socios gladium cōuertere charos,
Cum tibi quem ferias improbus hostis adest,
Pugnat

Pugnat ab aduerso rabies teterrima ponto,
• Tu ferus in socios æmulus arma geris.
Vince cupidineos arcus, rixamque, reuinque
Liuorem, noto certa trophæa tuo.
Exue iam noctis uestes, christumque decorum
Indue, nocturnos non probat ille gradus.
Est christus tegmē nitidum, uirtusque pudorque,
Iusticia, est animis pax charitasque pijs.
Hic decet hic cultus Solem, lucemque, diemque,
Hic decet electum qui petit alta uirum.
Sit dum uita manet, de corpore cura misello,
Nec tamen indignas appetat illecebras.
Est cibus ad uitam, non ut lasciuiat horrens
Corpus, sed iusto est cura tenenda modo.
Naturæ ut uenter, uitæ non seruiat ipsis,
Sed tua sit noto consona uita deo.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Sed quamuis dapibus nullo discrimine cunctis
Utatur plenam turba secuta fidem,
Si quis erit positus, qui obseruet pristina mensis,
Non hostis socio debeat esse suo.
Doncc proficiat, christanaque numina noscat,
Et uera innocuo pectore sacra ferat.

L iij Nam

Sic ut in die honeste
ambulemus.

Non in comestationi
b^o & ebrietatibus. &c.

Sed induimini dñm
nr̄m iesum christum.

Et carnis curā ne feceritis
in desiderijs.

Infirmum a sit infide
assumere nō i discepta
tionib^o cogitationum.

Nā puer ut crescat: firmosque ascendat in annos,
 Plexus pro minimis non erit ille malis.
 Multa etiam: castis & sunt toleranda magistris,
 Vsq̄ue puer toto iam sibi currat equo.
 Adde quod & citra uitium plerumque uoluntas
 Hæc petit atque unum quærit honesta deum.
 Dissimulanda tibi sunt plurima, multa ferenda,
 Et multa ad sanam sunt referenda uiam.
 Si nil concedas toto gladiaberis orbe,
 Sepe erit ut multis diserciere modis.
 Forte uacat morbo, nec perspicias ipse, nephastaque
 Non amat, & uarijs utitur ille cibus,
 Ast alius teneris & adhuc infirmior alis,
 Se metuens pomis uescitur, atque piris.
 Sed neque de sacris pereat concordia membris,
 Nec turbent animos paruula quæque tuos
 Qui firmus uerumque tenet, nec despicit escam,
 Quæ dedit ex multis dextera sancta bonis,
 Sit firmus, donisque dei, uitaque fruatur,
 Non tamen hac socium spreuerit arte suum.
 At qui cuncta timens, uel solis uescitur herbis,
 Non licet, hic alium iudicet esse reum.
 Firmus & infirmum teneat, patienter & illum.
 Subleuet, exemplo formet alatque pio.
 At miser & titubans uacuata pendulus olla
 Quæ uidet ad pulchrum transferat ipse bonū.

Quid

Alius enim credit m̄a
 ducere se omnia.

Qui aut infirmus est
 olus manducet.

Is qui manducat nō
 manducantem nō sp̄-
 nat, et qui non mādu-
 cat manducantem nō
 iudicat.

Quid mihi dicat, amās hunc ch̄ro adiunxit in uno,
 Viuit in hoc, domino uixerit ille suo.
 Quod si uir solidus tremulum non pellere frat̄rē,
 Debet, sed iusto linquere corda deo.
 Cur precor iniecto firmum incestare cruore
 Audeat: infernos qui gerit ore canes.
 Qui nihil esse putat iustum, nisi fecerit ipse,
 O furor, o st̄igijs lumina mersa uadis.
 Quis tibi dat fratri morbos taxare latentis?
 An ne occulta tuum sunt subitura forum.
 O miser o uecors christane dedecus aule
 Cur iudex socij tam malus ipse tui?
 Quid facis: hic seruus non est tuus, inclyta christi
 Signa tenet, uiuo militat iste deo.
 Seruum christus habet christo sua cura regenti.
 Stat domino, domino uel cadit iste suo.
 Nec tamen iste cadet uanis impulsus ab curis,
 Si non a uero deniat ipse bono.
 Hunc equidē ex alto dominus miseratus O lympo
 Eccl̄ici seruum diriget igne suum,
 In uanos par cura dies adhibenda, caueo
 Hanc tibi quæ a stygio principe pestis adest,
 Obseruare dies docuit dæmentia cæcæ
 Noctis, ad electum quid facit hora uirum?
 Augurium, sacræque notæ, solesque nefasti,
 Grataque ter trino templa perire gadu.

L iij Diuis

Deo enim illi assumpsit

Tu quis es qui iudicas
 alienum seruum.

Domino suo estat aut
 cadit.

Stabit autem.

Potens est enim deo
 statuere illum.

Mā et alius iudicat diē
 inter diē alius autem.

Iudicat omnem diē.

Diuinas uarijs uires inferre sub horis,
 Hæc signa infirmi pectoris esse solent.
 Qui solidam gerit igne fidem, menses ne dies ne,
 Eligat: hic toto tempore purus amat,
 Ibit iter sub Marte fero, gnataque locare
 Non metuet uanis territus ille notis.
 Contemnet ridos & habentes dextera cornos,
 Ecce nisi iratum nil timet ille deum.
 Ista tibi haud tanti fuerint, si fecerit alter,
 Ut licet insipiens iam tuus hostis eat,
 Qui sapit, inque die nullo hæc discrimina sentit,
 Ex æquo cunctos sed putat esse sacros,
 Qui nunquam uitijs audet torpescere sæuis,
 Atque deum memori pectore semper habet.
 Hæc domino sapit ille suo, nec discute tu quid
 Ille sapit, noto sat sapit ille deo.
 At qui discernit soles & tempora seruat,
 Errat inops, domino sed cadit ille suo.
 Quid tibi uis? famulum dominus sibi iudicet, hic te
 Ultorem socij non probat esse tui.
 Qui sine delictu deflexus ad omnia cunctis
 Vescitur, & domino uescitur ille suo.
 Datque deo grates, cuius bona fercula sentit
 Vitali ad charos munere lata uiros.
 Quique animo infirmus cõmunibus abstinet escis,
 Sic putat ad magnum posse uenire deum.

Ecce

Ecce pius domino grates agit ille beato,
 Quid tibi, si uano pectore legit olus?
 Quid si forte deus tantum probet ipse rigorem?
 Sumat & in seruo pasqua grata suo.
 Quis tua de ignotis ausa est sententia causis
 Dicere: mens eadem forte duobus erat.
 Vnus & amborum dominus sibi uendicat ambos
 Quamuis diuersa pergat uterque uia.
 Ille deo grates pro libertate ciborum
 Quod ueneris uitium fregerit, alter agit.
 Iam licet & crudas tantum sibi deligat herbas.
 Se tamen a paphijs continet ille iocis.
 Iudicium suspende tuum, domino que reserua,
 Sic tibi det gremium mater amanda suum,
 Nemo sibi uiuit nostrum, moritur ue, sub uno
 Viuimus a domino turba redempta pio.
 Huic morimur cæsi, rex est quocunque feramur,
 Regnat, & in famulos ius habet ille suos.
 Mortuus & chrus lætho & moriente resurges
 Cæsa regit sceptro uiuaque membra suo.
 Ni tibi chrislanitraclanda negocia sceptri
 Dat deus, a socij uulnere tolle manus.
 Nos deus ob precium diuini sanguinis emit,
 Illius est quicquid nos sumus, ille ferat.
 Si mea mens uiuit uirtuti, aut mortua sæuis
 Est uitijs, dominus uiderit ipse meus.

Quis

Et gratias agit deo.

Memo enim nram sibi
 uiuit & nemo sibi mori
 tur siue enim uiuimus
 dño uiuim⁹ siue mori-
 mur dño morimur.

Sine ergo uiuim⁹ si-
 ue morimur dñi sum⁹

In hoc enim chrus mor-
 tuus est & resurrexit ut
 uiuorum et mortuorū
 dominetur.

Tu autem quid iudi-
 cas fratrem tuum.

Et nusquam in sensu suo
 habundet.

Qui sapit dicim.

Domino sapit.

Et qui manducat dño
 manducat.

Gratias enim agit deo

Et qui non manducat
 dño non manducat.

Quur in conseruum surgis: uertisque maligno
 Iudicio domini iura beata tuis
 Quur laudas fratrem, qui non sua pectora cernis
 Aut tu cur socium temnis inique tuum?
 Vsurpasse uicem domini quis praeslitit altis
 Iudicis ac sanctos anticipasse dies,
 Aequalem in christo fratrem cur despicias illum
 Iudicet, ad ueras qui uocat unus opes.
 Est deus, utque uidet solus penetrata mentis,
 Qui iustum possit dicere solus erit.
 Ecce tibi ante oculos flammato praespice mundo
 Aeterna immotum reddere iura deum.
 Absoluetque pios uerbo, miserosque ligabit,
 Nec fletu edictum uertere tempus erit.
 Tu tamen interea conserui pectora sancti
 Ne tentes prauo perdere iudicio.
 Communis princeps istum sibi seruat honorem,
 Seruit enim domino turba redempta suo.
 Sic uentura uidens praesenti numine uates
 Dixerat haec, christo flectitur omne genu.
 Ille creat redimitque omnes, emptosque sepulchro,
 Excitat & seruis dat pia iura suis.
 Hunc confessa deum diuino pectora cantu
 Hoc sperant uerum posse tenere bonum.
 Pro se quisque uirum studeat, quo reddere possit
 Debita, nec membrum uulneret ipse suum.

Quin

Aut tu quare spernis
fratrem tuum.

Omnes enim stabimus
ante tribunal christi.

Sicut scriptum est uiuo
ego dicit dominus quo-
niam mihi flectetur
omne genu.

Et omnis lingua con-
fitebitur deo.

Itaque uirum quisque
se ratione reddet deo
non ergo amplius

Quin sicura tibi diuina rependere dona,
 Hoc statue in socios utilis esse tuos.
 Suppetias prestare pijs, & tollere quotquot
 Decipulas animo uir bone quere pio.
 Quae ratione quecas scelerate obsistere fraudi,
 Nec quemquam factis exagitare tuis,
 Querere opus, si summa cupis, maiorque uideri
 Hoc studeas, isto summa petenda gradu.
 Erige labentem, non proijce, quicquid in illo
 Perdideris, domini perdidit aula tui.
 Erranti sapiens quamuis non cedat, ut illum
 Corrigat, affectus temperet ipse pios.
 Ne quem forte pares duro torquere flagello,
 Senuat, & solitis excubet ille malis.
 Sub Mose horridos umbra referente rigores
 Non tulit immundas mensa timenda dapes.
 Corda prophanari dapibus tunc ipse putabam,
 Sed bene purus amor non mihi notus erat.
 Nunc uero afflatas mentes deus edocet unus,
 Non esse humanis numina laesa cibis.
 Nam simulac flammis cessit pars carnea legis,
 Natura impurum nil sinit esse parens.
 Nec maculas facit esca nocens, sed praua uoluntas,
 Cum legit obscenum turpiter acta lutum.
 Umbra ruit radijs delectus & ipse ciborum,
 Cum caro maculata surgit edenda dei.

Esca

inuita iudicemus sed
hoc iudicate magis.

Non ponatis offendicu-
lum fratri uel scandalu.

Scio et confido in domino
scilicet quia nihil commune pro-
pter ipsum nisi ei qui
existimat quod commune
esse illi commune est

Esca deus puris, quod nil non dapibile prestat,
 Omnia sunt animis fercula pura bonis.
 Si tamen hæc pietas moneat sine lege, licebit
 A bene concessis astinuisse cibis.
 Nam si forte tuis dapibus uir leditur alter,
 Cuius erat uotis uita petenda tuis.
 Offensus frater site prandente sub umbram
 Labitur, heu mensa mortuus ille tua est.
 Si retines ægrum, defractaque corda mederis,
 Non erit a licitis abstinuisse scelus.
 Immo erit & charitas, nec uero frater amico
 Ut uelis hunc pransus perdere, uilis erit.
 Si tanti emptori domino, quod mortuus illum
 Suscitat, & gnatum dat pater esse suum.
 Ne tu gnate dei pereuntem negliges fratrem,
 Sed cura ad mensas hunc reuocare pias.
 Matris ut æternæ uiui seruentur honores.
 Contemnat uerum ne mala turba bonum.
 Et reputans nostros escis potuque salutem
 Figere, christianam non bene sumat opem.
 Nā licet & rectum facias, sanctumque bonumq;
 Fraternalis exoritur suspitione malum.
 Ergo age iam frater diuinum perspice regnum,
 Non sperat crassos uita futura cibos.
 Nunc esca & lymphis opus est, felicia sæcla
 Cum ueniant, liber pondere uenter erit.

Vitaque

Si enim propter cibum fratrem
 contristatur iam
 non secundum charitatem
 ambulat.
 Noli cibo tuo illum per-
 dere.

Pro quo christus mor-
 tuus est,

Nō ergo blasphemet
 b: nū nostrū nō est enim
 regnū dei esca & potus.

Vitaque sic uarijs constabat carnea mensis
 Cum prægnans uerum texerat umbra diem.
 Sed postquam christus toto Sol aureus orbe,
 Tenditur, & flammis lux micat alma nouis,
 Ex uerbo christi diuino pascimur ore,
 Esca nihil mensis illa uel illa pijs.
 Delectus nullus priscorum more ciborum,
 Non escis magnus dat sua regna deus.
 Pax, charitas, uirtus, diuinaque gaudia mentis,
 Hæc sunt hæc socijs prandia uera meis?
 Hæc quære, ad cælos quæ te comitentur euntem,
 Spiritus hæc flatu non dabit esca suo,
 Spiritus est pacis author, rixamque scelusque
 Pellit, & in uero conuenit ille bono.
 Vos igitur focij communi fœdere uincti
 His leuibus templum ne lacerate sacrum.
 Quos pietatis amor uero concordat in uno,
 Turpe est de solis bella cedere cibis.
 Arcendæ ueneri ieiunia casta probantur,
 Sed charitas, cunctis restitit una malis.
 Hac quicumque deo seruit, placet usque, deoque
 Gratus erit, sanctis gratus & ipse uiris.
 Gratus dum natum de suspitione uenenum
 A focij sancto uitat in obsequio.
 Digladiata cohors potu uanisque diebus
 Non celebrat puri mystica sacra dei.

Sed iusticia et pax et
 gaudium.

In spiritu sancto.

Qui enim in hoc seruit
 christo placet deo et
 ualeat est hominibus.

At ce

At celebrat christoque placēs dignusque sacerdos,
 Qui sacro socijs prospicit igne suis.
 Cumque suis alios æquali lance tuetur,
 Et uigilat charis ut pater ipse uiris,
 Ergo dei flato si non plebs carnea gustu
 Iam sumus, & nostro pectore purus amor.
 Linquamus uetres iras, carnisque saporem.
 Lux pia cum tenebris non simul esse potest.
 Sectemur pacem, melioraque uota sequamur,
 Curaque sit populo posse iuuare pio.
 Prodesse & cunctis socijs, offendere nullum.
 Summa boni & rectis una sequenda uiris.
 Tuque dei donis diuino firmior haustu,
 Perdis ob humanum membra beata cibum?
 Perdis opus domini? ne duro despice fastu,
 Quem genuit domino gratia sancta tuo.
 Quin percat tuus ille cibus, ne causa ruinae
 Sit socio, uinis quem lauat emptor aquis.
 Aspicias hunc domini preciosa morte redemptum,
 Destruis & solo pignora tanta cibo?
 Esca hominis, tractat diuina negocia uirtus,
 Est charitas? christi quælibet apta pati.
 Cedat quod leuius, saluo charitatis amore,
 Nil melius, socio quam pius esse tuo.
 Esse cibus nullum uitium lux præstitit orbi,
 Et facilis uero quælibet esca uiro.

Omnia

Itaq; que pacis sunt
sectemur.Et q̄ edificatiōis sunt
inuicem custodiamusNoli ppter escam de
struere opus dei.

Quia quidē sunt mūda

Omnia mundat amor, tamen est occasio culpa,
 Offendit fratrem si tua mensa tuum.
 Si timeas puero tua prandia iusta nocere,
 Immo tuam mensam tunc tibi præbet olus.
 Præstat ut alabris uinum carnemque remittas,
 Offendat socium quam tua mensa pius.
 Si cadit infirmus, charo medicare ruenti,
 Neferat a mensis uulnera facta tuis.
 Non ratione cadit, sed si cadit ille uidendum est
 Qua melius firmo sisteret ille gradu.
 Nec laudanda tibi uetus est sententia fratris,
 Si frustra humanos deligit ille cibos.
 Non uolo cum lapsa ritus imiteris iniquos,
 Sed te paulisper dissimulare nephas.
 Dum tener hic longa fuerit bene uulsus ab umbra,
 Assuescat passo doctaque turba deo.
 Non tibi in æternum, sed te per tempora frater
 Hec uolo pro socijs paruula ferre tuis,
 Dum secunda parens eluso dæmone uictrix
 Sancit in hoc natis quæque tenenda pijs.
 Hec tua uera fides, qua non discrimina sentis,
 Sed tege, dum socios hoc feris ense tuos.
 Sat tibi, firmatum quod te pia numina cernunt,
 Et probat igniuomus flammida corda deus.
 Hoc etiam tota fuerit tibi mente canendum,
 Conformes factis pectus & ora tuis,
 Ne sit

Sed mali est homi-
 ni qui ppter offendi-
 culum manducat.
 Bonū est nō māduca
 re carnē & nō bibere ui-
 nū neq; in quo frater
 tuus offendit aut scan-
 dalizat aut infirmat.

Tu fidē quam habes
 pncel semet ipm habe

Coram deo.

Beatus q̄ non iudicat
 semetipsum i eo quod
 probat.

Ne simules fidei flammis, intusque gelascens
 Quo damnas alium sis prior ipse reus.
 Felix qui tantum uero profecit amore,
 Ne factis uerbo discrepet ipse pio.
 Quodque probat faciat, nec mendax sentiat intus
 In sese strictam tela tenere manum.
 Lux aeterna fides, hac qui rennente nefandum
 Fecit opus, factum indicat ipse suum.
 Quod timet illud agit, sic excrucians ab ipso
 Pergit ad infernas irrediturus aquas.
 Infirmus medicum meruit, sed perfidus Orcum,
 In uitij uicta, qui ratione iacet.

CAPVT DECIMVM QVINTVM,

Qui autē discernit si
 māducauerit dānatus
 est quia non ex fide.
 Omne autē qđ non est
 ex fide peccatum est.

Debemus autem firmiores,

Imbecillitate firmorum sustinere

Nos tamē in chrō quibus est deus ipse beato
 Cognitus et ueri lux micat alma boni,
 Si sumus hoc firmi, si iam cœlestia doctis
 Non opus est uarijs ad bona facta minis.
 Debuimus paruos uero informare decore
 Lactē alit ut natos mater amica suos.
 Ecce inter fratres, natu qui grandior extat
 Infirmos donis subleuat ipse suis.
 Non trudit socium, quod sit sibi uiribus impar,
 Vile putans membro uelle nocere suo,

Quo

Quo magis excellit, quo corpore firmior omni,
 Turpius inualidum ledere nempe putat.
 Sic nos qui nimium sensu uitaque ualemus,
 Quo magis a nostro sunt data dona deo,
 Conuenit hoc, homines nullis offendere causis,
 Blandius et lapsos sece leuare uiros.
 Quam male dum seui nostris, nobisque placentes
 Perdimus indignis christea membra modis,
 Dignum erat hoc potius somno uinoque iacētem
 Leniter ad flammis nos reuocare pijs.
 Sol subito impulsu teneros si percutit orbes
 Obscurat flammis lumina pressa suis.
 Dote igitur confise tua fastuque superbus
 Contemptor socij non uelis esse tui.
 Hæc tua, nō tua sunt, dedit hæc deus optimus, illis
 Ut profis populo, pectore, uoce, manu.
 Ut uirtutis iter christiani culmina regni,
 Et doceas agnos pasqua sancta pios.
 Nec tibi complaceas spolijs oneratus opimis,
 Si pius inferni fregeris arma ducis.
 Si splendes clypeo, si uiuo potus ab amne
 Stas inter socios altior ipse tuos.
 Nonne uides christum, qui non sibi gaudia soli
 Postulat, at parujs subuenit ipse uiris.
 Subleuat infirmos, ne quos mereretur honores
 Curat, dum populo prouidet ipse suo.

Et non nobis placere

Quisquisq; uestrū p-
 rimo suo placeat.

M Sustia

Sustinet illudi probris, spinaeque cruentas
 Per caput & passi cernimus ora dei,
 Insidias, fraudes, & uerba seua luporum
 Pertulit & multis uulnera facta locis,
 Insuper & mortem, qui uera est gloria uitae.
 Passor ut in psalmo pinxerat ante suo.
 Pinxerat haec uates, sed non ut picta sciamus,
 Sed pia quo dominum turba sequare tuum.
 Ac puro affectu puros imiteris amores.
 Et discas passo uir pius esse deo.
 Sis lenis, patiensque tuis, foueasque leuesque
 Inualidum, natos ut pater ipse suos.
 Insidias mortes & cuncta pericula temnas,
 Dum tua mens magno, militat alma deo.
 Cernis ut hic princeps sceptro se eiecit ab alto,
 Ut miser ad superas prouehere domos.
 Exemplar tibi pone deum, sociosque iacentes
 Si datur in donis tu quoque tolle tuis.
 Scilicet & Vates haec euentura canebant.
 Tradimus & libris nos ea gesta sacris.
 Ut tibi picta detur christi patientis imago,
 Semper ut ante oculos peruolet illa tuos.
 Inflammet, rapiatque animos, & uertice sistat
 Sydereo, ac nostris det sua mella malis.
 Utque suos patiens indigna morte redemit,
 Scandit & euictis passus in astra deis.

In bonum

Ad edificationem.

Et enim christus non sibi placuit sed sicut scriptum est: impropria inproperantium tibi ceciderunt super me.

Quocumque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt Et per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.

Sic

Sic nos dum lenes hostem toleramus iniquum,
 Dum ferimus teneros prouehimusque uiros,
 Dumque beata dei sequimur uestigia nostri,
 Speremus ueras arce uocantis opes.
 Pax, pietas, fratres christiani est summa decoris,
 Hanc uobis princeps det precor ille parens.
 Admonet ille, suos durum perferre laborem,
 Hortatu uires det quoque summus amor.
 Digneturque pios consensu iungere sancto
 Efflet & illapsu robur opesque suo.
 Pax, pietas, charitas, amor, & concordia, christo
 Rege micant, membris det caput illa suis.
 Vno ut corde omnes templo laudetis in uno
 Numina, quae fuis optima nota bonis.
 Aeternique patris flammamque, uiresque, decusque,
 Principis & sceptrum christe beate tuum.
 Conformisque cohors uiuo coniuncta marito
 Eoecunda in uerbo sit pia facta pio.
 Propterea Solymi nullo discrimine graecos
 Suscipite alterna uosque fouete manu.
 Porrige uir medicam fraterna in uulnera curam,
 Ne tibi de fratris uulnere sanguis eat.
 Suscepit te christus amans, non imputat acta
 Pristina, nec maculas horruit ille tuas.
 Sed patris aeterni patris diuino intentus honori,
 Vtrisque famulum se dedit ipse piuum.

Deus autem patientis et solatijs.

Det uobis id ipsum sapere in alterutrum secundum ierusalem christum

Et unanimes uno ore honorificetis deum et patrem domini nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem.

Sicut et christus suscepit uos.

In honorem dei.

M. ij. Seruit

Dico enim christum iesum ministrum fuisse circumcissionis,
 Propter veritatem dei.
 Ad confirmandas promissiones patrum.
 Gentes autem super misericordia.
 Honorare decum.
 Sicut scriptum est.
 Propterea confitebor tibi in gentibus dominus.
 Et nomini tuo cantabo.
 Et iterum dicit Ieremini gentes cum plebe eius.
 Et iterum laudate omnes gentes dominum et magnificentiam eius populi omnes.
 Et rursus Esayas ait/ erit radix iesu et exurgente gentes.

Servit utrique deus generi. Solymosque parentem
 Veracem dominus edocet esse suis.
 Nam quae per sacros promiserat ante uidentes,
 Sunt bona per christum plena relata deum.
 Ut plebs promissis domini ueroque potita
 Gaudeat optatum quod uidet illa diem.
 Gentibus at quaquam non haec promissa manebat,
 Admittit ueris conditor ipse sacris.
 Haecque nihil meritas pietas aeterna citauit,
 Et trahit ad regni prandia uera sui.
 Amboque iam fratres christo letentur in uno.
 Dentque simul magno pectora sancta deo.
 Haec, quia pollicitis non est fraudata supernis,
 Non expectatis quod micat illa bonis.
 Hoc fore consilio dominus decreuerat alto,
 Lux fuit et psalmo uaticinata pio.
 Ecce inter mutas per me tua gloria gentes,
 Ibit et aethereas mundus habebit opes.
 Ecce tuum nomen uiridi celebrabitur Ida.
 Sacra erit in laudes quaelibet hora tuas.
 Gens letare simul dulci coniuncta Syoni?
 Et cane cum solymis tu quoque Creta uiris.
 O gentes laudate bonum, iuuenesque, senesque,
 Sumite de effuso gaudia uera deo.
 En Iese radix flamma exorietur amica,
 Et gentes freno duxaget ipse suo.

Hoc

Hoc duce danda salus, hoc spes pia gentibus ipsis,
 Hoc decus et rectis uita salusque uiris.
 Ille igitur claros hac qui spe fouit amicos,
 Praestet quod uerbo dixerat ante suo.
 Dissidiumque procul stygias impellat ad umbras,
 Vos pace ac ueris impleat ipse bonis.
 Detque fide plenam, radios et pneumaticos almos,
 Vestra sit ut solo spes bene firma deo.
 Nec loquor, ut dubitatis de uestro lumine, namque
 Est uirtus christo cognita uestra meo.
 Vosque scio gratos domino castosque piosque,
 Ne sit opus dictis uos monuisse meis.
 Vestra quidem in charo satis est sapientia christo
 Ut queat exemplo corda mouere suo.
 Sed pius audaci monitu, uelut obius igni,
 Haec refero ad socios christea iussa meos
 Nec doceo ignaros, qui nostis et omnia christum
 Noscentes, uerum et corde tenetis iter.
 Sed quod sponte facit, forsitan uigilantius illud
 Perficiet Paulo turba citata suo.
 Namque (fatebor enim) nostri est ea gloria christi,
 Per christum sancto fungimur officio.
 Nitimur hoc studio, metemque expeditimus omnem,
 Ut crescant uerbi semina sancta pij.
 Vosque inter gentes peragam pia sacra sacerdos,
 Hostiaque a digitis sit data grata meis.

M iij Nam

In est gates sperabit
 Deo autem spei repleat
 vos omni gaudio.

Et pace

In credendo ut abside
 tis, in spe et uirtute spi
 ritu sancti.
 Certus sum autem fra
 tres mei et ego ipse de
 uobis.
 Quoniam et ipsi pleni
 estis dilectione.

Repleti omni scientia
 ita ut possitis alteru
 trum mouere.
 Audatius autem scripsi
 uobis fratres ex par
 tetanquam in memo
 riam uos reducens.

Propter gratiam que
 data est mihi.

Ideo, ut sim minister
 christi iesu in gentibus san
 ctificans euangelium dei.

Et fiat oblatio gentis
accepta.

Et sanctificata in spi-
ritu sancto,

Habeo igitur gloriam
in christo iesu ad deum,

Non enim audeo loqui
aliquid eorum.

Que per me non effecit
christus.
In obedientia gentium

Non est quod sacrum fieri puto gratius ullum,
Quam si gens uiuo concidat icla deo.
Concidat, ut surgat, cæsa ut micet, inque cruore
Principis a tabo sit bene munda suo.
Deserat et uitium, ritusque exturbet inanes,
Sancta per efflatum puraque facta deum.
Quod bene cum uideam successu crescere sancto,
Pectoraque hortatu uiuere multa meo.
Do laudes, grateque deo, cui gloria nostris
Fœtibus, et nostri summa laboris amor.
Mens mea nec nostris studijs hoc imputat, est qui
De Saulo Paulum me facit esse suum.
Ille mihi ut sanctos animos afflauit, et ora
Præstitit, et monitis scemen habere meis.
Ille mihi et flammæ christanaque numina præstat,
Ut ualeam cæcis gentibus esse iubar.
Ut sileant alios ueri mea uerba ministros,
Per quos ad uiuum terra uocata deum est.
Qui uerbo domini referunt magna summi,
A quibus et uite flumina mundus habet.
Primus ego et quanquam tanto non dignus ho-
Indixi uerbum per loca sancta pium. (nora
Ipse feras gentes stygio mucrone subactas
Hactenus obscuros que coluere deos,
Euexi ad christi flammæ, uerumque decorem,
Et traxi euictas in mea dicta manus.

Pars ce

Pars cecidit gladio uerbi ferientis in isto,
Parsque micat factis æmula facta meis.
Pars ui signorum terrestria corda fatigans
Ducitur arcanis credula facta nouis.
Hec ego non Paulus, Paulo facit omnia christus,
Ille ferat pugne iusta trophea mee.
Spiritus in nostro sanctus facit omnia uerbo,
Hoc illo tantum principe creuit opus.
Ipse minister eram domini, dedit esse ministrum
Me deus, et gladio dimicat ille meo.
Nilque meum, et quanquam successu glorior isto,
Debita sit nostro gloria nostra deo.
Inque dei laudem refero mea gesta, per illum
Gesta, quod est donis dat bonus ille suis.
Ille mihi officium dedit hoc, nullique secundus
Dicar post christum saxa mouere meum.
Illyricos penetrare sinus a monte Syonis
Incepi et socijs non loca uisa meis,
Et que per comites fuerant iam parta relinquens
Effundo in terram flumina uia nouam
Pro domini uerbo peregrinum doctor in orbem
Intrepidus constans christea signa tuli,
Alta prior iaciens pulchro fundamina templo,
Sedulus ad magni dicta uidentis eram.
Et quibus ignotus fuerat, per dogmata nostra
Noscitur, ut populi duxque paterque pij.

M iij Hoc

In uerbo et factis,

In uirtute signorum
prodigiorum,

In uirtute spiritus sancti.

Ita ut ab Hierusalē p
circuitū usq; ad Illyri
cum repleuerim euang
gelium christi.
Sic autem predicauit euā
gelium hoc non ubi no-
minatus est christus
ne super alienum fun-
dam entum edificare
Sed sicut scriptum est

Quoniam quibus non
est annuntiatum de eo
videbunt et qui non au-
dierunt de eo intelligēs

Propter quod et impeditur plurimum venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc.

Hic non ulterius loci non habes in his regionibus cupiditatem autem habes veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis cum in Hispaniam proficisci cepero spero quod praeteriens videam vos et a vobis ducar illuc si prius aliqua ex parte vobis fructus fuero.

Hunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis.

Probauerunt enim Achaia et Macedonia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem.

Placuit enim eis et debitorum sunt eorum.

Ut si spiritualis eorum participes facti sunt gratia

Hoc studium quo ducor amans, ut seta reportem
Semina, me miro distinet usque modo.

Sic vos quos primis cupiebam visere votis,
Christus adhuc oculis non dedit ipse meis.

Nunc postquam noto fulgescit Achaia christo,
Et Macedis passum iam liquet esse deum.

Nec locus his superest nunc in regionibus, in quo
Non dedit exemplum christica fama piuum.

Et quoniam longo studio vos ipse videndi
Ducor, adhuc votis est via danda meis.

Est iter, Hispanos versus, tunc uestra reuisam
Moenia, tunc iustis gaudia vera dabo.

Tunc mihi cuncta reges adsit pater, iclyta Rhoma
Explebo aspectu viscera nostra tuo,

Interea Solymis decreui afferre ministris
Munera, ab Argolicis missa ferenda uiris.

Nam scopij fratres et diues Achaia soluunt
In christo socijs munera sancta, pijs.

Inque deo Paulum fraternaue dona remittunt,
Ut soler sanctos dogmate et vere meos.

Hoc placuit fecisse bonum, nullusque coegit
Sed charitas motum flauit amica piuum,

Et merito, nam plus illis hoc nomine debent,
Quod prior a Solyma uocere clata fides.

Cumque Sionis opus gentilem accenderit ignem
Per soluat donis munera sumpta suis

Illam

Illam animae gazam plebs est partita libenter,
Corporibus castis quod iuuat ista ferat.

Hoc simulacruo perfunctus munere, et illis
Tradidero nullo iussa ferenda dolo.

Istac Hispanas ueniens proficiscar in urbes,
Ut referam christi nomen opesque mei.

Praetereisque tuos solabor Dardana ciues
Rhoma sub affixo summa futura deo.

Nec dubito, aduentus quin sit meus iste beantis
Gloria, et Empyreii fructus amoris amor.

Vobis sponte pijs nostra excipientibus ora,
Me uera dulcem uoce ferente patrem.

Interea fratres per sacri nomen Iesu
Vos precor et nostri numina sancta dei.

Per charitatis opes, quas purum inspirat in haustu
Spiritus, et summi lumen et arma boni.

Ut dum praesenti nequeam uos cernere uultu,
Adiuuet in nostro me pia turba deo.

Et precibus iustis ad numina summa parentis
Oret pro Paulo candida Rhoma suo,

Per mare per terras per tanta pericula iactum
Me seruet dominus suffineatque meus.

Ne queat Isacides Paulum calcare rebellis,
Aut ruat a magno turba reuersa deo.

Gratus et adueniam sanctis, christoque paratus
Cum statuatur gladio funeris esse comes.

tilis debet et in carnis
liber ministrare eis.

Hoc igitur cum consumaue-
ro et assignaueero eis fru-
ctum hunc pro uos proficiscar
in Hispaniam.

Scio autem quoniam ueniens
ad uos in habundantiam
benedictionis christi ueniam

Obsecro ergo uos fra-
tres pro domino nostro iesu
christo et pro cha-
ritate sancti spiritus.

Et adiuuetis me in ora-
tionibus uestris.

Pro me ad deum.

Et liberer ab infidelibus
qui sunt in Iudaea.

Et obsequium meum obla-
tio accepta fiat in Hieru-
salem sanctis.

Ut

Et veniam ad vos in
gaudio.
Per voluntatem dei
et refrigerer vobiscum

Deus autem pacis sit cum
omnibus vobis.

Amen.

Vt tandem letus uotis feliciter actis
Rex mihi det uestros posse uidere finus.
Sic precor atque pater synceræ pacis, et autor
Seruet in illapsu pectora uestra suo.

Confoueat, secumque liget, nexuque beato
Det socijs socios pacc fouere suos.

Hoc summo placeat domino, qui sanguine christi
Det nobis superam trinus et unus opem.

CAPVT DECIMVMSEXTVM

Debemus cunctos opibus uerboque iuare,
Sed iuste in quosdã præptior est animus,
Nam quibus adiuti meritis astringimur almis,
Non licet officijs ulla negare bonis.

Phæbe igitur christiana soror, pulcherrima claris
Moribus et multis sancta probata modis,

Sit nobis curæ, synceris quæ incita flammis
Defert Paulinas uestra sub ora notas.

Hæc fuit auxilio nobis, castamque piamque
Excipite, ut sanctis adfuit ipsa uiris.

Cum consorte Aquilam christo saluere sub uno
Dicite, et optatis pondus in esse pjs

Qui pro diuino (christi est ea gloria) uerbo
Ceruices plagis supposuere meis.

Et cons

Comædo autem uobis
phæbem sororem no-
stram quæ est in mini-
sterio ecclesie quæ est
in Cenchris

Et eam suscipiatis etc.

Salutate Priscam et
Aquilam adiutores meos
in christo iesu qui pro ani-
ma mea suas ceruices
supposuerunt.

Et contra tauros ursos aprosque canesque
Inuicti nostrum sustinere caput.

His meritis agimus grates in luce, simulque
Mecum christiani, cætera turba chori.

Nam me seruantes tractasse negotia credunt
Publica, et electis dona dedisse uiris.

Cumque sacris ducibustotam saluere catenam
Optamus, capiticonsona membra pio.

Salueat et foelix Ephentus Achaia princeps
Qui tuus, et domino militet ille meo.

Ece inter claros quod christum primus Achiuos
Induit, est oculis charior ille meis.

Salue et tu Maria nomen, pia foemina dextras
Hæc mihi diuinis contulit usa bonis.

Salueat Andronicus, uir tu quoque Iunia salue,
Ferte mihi in uinculis uincula grata meis.

Vos mihi quos sanguis, deus et ligat, ac simul
Quod fuimus laqueis præda parata feris (olim

Felices nimium, sic uos mea lumina cernunt
Inter apostolicos membra beata uiros.

Qui simul æthereo flatu uehementis ad ignes,
Sorsistis flammæ pocula sancta piæ.

O socij insignes, et christi ad signa priores.
Infelix illo tempore Saulus eram,

Tuque salutifero salue meus Amplia uerbo.
Sint tibi sub nostro tempora sancta deo.

Quibus non solum ego
gratias ago sed et cum
ceteris ecclesie gentium.

Et domesticam ecclesiam
eam.

Salutate Ephentum
dilectum mihi qui est pri-
mitiuus ecclesie Iugie
in christo iesu.

Salutate Mariam quæ
multum laborauit in uos
Salutate Andronicum
et Iuniam cognatos et
concaptiuos meos.

Qui sunt nobiles in
apostolis.

Qui ante me fuerunt
in christo iesu.

Salutate Ampliam di-
lectissimam mihi in christo.

Te

Salutate Urbanū ad
tutorē nostrū in chri-
sto icēu.

Et stachyn dilectum
meum.

Salutate Apellem p-
bum in christo.

Salutate eos q̄ sunt
ex Aristoboli domo.

Salutate Herodionē
cognatum meum.

Salutate eos q̄ sūt ex
Marsī domo q̄ sunt
in domino
Salutate Triphenā
et Triphosam que la-
borant in domino.

Salutate Persidam
charissimam que

Multum laborauit in
domino.

Te simul Vrbanum frater uenerande saluto.
Vine deo, & Paulum sis memor esse tuum.
Communes placuit mecum tibi ferre labores,
Et tibi det iustus premia digna deus.
Nec semel hic stachyn miles te sancte tacebo,
Sta precor, & uoto sit deus ipse tuo.
Salueat in uarijs passis spectatus Apelles,
Flamma exploratum quem facit esse uirum.
Ut probus in christo maneat, somnoque relicto
Huic christus radijs assit ab arce suis.
Saluus Aristobolus, quotquot saluete sub illo
Tempus istis falsi numina ficta Iouis
Herodionis amor uestre memorabilis urbi
Sit precor, & nullis concidat ille malis,
Iunctus ut ille mihi fraterno sanguine, sic et
Iunctus in empyreo sit precor ille Polo,
Salue Narcisi dein turba domestica nostri,
Lauit purpurea quam sibi christus aqua.
Et cum Triphena cupio saluere Tryphosam,
Adiuuat en flammis utraque casta pijs.
Sit foelix merces illis, christusque labori
Sit presens, flatu seruet utramque suo.
Chara etiā i domino salue mihi Persida magno,
Et ualeas uero femina sancta bono.
Suscipiasque tuis coelestia premia factis,
A domino electis ante parata uiris.

Sitque

Sitque salus Ruffo clara pietate uerendo
Illius & matri, nomina grata mihi.
Grata mihi, nam grata deo, que numinis haustu
Foelicis aeternis corda dedere sacris.
Patroba, Asyncritusq̄, Hermāq̄, Hermesq̄, Phlegō
Viuant magnifico tepus in omne deo. (tes,
Et sistant, pasumque ducem patienter adorent,
Cum magis in nostros dira procella furit.
His reliquos fratres dilecta uoce saluto,
Assit eis christus quo solet igne meus.
Iulia, Philologus, uerbo letentur in almo,
Hisque deo foelix sit sine labe dies.
Nereus atque soror pleno de fonte salutem
Percipiant, ueri lumen & arma boni.
Viuat et a claro que traxit nomen Olympe.
Vna omnes focij sancta caterua pij.
Inque uicem saluete omnes, simul oscula christo.
Digna date, in genitis sit deus ipse suis.
Pax christi, pietasque, salus, charitasque, decusque,
Fulgeat in uobis tempus in omne pijs.
Vos omnes socij christiana pace salutant,
Vnaque communis dona precatur amor.
At uos si qua pijs cura est seruare pudorem,
Si micat in uestro christea flamma sinu,
Effugite infernos astus, falsoque decentes,
Et blanda a rabidis corda cauete lupis.

Hi cir-

Salutate Ruffū ele-
ctū in dño et matrem
eius et meam.

Salutate Asyncritū
et Phlegotē hermem:
Patrobam hermam,

Et qui cum eis sunt
fratres.

Salutate Philologū
et Iuliam.

Nereū et sororē eius.

Et Olympiadē et oēs
q̄ cum eis sunt sanctos

Salutate inuicē in os-
culo sancto.

Salutant uos omnes
ecclesie christi.

Rogo autē uos fratres
ut obseruetis eos q̄ di-
stentōes et offēdicula.
P̄pter doctrinā quā
uos didicistis facit et
declinate ab illis.

Huiusmodi enim christi
 suo domino nostro non ser-
 uiant sed suo ventri.
 Et per dulces sermones
 et benedictiones seducunt
 corda innocentium.

Vestra enim obedientia in
 omni loco divulgata est

Gaudeo igitur in vobis
 sed volo vos sapientes
 esse in bono et simplices
 in malo.

Hi circumveniunt fratres, conantur et illos
 Probos scelus, a noti luce mouere dei.
 Intenti numis ueneri, uentrique, doloque,
 Spirant de stygio tracta uenena lacu,
 Dumque pios animos simulant, lethalia fundunt
 Toxicas, et incautos nox capit atra uiros.
 Hos memores tandem ueri obseruare magistri,
 Ne illudant radijs nubila praua bonis.
 Vestra est simplicitas notissima, claraque passim
 Tenditur, atque alios excitat ipsa pios.
 Sed quae impostores nescit, fraudata sub illis
 Saepe est, nec laqueos inspicit illa graues.
 Ergo haec simplicitas ut sit christiana nocere
 Non sciat, at iactos sentiat illa dolos.
 Haec nullum fallat, sed non fallatur ab ullo,
 Eui gilent damnis lumina tota suis.
 Sit sapiens partemque oculos deflectat in omnem,
 Vir simplex ullis nec ruat ille malis.
 Sit pietas sincera, humilis sed docta, uenenum
 Ne bibat et uitij concidat icla feris.
 En uideo motos qui uestra in pectora tauros
 Attollunt multis cornua seua modis.
 Impediuntque sacros qua possunt arte liquores,
 Ut christi uestram non leuet unda sitim.
 Hi gladijs ignique uolunt inuertere sanctos,
 Et pugna in uerbum se uertit aperta piuum.

Hi

Hi phaleris ac arte petunt, et numina monstrant
 Ficta, uelut quantum qui coluere deum.
 Fingunt ac alios christos, ignotaque nobis
 Affirmant oculos sacra tenere suos.
 Paulatim inducunt uitiumque, umbraque, deosque,
 Quicquid et infernas uile cruentat aquas.
 Vos modo mi socij christo seruante redempti,
 Perstate in ueris pectore et ore sacris.
 Cristianam seruare uiam, Sinceraque uita
 Dogmata, que uerbo dat deus ipse suo.
 Sistite, terrestres ne iam trepidate furores.
 An timeant uanas enthea corda minas?
 Sistite, uester adest uictor deus impia contra
 Tartara, funestos conteret ipse lupos.
 Fide deo frater, fratrem deus ipse tuetur,
 Sunt tibi decunctis certa trophea malis.
 Omnipotensque lupum diuino conteret arcu,
 Subque tuis pedibus si uelis ille cadet.
 En tua de proprijs pendet uictoria dextris
 Si tibi diuini principis arma capis.
 Fide deo, uince que tuum clarissimus hostem,
 Quem citus ad uotum dux premet ipse tuum.
 Concedat, donetque deus, uictumque tyrannum
 Rex pius efflicti det precor esse malis.
 Lux, fauor, atque charis christi omnipotentis, amorque
 Pax, pietas, uobis oibus adsit Amen.

Deus autem pacis con-
 terat Sathanam.

Sub pedibus uestris

Elociter.

Gratia domini nri iesu
 christi uobiscum.

Vos no

MVSA PALINAV.

Salutat vos timotheus
adiutor meus Lucius et
Jason et Sospater co-
gnati mei.
Saluto vos ego tertius
quod scripsi epistolam in domino/
Salutat vos Caius.

Hospes meus et vi-
siter ecclesie.

Salutat vos Erastus
Archarius civitatis et
Quartus frater.
Gratia domini nostri Iesu
Christi cum omnibus vobis
Amen.

Ei autem quod potes est vos con-
firmare iuxta euange-
lium meum et predicationem
Iesu Christi secundum reuelationem
mysterii temporibus
generis taciti quod nunc
patefactum est per scriptu-
ras prophetarum secundum
preceptum generis dei ad
obedientiam fidei in Chri-

Vos nostri comites christiana pace salutant,
Commendantque pio viscerum vestra deo.
Hi collega meus uerbo Derbensis in almo,
Lucius, et christo dignus Jason hero,
Sospater gnatus Pyrrhique, et tertius, ista
Excipiens calamo uerba notata meo.
Vna ingens Caius, uiuio qui flumine lotus
Per me, nunc genitus, nunc pius hospes adest,
Nostros hospitio qui sic bonus excipit, ille
Quam bene terrestres solus haberet opes.
Quam benecum socijs exhausta gementibus era
Seminat, ut tribuit plurima, plura tenet.
Infelix quem non tetigit gemitusque laborque
Pauperis, o quanto fulmine dignus erit.
Vos et Erastus amans Gazæ qui presidet urbis,
Et quartus frater mente ualere cupit.
Ipse ego uos optans uiuis adolescere flammis,
Pro uobis christo do pia uota meo
Adsit, et ille suis fecundans numina membris
Vos tegat afflatu tempus in omne suo.
Hic iubet ut cessent ritus, fraudesque deorum,
Et pariens uerum sit procul umbra suum,
Hic tacitum arcanum summi patefecit amoris
Tempore in hoc magni luce micante dei,
Hic facit electum me pulsa nocte ministrum,
Dæmonis in uerbo rumpere castra pio,

Hic

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 97.

Cuncta fide ut domino subdatur machina uero,
Qui sapiens uno numine cuncta regit.
Huic sit honos, laus atque salus, regnumque quiesque,
Pax, uigor, et uirtus, gloria, fama, decus.

ctis genibus cogniti soli
sapien deo per Iesu Chris-
tum cui honor et gloria
in secula seculorum.
Amen.

FINIS MVSAE PAULAE

line Aluari Gomez in episto-
lam ad Rhomanos.

MVSA
PAULINA ALVA
ri Gomez in episto-
la ad Corinthios
priore m.



Accephiren bimarè solatur episto-
la Pauli,
Ut christo unitas combibat isth-
mos aquas.

Textus Pauli apo-
stoli.

Paulus.

Iam disiuncta pius secum duo congregat agnus,
Mittit et arentem quæ leuet unda sitim.
Et iubet electos dite indignante ministros
Inculta æthereis arua rigare fauis.
Doctor in his Paulus diuino incensus amore
Excitat ad regnum pectora uestra pium.

N Vos

MVSA PAVLINA.

Vos uocat ad uerbi diffusa charismata sancti,
ad patris & gnati lumen opesque dei.
Paulus qui temere non tantum usurpat honorem,
Sed grato domini lectus amore sui.
Nec merito electus, meritis abscribere nostris
Non licet a solo munera missa deo.
Sic uisum est, sic ipse pater decreuit, ut orbe
Visa micet summi gloria uera boni.
Prodigaque ad blandum proles reuocata parente
Ornetur, uitulo sitque relecta sacro.
Sic deus in Paulo, ne uiuum despice uerbum,
Christiana isthmicas pace salutatur oues.
Sosthenes hanc nosler mecum collega salutem
Mittit, & a socijs charta duobus adest.
Vinxit amor gratos, iaque est uox una duorum,
Nil nisi iam passum spirat uterque deum.
Hæc duo, sed comites, qui non diuersa precamur.
Sunt unum in domino pectora sancta pio.
Vos quoque nobiscum sub corpore uiuitis uno,
Ille caput populi duxque paterque sui.
Mœnia uestra parens manibus fundata uetustis
Innouat & templum iam facit esse suum.
Nec paries tantum quam mens est apta supernis
Imbribus, O magno turba ligata deo.
Ipse repurgatos uitijjs auertit ab Orco,
Et sanctos uerbi perficit igne sacri.

Vocatus apostolus ier
su christi.

Per voluntatem dei.

Et sosthenes
frater ecclesie dei q
est Corinthi.

Perfec

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 98.

Perfectosque leuat signa & contraria uertens
Conterit antiqui semina cuncta mali.
Effugat atque tuum terrena superbia fastum,
Quicquid & elatum uana sophia docet.
Hinc reliquos morbos sceptri calcator auerni
Abstulit, & mundos ad sua sacra uocat.
Vulnificum uitijjs hebetauit demona fractis,
Disperfasque unit iam sibi pastor oues.
Sic noua nupta decens amplexo ecclesia christo
Vna micat domini nomine læta sui.
Nec sola Argiuis rutilans quæ presidet oris,
Omnis ab optato turba uocata deo.
Ipse has pacis opes uero diffundit ab uno,
Innexos nato sic fouet ipse suo.
Pax uobis, rectisquæ alijs pax optima christi
Terram complexu docta beare pio.
Pax, quæ carnis onus, curasque effringit inanes,
Implet & ilapso pectora munda deo.
Hanc charis a christi diffuso nata cruore
Det precor, & flammam uestra sub ora noua.
Gratia, pax, uobis, domino quæ emanat ab uno
Adsit, & influxum regis ab arce bonum.
A patre per sacrum dona hæc mittantur Iesum,
A quibus ut domino summa petenda pio.
Ut charis insontes faciat, pax integra lætos,
Illa deum populo, nos liget illa deo.

Sanctificatis in christo
iesu uocatis sanctis.

Et si oib⁹ q̄ inuocant no
me dñi nri iesu christi.

In omni loco ipsorum,

Et nostro.

Gratia uobis et pax.

A deo patre nostro et
domino iesu christo.

N ij Illa

Illa pio dominum teneat sub pectore, & illa
 Instruat euicelo clara trophæa dolo.
 Gratulor in uestris opibus donisque bonisque,
 Quæ præstat summi dextera sancta dei,
 Præstat per christum, qui uera potentia charos
 Seruat & ignitis uelat ad astra rotis
 Ecce dei populo præstatur nimen, & ingens
 Imprimat in socios dux sua signa pios.
 Datque pijs uerbum uerbo splendescere sancto,
 Et sapiens doctos dat pater esse uiros.
 Antea frater opes falsas, fluxasque petebas,
 Terrea terrestres dum cupit urna dapes.
 Sub duce nunc christo cœlestia gaudia quaerens
 Cœpisti uotis regna beata tuis.
 Diues & ob christi radios uiuentia doctus,
 Iam potes angelicos inter adesse choros.
 Iam potes illapsi dulcissima pignora ueri
 Fundere, & ad socios pocula sancta pios.
 Dat pater hoc, misero torpentia lumina somno
 Qui citat, & flammis ducit ad alta suis.
 Amplexus quondam stolidæ præcepta Sophie,
 Nunc lambis libro dulcia mella sacro.
 Humano eloquio sola pulcherrimus umbra
 Figebas uanis corda fidemque sonis.
 Nunc uiuo afflatu linguas carmenque deorum
 Fonte sciens bibito surgis in astra deo,

Venit

Gras ago deo meo sep
 pro uobis in gra dei q
 data est uobis.

In christo iesu.

Quia in omnibus di
 uites facti estis in illo.

In omni uerbo in om
 ni scientia.

Venit ab hoc animis amor & constantia rectis,
 Laus illi & summum tepus in omne bonum. Sicut testimonii christi
 Illi tibi has uires, calefactaque desuper ora, confirmati e in uobis
 Perflat, & illapsu dat pia corda suo.
 Hoc authore fides uera est, hoc uenit ab uno
 Quod tua mens falsis non ruit illecebris.
 Quod cœlum spectas, nec puluis terrea curas,
 Auspicijs uani non ualet esse uiri.
 Has deus has dotes, uenturo semina Paulo
 Ante parans, nostram sic probat ille uiam.
 Cum tibi nec Petrus fuerit nec notus Iacob,
 Nec cruce confixi creueris arma dei.
 Conditor ipse tamen dextris effundit apertis
 Lumina, & in uerbo te docet ipse suo.
 Inferior socijs non est tua gratia, iamque
 Pignora uenturi suscipis ista boni.
 Atque fidem ex uisjs diuino roborat actu
 Vir deus & uotum sustinet ipse tuum.
 Expectasque piæ dulcissima præmia palmæ,
 Passaque pro christo uulnera dona uocas.
 Scilicet & membris qui nunc cruciatur in almis,
 Pandet in extremo robora sancta die.
 Ut cuncta e gratis depellens noxia turbis
 Extollat natos tempus in omne suos.
 Ille dies momenta gerit uitæ ue, necis ue,
 Ille dies summam corporis huius habet,

N iij Fidite

Ita ut nihil uobis de
 sit in ulla gra expecta
 tibus reuelatione dñi
 nostr iesu christi.
 Qui r confirmabit uos
 usq; in fine sine crimie

De die aduæ dñi no
 stri iesu christi.

Fidelis deo p que vo-
cati estis in societatem
fili eius iesu xpisti
domini nostri.

Fidite sed fratres, nec factis fidite uestris,
Sed luce & christi fidite uoce dei.
Olim qui iudex nunc est patronus, & ecce
Ad bona per flatum uos leuati ipse suum.
Per dextras clauis affixas influit omne
Robur & afflato pectore delictum.
Hic dedit ex animis iam toxica Pristina uestris
Pellere, & innocuis pascere corda cibis.
Ut tandem puri radijs caelestibus acti
Possitis seuum non trepidare diem.
Ipse quidem uerbi ductatos fume magistri
Ducet in electos ultima saecula uiros.
Et mortale nefas abigens crimenque dolosque
In finem uestros dirigit ille sinus.
Et faciet (nec fallor enim) promissa que seruans
In gnato genitos conferet esse pios.
Quosq; semel princeps tanto dignatus honore est,
Consortes uerbi quod uelit esse sui.
Hos aget, & motis patria uirtute fauebit,
Præstans ad dulcem posse uenire patrem.
Sed rogo iam fratres unum, sentite magistrum,
Scindite ne uarijs pallia sancta modis.
En pater unus amans, unus deus, unica christi
Dogmata, lux almis & micat una uiris.
Unum corpus habes unito candida christo
Turba, quid aduersas concipis ore uias?

Scismata

Obsecro aut vos fra-
tres p nome dñi nstie-
su xpi ut id ipsum di-
cat omnes.

Scismata linque furens diuersaque sensa, sub uno
Principe, sunt animis castra sequenda pijs,
Mundana aduersis pugnat sapientia riuis,
Unum sub christo sunt bona cuncta deo.
Dum turbata Cloerixam memoraret iniquam,
Verbaque non sanctis digna superba uiris,
Còdolu, gemitusque pios lachrymasque profudi,
Ah precor ab dominum ne lacerate meum.
Nec tunc cum fixus ligno pendeat in alto
Communiunt sæuæ principis ossa manus.
Hic se Paulinum crepitans ait, alter Apollo,
Ast alius Cephæm iactat habere patrem.
Improba uox, nihil hi, summus dedit oia christus,
Imperij sceptrum quis nisi christus habet?
Si christum abstuleris, nihil hæc tua nomina Pauli
Profuerint, christo sub duce Paulus amat.
Si te Petrus aqua socium lustrauit in illa,
Credere mihi, christus te lauat ipse meus.
In famulis deus est, & nos agit ille, mouctque,
Est tibi de solo uita petenda deo.
Pithagoras alijs, alijs Plato, scissa laborem
Dogmata dissectis usque dedere uiris.
At nos author amans placito formauit in uno,
Et charitas nobis una sequenda datur.
Dux pius unus adest, rabiosas fingere sectas
Quis docet, & templi scindere iura sacri?

N iij Redden

Et non sint in uobis
scismata.

Sitis autem pfecti in
codem sensu & in eadē
scientia.
Significasti est enim mi
hi de uobis fratres mei
ab his q sūt Cloes qz
cōtētiōes sūt inter uos

Hoc aut dico q unus
qz vrum dicit. Ego
quidem sum Pauli:
ego autē Apollo: ego
uero Cephe: ego autē
christi.

Diuisus est christus? Reddendas christo grates partiris in eius
Discipulos, multos an cupis esse deos?
Quis tua corda suo mandauit sanguine, christus,
An Petrus, primo sit licet ille loco?
Nun pro te Paulus clavis transfixus acerbis
Pertulit a seuis uulnera seua lapis?
Unde Paulus crucifixus est p vobis aut i noie Pauli baptizati estis? Non equidem, sola est occisi gloria sancti,
Languores nostros unicus ille tulit.
Ille uenenatas scelerosa nocte cateruas
Eripit, & meritis uexit ad astra suis.
Ille tibi misero flumen uitale decusque
Nominis & charites & pia signa dedit.
Ex æquo gentes unus sibi uendicat omnes,
Mortuus in saluos ius habet ille uiros.
Ne titulos alios christo confingeremoto
Sit dominus famulis cognitus ipse suis.
Et as ago deo meo qd nemine vrm baptizati nisi Crispus & Layti. Non tuus emptor erat, sacra qui mer sit in unda,
Baptismum christi nomine robur habet.
Lauit ego si Cripum christano & flumine Caium,
Hos christi famulos non decet esse meos.
Ipse minister eram, culpas qui abster sit iniquas,
Non ego, christiani discite, christus erat.
Non uos Paulinos fieri gratissimus opto,
Agnosco domini numina uera mei.
Ne quis dicat q: in no mine meo baptizati estis. Immo etiam paucos christiana ter gere lymphæ
Gaudeo, ne uestri criminis anfa forem.

Inscia

Inscia ne paruum dum laudat turba ministrum,
Aequalem domino dixerit esse suo.
Non ego uasa gero sacri commissæ lauacri,
Omnipotens uerbum dat mihi uoce suum.
Baptizent alij solennes fundere lymphas
Quisque potest, fufis, sit modo christus aquis,
Ast ego per gentes diuino percitus uestro
A uero christi numine numen habens.
Effundam uerbi latices & semina uiui
Principis, & flammæ christe beate tuas
Sed non humanis constat sapientia uerbis,
Eriuela diuino non satis apta mero.
In cruce, nõ phaleris, stygijs depellimus umbras,
Cruce christi falsos, conterit una deos.
Cruce est armatum, sed non facundia mundum,
Que terit & laqueos ultor acerbe tuos.
Ardua res, christi summum testata decorem,
Alleclant uoces ferrea corda rudes.
Rusticus Aethios captauit doctor & Indos,
Nullus qui faceret hæc nisi christus erat.
Ille opifex rerum motus inspirat amicos,
Fundit & aflatu mella merumque suo.
Balsama destillat tacito labentia fluxu,
Hinc uenit, indoctis ut moueare uiris.
Stulta quidem cruce est in nocte iacentibus atra,
Sed nobis magni numen amorque dei.

Baptizati autem Stephanus domum ceterum ne scio si quem alium uerbum baptizauerim.

Non enim misit me christus baptizare sed cum gelizare.

Non in sapientia uerbi.

Et non euacuetur cruce christi.

Herbi enim crucis pesti tibi? quidem stulticia est illis aut qui salui sunt id est nobis dei uirtus est.

Sic

MVSA PAVLINA.

Sic pius Esaias uitali instructus ab ore,
 Vidit, in effuso dixit & ante deo.
 Lux domini terram sapientia corda malignam,
 Et prudens astus conterit umbra tuos.
 Decreto succedit opus, nonne inspicis altam
 Virtutem miris cuncta nouare modis.
 Nonne uides Sophiæ diffusas dogmate gentes
 Abieclamque crucem mœstaque signa sequi?
 Delicias mundi populus contemnit inanes,
 Irridet falsos iam noua turba deos.
 Prisca cadit pietas, & quod fuit ante uenustum
 Nunc horret, uerso displicet atque modo.
 Nomina mutarunt lux atque amentia, nec iam
 Vtraque sub terræ sensibus esse ualet.
 Dic ubi nunc sapiens tumidus legisque peritus?
 Eius ubi interpres scriba superbus adest?
 Dic ubi philosophus propria uirtute beandus,
 Qui naturales sat sibi credit opes?
 Artificemque suum nunquam meditatus in ipsis
 Ab pudor ab solis sistit imaginibus?
 Iusticiamque docens uitij oppressus iniquis
 Languet, & a uero lumine lusus abit.
 Felices alios iactabat reddere, & ipse
 Ibat ad infernas irrediturus aquas:
 Irrediturus, enim iustus deus, & pia censet
 Prauos perpetuis dextra perire malis.

Nec

Sicut scriptum est. Per
 dā sapiētiā sapiētiū: et
 prudentiam prudentiū
 reprobabo.

Ubi sapiens
 Ubi scriba.

Ubi inquisitor huius
 seculi.

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 103.

Nec bonus ob iustum desperet, nec sceleratus
 Impune ob uerum se putet esse pium.
 Lanx sua cuique, finit cecos errasse deus, ne
 Se sibi quisque uirum crederet esse satis.
 Et uideat tandem Sophiæ documenta secutus
 Quod iuuat a solo posse uenire deo.
 Tam tamen, ut mundi stulta est sapientia uani,
 Declarat miris conditor ipse nouis.
 Antea per nitidi pulchra spectacula coeli,
 Omneque quod uirtus summa creauit opus,
 Inferuit menti radios, traxitque leuatam
 Numina ad authoris suscipienda sui.
 Sed quia nec uitæ, grato nec cessit honori,
 Marcuit & nebulis uana Sophia suis,
 Ecce saluum meditati iter, miroque nouatu
 Ipse opifex nostros uectat ad alta sinus.
 Ut quos tartaræ sapientia tincta ueneno
 Mundus & humanis strauerat illecebris,
 Per uerbum uitæ, nimium quæ stulta furcæque
 Dicitur, ad ueram dux agat ipse uiam.
 Ut qui sub fastu Sophiæ sordentia saxa
 Perditus a sisyris ante colebat auis,
 Nunc humilis, per ligna crucis, per uilia quondā
 Signa, potens altum surgat ad imperium.
 Etiam diffidens tereno dogmate, credens
 In christum, unito sit deus ille deo.

Hōc stultā fecit de
 sapientiam huius mundi

nam qz in dei sapiē-
 tia nō cognouit mūdus
 per sapientiam deum

Placuit deo.

Per stulticiā p̄dicatio-
 nis saluos facere cre-
 dentes.

Aufer-

Auferturque uiris fiducia uano sui, dum
 Non nisi per sanctam uis datur alma crucem.
 Si gna petunt Solymi, maiorumque acta canentes,
 Ascribunt meritis non sua dona suis.
 Græca phalanx iactat Sophiã, patefactaq; claustra
 Naturæ & placitis astra coacta suis.
 Hos utrosque reos nox orco emissa fecellit,
 Nec datur infanis gloria uera uiris.
 At nos non Mossem supero cum patre loquentem,
 Nec dijs Abramum qui bonus hospes erat,
 Nec canimus fixum dilato uespere solem,
 Nec quid quo Solymos mens rea tollit auos.
 Sed neque cœlorum motus, nec robora cuncti
 Syderis, aut causas fulmen & unda tuas.
 Quorum dogma loquax elatos reddit Achinos
 Et facit ut presso corda superba Polo.
 Non aliter quam si fictos perpeffa furores
 Summa giganteis cederet aula rotis.
 Sed canimus rem uere humilem, duræque furenti,
 Quam nisi per fidei lumina nullus habat.
 Affixum ligno dominum, uitamque peremptam,
 Dedecus & magni uulnera quina dei.
 Scandala Iudeo sunt hæc, stultissima Græco
 Monstra uiro, & somno sterit uterque suo.
 Ille suum Ionam media admiratur in unda,
 Nec signum nostræ perspicit esse rei.

Ostia

Quonia iudei signa
petunt.Et Græci sapientiam
querunt.

Hos autem,

Predicamus.

Christum crucifixum.

Iudeis quidē scādali
gentibus autē stulticiã

Ostia salua uidet typico made facta cruore,
 Numina non agni sentit opima dei?
 Et græcus ratione orbem uestigat ut ipsum,
 Stulta quidem fallax dogmata nostra putat.
 Virginis & stultos partus ait esse, deumque
 Non credit gremio posse latere sacro.
 Nec uitam sub morte capit, ridetque sepultum
 Per christum cæsos astra tenere uiros.
 Ridet, & usque loquax radys illudit & igni
 Sic male per spectum temnit uterque bonum.
 Anos afflati, uero quos christus amore
 Confoet, & plagis ad pia regna uocat,
 Signa crucis colimus, rubeo pendentia ligno
 Membra dei uitæ facta ministra nouæ.
 Artificem colimus cœlique erebique potentem,
 Credimus hunc populos morte leuasse reos.
 Mors, deus, o fratres christo iunguntur in uno,
 Et moritur christus, uiuit & ipse deus.
 Et licet ipse deus, uera est mors, nec quia christus
 Mortuus est magni uita perempta dei.
 Est deus ut semper, christus deus, ipseque cæsus
 Viuificat læto corpora cæsa suo.
 Hæc sapimus, sola est nostra hæc sapientia, clauis
 In ligno affixum dum colimus dominum.
 Hæc sapimus, nec uos stultos nos dicite, nullus
 Est sapiens, christum ni uidet esse deum.

Hæc

Ipsis autem uocatis
iudeis atq; græcis.

Christum dei uirtutē.

Et dei sapientiam.

Hæc sapimus, licet hæc uobis insania, non est
 Cur pudeat summum nos colluisse bonum.
 Hæc summa est bonitas, ligno occubuisse potentè,
 Hæc pietas, lapsis astra parasse uiris.
 Hoc opus æterno dignum est autore, peremptos
 Terricolas dulci restituisse patri,
 Non hoc Pitbagoras docuit, qui semper haberet
 Errantes animas, & sine fine uiam.
 Non & Aristocles dicèus Plato, non ueccutam
 Qui bibit, at uerax, & sine labe fides.
 Nostra fides oculis uisa est dæmentia cæcis,
 At sapit, & claris conuenit ista uiris.
 Eger gustus amat quæ sunt nocitura petenti,
 Qui ualet, insanos non cupit ille cibos.
 Non capis hæc, te morbus agit, te terreus humor
 Sternit, ad hæc mundos conuenit esse animos.
 Conuenit, ecce deus trunco suspensus ab alto
 Aeuigenas miseros ad sua signa uocat.
 Qui petit imperium pelagi terræque Polique,
 A cruce transfixo si petit, illud habet.
 Crux est, quæ miseris solatia uiua rependit,
 Crux est in morbos una medella graues.
 Crux est, quæ reges homines facit, enthea reddit
 Corpora mactato quum ligat illa deo.
 Stipite confixum dominum qui cogitat altum,
 Gaudet, in aduersis nec dolet ille malis.

Nil

Nil terrestre timet, diuini signa trophei
 Dum uidet, & domino figitur ipse suo.
 Surgit in hoc uirtus, stillataque numinalambens
 Vir pius angelico peruolat astra modo.
 Seque potens uerum dominum deiecit, ut ad se
 Nos gereret summis iungat & ima locis.
 Se similem stultis sapiens dedit, atque ita mundum
 Conterit, & flammæ inuouat orbe suas.
 Quod putat esse dei stultum dæmentia, uincit
 Hic quæ cuncta tumens dogmata mundus habet.
 Quod putat infirmum, mundo est hoc forcius et quod
 Impia belligerum tartara uincat opus.
 Quid queat in misero pensari abiecius orbe,
 Quam crux, & clauis, uulnera, uincla, mori.
 Atqui, sic stygios heros fortissimus arcus
 Hacenus inuictam uicit & iste necem.
 Vicit & in uitis furiosum dæmona fractis
 Hunc licet heu spinis dura corona ferit.
 Quid nam simplitijs uerbo ue infirmius isto,
 Quo nos occisum dicimus esse deum?
 Non grauis acleo sacundia tincta colore est,
 Sed rudis & plano rustica lingua sono
 Rustica, sed gladijs flammisque potentior ipsis
 Piscator uanos effugat orbe deos.
 Si ferus armorum sonitus, si pompa Sophiæ
 Panderet hæc domini tan noua sacra mei.

Infidus

Quia quod stultus est si
sapiens est hominibus

Et quod infirmus est
fortius est hominibus

Infidus poterat terreno ascribere telo
 Hoc opus, aut calamis compta minerua tuis.
 Sed cum nuda manus pharios nō docta magistros
 Simbola iam & mores innouet orbe alios,
 Scitur ab eterno fluxisse hoc fonte, decusque,
 Christianum a summi luce uenire dei.
 Antea diuicias, luxus, & gaudia regnum,
 Querebat uotis Græcia uestra suis.
 At nunc pauperiem & duros perferre labores
 Optat, & ad charum morte uenire deum.
 Quis facit hoc? quis ue hunc animis ipressit amorē?
 Funera & humanas temnere delicias?
 Quis, nisi qui falsum contra stetit, & mouet unus
 Omnia rex, membris duxque caputque suis.
 Ad se qui captas uera dulcedine mentes
 Euocat, & flammis decutit antra pijs.
 Hoc duce mens clara potest sopire fauillas
 Carnis, & illapso ducitur aëla deo.
 Hoc terræ illecebras temnit, falsumque decorem,
 Dum figit uero lumina casta bono.
 Non hoc crede, facit, quod sit mēs stulta, deum sed
 Quod gerit, & finem perspicit, atque patrem,
 Hæc potius mēs stulta, sequens quæ gaudia terræ,
 Indignam eterno se facit esse bono.
 At uos in uobis supremum cernite numen,
 Erigat ut miro cernua membra modo.

O socij

Elidete enim uocationē
 uestram fratres.

O socij, uidiſtis enim, quo fulmine dicens
 Terrebat uestros rustica lingua duces.
 Vos inter fratres qui uera & sancta loquuntur,
 A solo christi nomine robur habent.
 Non genere hi, non uoce tument, nudiq̄ rudesque,
 Alliciunt sacris pectora uestra nouis.
 Perque humiles lux orta uiros et parua loquētes,
 Expugnat fastus terra superba tuos.
 Sic pia simplicitas humanum corripit astum,
 Sic honor & christi gloria, maior adest.
 Eligit indoctos, & quos putat impius orbis
 Insanos, magni dextera sancta dei.
 Ut magis omnipotens tumidos confundat inanes,
 Antiquum & luso dæmone frangat onus.
 Eligit infirmos, terræ ne fidat honore
 Aut opibus domino turba redempta suo.
 En pauper fera regna quatit, patiensque superbis
 Ludit, & hac stignos destruit arte dolos,
 Nāque ea quæ se uis temnit cœu paruula mundus
 Hæc deus ad uitam deligit ipse nouam.
 Non equites, quadras nō ducat in arma cateruas,
 Sed tenet a uerbo parta trophæa pio.
 Ut presente deo rebus sit gloria nullis,
 Et caro non carnis hoc fore credat opus,
 Sed domini, forteque manum uerbumque salubre
 Agnoscat, nati grandia facta dei.

O Vos

Quia nō multi sapiētes
 tes secundum carnem

Non multi potentes
 non multi nobiles

Sed que

Stulta sunt mūdi ele
 git deus.

Et cōfundat sapiētes.

Et infirma mūdi ele
 git deus ut confundat
 fortia et ignobilia mū
 di et cōtēpibilia elegit
 deus et ea q̄ nō sunt ut
 ea quę sunt destrueret

Et nō gloriētur ois ca
 ro in conspectu eius.

Ex ipso autem. Vos tamē & quanquā mundus male iudicet, atq̄
 Exagitet monstris improba turba feris,
 At patris ex dono per uiuum nomen iesu
 Credite uos summi regna tenere loci.
 Vos pater ascitos geniti in consortia sancti
 Confoet, & dextris dat bona cuncta suis.
 Per christum uobis patrem sociumque ducemque,
 Ut natis ueras dat deus unus opes.
 Non opus est Sophia lumen uitamque petenti,
 Dux sapiens sapidum, dat pius esse piū.
 Nō opus immundis absorptum querere Mosē,
 Solus enim iustos nos facit esse deus.
 Qui factus est nobis
 sapientia. Hic peperit mores sanctos pacemque decusque,
 Iam nemo hæc meritis credat habere suis.
 Et iusticia. Iustus & hic senos nocturnaue iura tyrannos
 Expulit, & ueram sanguine donat opem,
 Et sanctificatio & redē
 ptio. Hic bona pax, uirtus, & plena redemptio, cuncti
 Coepimus a christo robur opesque sacro.
 Et quemadmodū scri
 ptum est qui gloriatur
 in domino gloriatur. Ut uera a nostro ueniant cantata hieremo.
 Pertinet ad solum gloria nostra deum.
 Nec sibi iam sapiens placeat, nec uiribus ullis
 Fidat, habet summi non nisi dona boni.
 Christum nosse deum. uita est, & gloria, menti
 Sat nostre, grato si placet illa deo.

CAPVT SECYNDVM.

Ergo

ERgo & qui tumidis ostētat, friuola uerbis,
 Viderit an socio proderit ipse suo.
 Se titulo legis uel doctæ carnis apud uos
 Iactet, quem socium iam pudet esse dei.
 Quem pia nobilitas nullo inflammauit amore,
 Cuius ad humanas pectus anbellat opes.
 Ast ego suppressi ductabar luce magistri,
 Nec studui uanis uoce placere uiris.
 Ecce arcana ferens domini mysteria sancti
 Non bullas uocis, magnaue uerba dedi,
 Non zoroastreus artes, Nilo ue sonorum
 Mercurium, aut græcas quod resonaret opes.
 Non Tyrios astus simulans, Euri ue Sophiam,
 Non stybium chartis, non mihi phucus erat.
 Et quanquam acleis precio facundia magno,
 Et poteram tragico dicere uerba sono.
 Non tamen insanos placuit mihi soluere currus,
 Hoc satis est, animo dicere uera pio.
 Sat mihi, qđ christum uerbo quocunque canebam,
 Ille sat est flammam tendere posse suam.
 Quodque erat in christo qđ gens obscura timeret,
 Hoc bello nostro simbola prima dedi.
 Scilicet affixum ferro, mortemque cruceque,
 Nec mea uox aliud, parua ferebat opus.
 Nil aliud, quam signa crucis christumque sciebā,
 Sed icci hortatu femina uiua meo.

Et ego cum uenissē
 ad uos fratres ueni nō
 in sublimitate sermo-
 nis aut sapientie anun-
 cians uobis testimo-
 nium christi.

Non enī iudicauī me
 scire aliquid inter uos
 nisi iesum christum.

Et hunc crucifixum.

O ij Vt tes

Et ego infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos.

Et sermo meus et p̄dicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis. Sed in ostensione spiritus et virtutis.

Et fides vestra non sit in sapientia hominum: sed in virtute dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos.

Vt tenuis pauperque dolens sine robore nixi,
 Vim patiens, furij subditus & uarijs.
 Virque pius tolerans quicquid uesana libido,
 Ausa erat in plagas nocte dieque meas.
 Vos simul atque docēs humilis, nulloque tumebat
 Dogmate, sed nobis spiritus almus erat.
 Nec uos argutis sapiens hortator Elenchis,
 Sed uirtute potens ad pia sacra tui.
 Virtute haud nostra, sed quam deus æthere ab alto
 Inspirat puris mentibus ipse fauens.
 Sic ego, non fratres, sed uos sapientia christi
 Erudiens nostrum summa peregit opus.
 Illius hoc uobis a nomine uenit, & igne,
 Quod splendent pulso lumina uestra deo.
 Turba deo fidens uirtutem agnosce fidelem,
 Non nisi in æterno principe robur habes.
 Illius est quod habes, magnum sub pectore numen,
 Quod terram spernis, quod super astra uolas.
 Quod uia uirtutis nota est, que corda sophorum,
 Turgida terrenis septa latebat aquis.
 Quod placet unus amor domini quod displicet error
 Nec grata est uotis, nox uelut ante tuis.
 Ipse autem quamuis humilis, quia nuntius alti
 Principis haud uacuum me reor esse uirum.
 Insanis suspecta quidem, sapientibus autem
 Sacra loquor, magno uerbaque digna deo.

Et qui

Et quicumque uidens oculis hæc aspicit æquis,
 Me quoque diuinas cernit habere manus.
 Cernit ut in culto regnat sapientia Paulo,
 Ut dominus radys noscitur ipse suis.
 Nam sine luce dei, nihil est in pectore gratum,
 Merent semoto gaudia cuncta deo.
 Dulce nihil toto orbe magis, quam nomē, & arma
 Principis, & domini dicere gesta mei.
 Hæc mea non miseri uana est sapientia sæcli,
 Nec quam de cæco principe mundus habet.
 Nam neque cur miro quatiatur terra meatu,
 Que sibi suppressum continet aula notum,
 Quid faciat madido confusa tonitrua celo,
 Aut quibus una notas uiribus iris agat.
 Terrificam eclipsim pauitantibus inferat astris,
 Quid noua uibratis flamma remissa polis.
 Sed neque uerba damus fumantibus cruta buccis,
 In quibus ornatum uenditat aura sonum.
 Sed loquor æternæ te summa potentia uitæ,
 Et te fecundi maxime nate dei.
 Tu sapiens patrisque boni, sapientia luxque,
 Cuius uis motus efflat ab arce pios.
 Te canimus, quæ cuncta moues, quæ cuncta gubernas,
 Qui facis in famulis grandia regna tuis.
 At non in fastu canimus, Phalerisque loquendi,
 Non opus est uanis hæc dare sacra sonis.

O iij Hæc

Sapientiam uero non huius sæculi neque principum huius sæculi qui destruuntur.

Sed loquimur tui sapientiam in mysterio.

Quae abscondita est. Hæc doctrina beans non omnibus obuia circis,
 Arcana est, gladium quo ferit intus habet.
 Arcanos efflat radios, numenque, trahitque
 Clam mentes, miris unguibus ora capit.
 Et licet ingrato fuerit nunc prodita mundo,
 Ut micat, in uiuo lumine lumen erat.

Quam predestinavit deus ante secula. Incepit sapiens lectis notescere turbis,
 Mente sed æterni uita parata boni.
 Est bonitas, quæ semper erat, promisit & affert,
 Hic domino rerum nec nouus ardor inest.
 Ut pius hanc uerax rerum prædestinat auctor,
 Sic uenit a christo gloria nostra deo.

In gloriam nostram. Hactenus ut Sophiam mundus iactabat inanem,
 Nunc humilis uerum gaudet habere bonum.
 Gaudeat, est nobis noto sapientia christo
 Verax, qua uiuis cor satiatur aquis.
 At sapiens uirtus pulchro lætatur honesto.
 Simplicibus, puris mentibus, exapitur.

Quam nemo principum huius seculi cognouit. Hanc igitur princeps fraudati turbidus æni
 Nemo habet, hæc tumidis inuia lux oculis.
 Non Pharisea cohors, non illam cernere Caiphas,
 Non Annas, stygy non fera turba Iouis.
 Infera nox culpæ fulgore obsistit, & illum
 Non capiunt tetro lumina mersa lacu.

Si enim cognouissent. Nam si mira sacri nossent mysteria ligni,
 Et cruce mactati sancta trophæa uiri.

Si ueram

Si ueram uite creuissent lampada ueræ,
 Tecta que sub plagis gaudia christe tuis,
 Non dominum, fontemque boni, uitæq; magistrum,
 Fixisset pauide turba nefanda cruce,
 At tumidos fastus pietas æterna latebat,
 Veste nec in uili cognitus auctor erat.
 Sed bona quos sancto foelixque modestia uero
 Conciliat, radios hi tenuere pios.
 Viderat Esayas domino monstrante, futuris
 Hæc de christicolis uaticinatus ait
 Non acies humana uidet, non auribus ullis
 Cordibus aut magni munera capta dei.
 Excedunt sensus hominum uiresque animosque
 Quæ bonus electis rex parat ipse suis.
 Scilicet his qui sunt grati cœlestibus, & qui
 Obseruant dulcem cordis amore patrem.
 Qui pia summissio uenerantur numina corde
 Syncere auctorem qui coluere suum.
 Nec sunt a nobis ueracia lumina, perflat
 Spiritus & uinas qui gerit ignis aquas.
 Ille pius nostros animos accendit abalto
 Datque uidentia pijs uota profunda dei.
 Occulto afflatu superas ductamur ad oras,
 Ad quas humanis uiribus ire nephas.
 Fronte hominis præptum est hinc cernere uultu,
 Secessus animi nemo uidere potest.

Nam dominum glorie crucifixissent.

Sicut scriptum est.

Quod oculis non uidit nec auris audiuit nec in corde hominis ascendit quod præparauit dominus his qui diligunt illum.

Mobis autem reuelauit dominus per spiritum sanctum. Spiritus enim omnia scrutatur: Etiam profunda dei.

Quis enim scit hominum que sunt hominis.

O iij Spi-

*Nisi spiritus hominis
qui in ipso est.
Ita et que dei sunt ne
mo cognouit nisi spiri-
tus dei.*

*Spiritus hos nouit soli sibi conscius ipse,
quodque latet cauis inspicit ille suis.
Sic res abstrusas diuina mente dei que
Decretis, uero lumine nemo uidet.
Nemo nisi eternus flatus luci intimus ipse,
Que spirat charis mentibus omne iubar.
Utque uides hominem tacito impartire susurro,
Arcana & socio pandere corda suo.*

*Hos autem non spiritum hu-
mus mundi accepimus.*

*Sic deus hic presens animis inspirat amicus
Lumina, per flatum nota futura suum.
Spiritus ecce sibi docuit conformia, rexque
Quilibet affectis dat sua signa uiris.
Spiritus hic mundi spirat terrena, mouetque
Ad mala, ad infernas & sine luce uias.*

Sed spiritum qui ex deo est.

*At pius afflatus domini cœlestia cuncta
Suggerit, ad lucem nos uehit atque patrem.
Hic nos mira sacre docuit mysteria lymphæ,
Queque deus genitis dat bona uera suis.
Vox christi Sophiæ nostræ roburque, decusque,
Continet, illapsum nos docet illa deum.*

*Et sciamus que a deo
donata sunt nobis.*

*Hausimus hanc flatu Sophiam, nudique rudesque
Humana hanc animis non damus arte pijs.
Sat fuit afflari cœlestia, tradimus & nos
Indoctis, sanctos nec nocet esse rudes.
Qui christum sapit hic sapiens, dignissimus & que
Ascribant doctis pectora nostra uiris.*

*Quæ et loquimur non
indoctis humanæ sapi-
entis uerbis.*

Humana

*Humana humano traduntur more, beati
Flaminis in solo dogmata danda deo.
Conueniunt terrena uiris, qui terrea tractant,
Sunt satis ad socios entheca corda meos.
Qui christi flatum totis hausere medullis,
His nos, & nostri dogmata grata dei.
Christiane auditor Sophiæ non congruit, in quo
Non caro det menti lora regenda duci.
Immo etiam infernos animo depellat odores,
Qui cupiat christi dogma tenere mei.
Nā crassus uentoque tumēs & ad infima uersus,
Qui miseri uanas orbis adorat opes,
Qui terre affectu distractus fertur in umbras
Præcipites, charum non habet ille deum.
Non recipit moriens flatus mysteria uiui,
Ridet, & hic stultos nos putat atque leues.
Dum bona limitibus pstringit summa sub arcibus,
Que superans sensum non capit ille suum.
Æternum nasci tenera de uirgine numen
Ridet, & occiso uiuere corda deo.
Morte mori mortem, uictō uixisse sepulchro
Et caput in membris regna tenere suis,
Ac bona per medias iter esse gaudia curas
Ridet, & oppressos sceptrā manere uiros.
Non rationis opus diuinis credere flammis,
Dat charis hoc uiui munus amorque dei.*

*Sed i doctrina christus
Spiritualibus spiritualia comparantes.*

*Animalis autem homo
non percipit ea que sunt
spiritus dei.*

Sume

Sume fidem, nec tu fingendo sacra prophanes,
 Hac sine nempe tuum nil ualet ingenium.
 Tres hominem uires ornant, quæ carnea, uotum
 Carnis amat, quæ erit, cogitat, atque sapit.
 Ast animæ aspectus rationis signa secutus
 Languet, & ad summum nõ ualet ire bonum.
 Altior est terris, uitium despectat & Orcum,
 Præua uidet casto defugienda uiro,
 Sed luce inferior non munera perspicit alta,
 Non habilis radio christe beate tuo.
 Nam quæ per flatum sunt discernenda supernum
 Non iuuat hæc oculo ferre uidenda reo.
 En quia non tangit, stultissima credit, & hostis
 Se sibi peruersis ludit imaginibus.
 At diuinus homo, diuinum dixeris illum,
 Conditor afflatu quem regit ipse suo,
 Abdita cuncta notat, summoque latentia cælo
 Iudicat & cernit, perspicit, atque capit.
 Et quantum patri placeat donare potenti,
 Ut domini rerum filius alter adest,
 Iudicio carnis non est taxandus ab ullo,
 Nam lux terrenos effugit ista oculos.
 Gramaticus, rethor, terras & sydera noscens,
 nun domino afflati iudicet ora uiri?
 Hi terram, gerit ille Polos, illi infima tractant
 Ille per æthereas itque reditque uias,

Stulticia enim est illi &
 nõ potest intelligere.

Quia spiritualiter
 examinatur

Spiritualis autem di
 iudicat omnia.

Et ipse a nemine iudi
 catur.

Hos

Hos fugit ante uolans, totoq; hos uertice supra est,
 Ast illi ignoto sunt sine luce deo.
 Est & enim uisus terrenus uiribus impar,
 Diuina humano carpere iudicio.
 Euclidem teutibus uisu metitur & arte.
 Nullus homo uiui grandia facta dei.
 Spiritus irradians tenebris non uoluitur ullis,
 Terrea cœlestes non capit urna dapes.
 Num mortalis homo domini cognoscere sensum
 Quirit & arcanis conscius esse bonis?
 Instruit hunc nullus cum secula concipit, ipse est
 Lux noua quæ famulos imbuit una suos.
 Lux mihi dogma dedit, tumidum quo uinceret or
 nõ hoc sub placitis improba terra tuis. (bem.
 Haustumus hanc christi mentem, qui uiuere christo
 Scimus, & in rebus dux micat ipse uiris.
 Membra caput refouet, spiratis incita flammis,
 Nil mihi cum tenebris terra dolosa tuis.
 Quin etiam, tum cum secli ratione peracti
 Iudicet expulsos machina tota reos,
 Nil christi afflatos terrenum iudicat, hæc nos,
 Hæc manet a nostri gloria luce dei.

Sicut scriptum est quis
 enim cognouit sensum
 domini?
 Aut quis instruxit illum

illos autem sensum
 christi habemus.

CAPVT TERTIVM.

Non tamẽ hoc ueræ Sophiæ uerabile nomẽ
 Iusticiæ pleno lumine mundus habet.

Et ego fratres nõ po
 tui uolens loqui tanq̃
 spiritualibus sed qua
 si carnalibus.

Inci=

MVSA PAVLINA.

Incipiunt alij, pergunt, & in arce residunt,
 Turbaque sic summo militat omnis hero.
 Ac virtutis iter sub cursu lucis eodem,
 Dum per agit, uarios mens habet alma cibos.
 Sunt quæ conueniant pueris, quos lacte tepenti
 Mater alit, magnis hæc minus apta uiris.
 Sic uobis pueris, & adhuc non grandia doctis,
 Lac tenues potus, & Melylotha dedi.
 Ac uelut infantes balbæ sermone loqueleæ,
 Incitat ad patrios mater amica sonos.
 Sic ego, sic, primis tractans rudimenta sub annis
 Et rudis & patiens, non grauis hospes eram,
 Et ne dura darem stomachum superatia uestrum,
 Non uolui solidis uos onerare cibus.
 Non quia qui Paulo lucet deus, omnibus horis
 Proferre hoc medium non queat orbe iubar.
 Sed quia nox uestros fuscauerat, horrida uultus,
 Nec toto infirmis lumine tempus erat.
 Sed nec ad huc primo surgunt torpentia somno
 Lumina, nec radijs uestra citata pijs.
 Sunt comites uobis etiam sub nomine christi
 Qui miseros oculos ad pia regna gerunt.
 Qui nondum status plenos induta decores
 Pectora habent, priscis semisepulta dolis.
 Res tonat, hic uerbis non est opus, integra uita
 Pax non est uestris consona dissidijs.

Ponite

Tanq̄ paruulis i christo lac uobis potu dedi non escam.

Nondū em poteratis.

Sed nec adhuc quidem poteratis.

Adhuc enim carnalcs estis.

AD CORINTHIOS PRI. Fol. III.

Ponite liuorem, zelum, rixantia paruo
 Corda, precor motus ponite tartareos.
 A bene suscepto paritur concordia christo,
 Tu christum simulas, & fera bella foues?
 Crede mihi, puer, es, nec adhuc cœlestia doctus
 Si distant oculis ille uel ille tuis.
 Omnia christus habet, cur non dabis oia christo?
 In te si sapias nil nisi christuserit.
 Heu domino uite preponis nomina Pauli,
 Proh scelus, & sectam nosfer Apollos habet?
 Quis miserum docuit multos te ferre magistros?
 Est opifex unus, doctor & unus adest.
 Paulinos, Petreos, non fas tibi dicere dicat
 Hoc Stoicus, uel qui carnis honore tumet.
 Tu christianus eris, solum hoc extollere nomen
 Te decet, est christus quem uenerere deus.
 Cœtera cuncta nihil, ne uanas induc uoces,
 Nulla extra christum lumina mundus habet.
 Ne dabis hæc alijs, quæ soli debita christo.
 Nec tibi in christus signifer alter erit.
 Dormotij si forte canunt, quod mulceat aures,
 Quod superum prima fronte tenebit iter.
 Corrige per christum christo, sic sit tibi christus
 Solus, in hoc rellis norma tenenda uiris.
 Pacis amor, christique iubar, nomenque decusque
 Sat tibi, num multos iam cupis esse deos?

An sat

Cum em sint inter uos zelus et contentio.

Nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis.

Cum em qs dicat ego qdē sum pauli alius autem ego Apollo nō ne homines estis?

Quid igit ē Apollo?

An sat christianum non est te dicere quin te
Delectat potius dicere plotigenam?
At precor o socij diuinam ostendite flammam,
Sincero & solum ducite corde deum.
Vos docui, sed non docui, nos ipse docebat
Christus amans, uoti duxque deusque mei.
Dic mihi quid Paulus, uel quid sit noster Apollus?
Quis famulos nostri non uidet esse dei?
Quid dedit hic dedimus, iussa atq; peregrinus alma,
Sat nobis, nostrum fecimus officium.
Cumque ego plantarem, flumē soluiisset Apollus,
Crementum domini uenit ab ore pij.
Plantatorque nihil, nihil est ac ipse rigator
Sed princeps, cuius munere creuit opus.
Frustra ego seuissem, frustra que rigasset Apollus,
Afflasset uerbi ni deus ore sui.
Huic soli debetur honos, qui protulit ex se
Foetum, quem uiuis uiribus ipse fouet.
At nos tractamus diuina negocia serui,
Noster & a nostro principe uenit honos.
Non colimus nobis, qui dat ferat ille talentum,
Quo sine non uires ut coleremus erant.
Vendicat officij princeps sibi munia nostri.
Et nostri fructus ipse laboris habet.
Nos tamen in domino si iam requiescimus uno,
Vnum cor sancti si sumus igne dei.

Præmia

Præmia sumemus nostro seruata labori.
Debita non, summi sed pia dona boni.
Munera seruitij libram superantia nostri,
Quæ pater ex placito conferet ipse suo.
Nan nisi quod bonus est, nostro non ille labori
Debet, sed donis dat sua dona suis.
Nil sumus ex nobis homines, sed nostra uoluntas
Adiuuat illapsum lumine mota deum.
Adiuuat, o quantum est uero concurrere magno,
Et domini factum dicere posse meum.
O decus, o fulgens animarum gemma piarum.
A nobis nostro & principe constat opus.
Auxiliumque deo damus, & pendentibus ipsis
Intrat, ut illustret limina nostra parens.
Concipit a solo mens uiua hæc semina sancto,
Sed facimus partum nosque deusque piuum.
Mens pia nil pareret, nisi numinis imber adesset,
Sed tamen inuitam non premit autor eam.
Cuncta facit solus, qui nos quoque condidit ipsos,
Ex nihilo, & summa traxit ad esse manu.
Nos citat hic radijs sopita mouentibus ora,
Et trahit ad motum pectora nostra piuum
Ipse uoluntati diuinum spirat odorem,
Huius ope ostensum deligit illa bonum.
Et quæ recta facis, facit optimus, attamen ille
Non sine consensu perficit illa tuo.

Auxilio

Quid uero Paulus.

Ministri eius cui credi-
ditis et unicusq; sicut
dn̄s dedit/ego planta-
ui Apollor rigauit.
Sed deus nunc incre-
mentum dedit.
Itaq; neq; qui plātat
est aliquid neq; qui ri-
gat sed qui in cremen-
tum dat decus.

Qui plantat autem et
qui rigat unum sunt.Unusquisq; alit pprijs
mercedem accipiet se-
cundum suum laborē.Dei enim sumus adiu-
tores.

Auxilio nostro vincit deus atque reppellit
 Nubila, quæ flammis effugatur ipse suis.
 Hic dedit arbitrium, rectoque adiutus eodem.
 Ebibit a factis dulcia mella bonis,
 Ille fatebor enim poterat nolentibus ipsis
 Astra dare, & regni sceptrâ beata sui.
 Sed uoluit uelare uiros, ut dulcior esset
 Vincenti meritis parta corona pijs.
 Decreuit sapiens, præstatque, ac lege superna
 Stat dominâs, placitum nec mouet ipse suum.
 Arbitrium nostrum sequitur, tantumque uolentes
 Ditat, in umbrosis nec micat ille uiris.
 Adiuuat, haud mutat, proque excipientis amore
 Fundit opes, natis nec negat ora suis.
 Nec te decipiat pietas æterna potentis,
 Adiuuet ut dextram nam petit illa tuam.
 Nil medicus prodest, si non admissus, & ipse
 Ni recipit, cæco nil pia flamma uiro.
 Pendet ab arbitrio quod poscimus, adiuuat ingens
 Virtus, nec uotis deficit illa pijs.
 Adiuuat & p̄sto, est, utq̄ hæc mēs corpus amicū,
 Dilectas animas & deus ipse mouet.
 Vt tua mens duro non resistit obuia ferro,
 Si demens proprium percutis ense latus.
 Sic dominus uitijs non obuiat ipse nefandis,
 Crimina cum uotum deligit atra tuum.

Hic

Hic tamen ad culpam non adiuuat, ut tua nollet
 Mens etiam gladio uulnera ferre tuo.
 Sed iuuat ad uitam, charitesque effundit & afflat,
 Spargit, & in nostris semina uiua animis.
 Vos deus o fratres grato uelut arua liquore
 Pœcundat, curæ datque riganda mee.
 Vos fundus domini, nos hausto desuper imbre
 Vos colimus nostro germina chara deo. Dei agricultura estis.
 Omnipotens genito faciens pia moenia charo, Dei edificatio estis:
 Vos legit & tractos incitat atque fouet.
 Ast ego per superum iaciens fundamina donum, Secundū grām dei q̄
 Composui digitis saxa priora meis. tata est mihi ut sapiēs
 Perque deum sapiens christo illustrante petiui, architectus fundamē-
 Ut nostrum uiui principis esset opus. tum posui.
 Nunc sup̄ huic alius ueniēs instructor, & ipsum Alius astit sup̄ edificat
 Se missum a sancto sentiat esse deo,
 Aduertat, uideatque uidens, ne mollia ponat Anusq̄q̄ autē uideat
 Insuper, aut magno dissona principio. quomodo sup̄ edifice.
 Successor nosster non sit, nisi christea curet Fundamētū aliud ne
 Dogmata, ni sanctam gesserit ore crucem. mo potest ponere pig
 Ore crucem sed corde crucem, totusque magistro ter id quod positū est
 Hereat, aduersa ne cadat ille manu. quod est christ⁹ iesus
 Fundamenta uides illustria, firma, decora,
 Queque patris magni spiritus intus alit.
 Carnis opus ne pone super, ne tota labascet
 Machina si aduersis discrepet illa modis.

P Quis

Quis caelo conformet humum? uero umbra decori
 Distat, trux agno torua Leena pio.
 Instructura uiros quamuis tua fallat inanes,
 Diuinos oculos ludere quis ualeat?
 Quid struis? aut qua spe, terrena in foce moraris?
 Non ne uides uotum frustrat arena tuum?
 Si geris aut aurum, praeiosae aut semina concha,
 Argentum ue, altus cernit ab arce deus.
 Si foenum, stipulam ue paras, super addere ligna,
 Et simul haec domino sunt manifesta tuo.
 Perspicit haec qui cuncta uidet, cui nota uirorum
 Sunt opera, & summam dicere finis habet.
 Inflat amara dies, & ineluctabile tempus,
 Quo cunctum iudex igne probabit opus.
 Stat ro gus his flammis, austroque furentior isto,
 Stat uerbum summi tempus in omne boni.
 Stat ro gus has mundi paleas rapturus, eritque
 A firmo uerum lumine iudicium.
 Et tortum flammis aurum puret in ipsis,
 Lignorum at fragiles ignis aduret opes.
 En uirtus tentata nitet, uitiumque labascit.
 Et miserum finem gaudia falsa tenent.
 Qui christum uere sequitur, phalaridis Orco
 Splendet, & indura non cadit ille manu.
 Qui terram, qui carnis opes, q̄ daemona, flammis
 Meret & in primo iam riget ille gelu.

At tis

Si quis afit sup edifi-
 cat supra fundamentū
 hoc aurū argentiū la-
 pides p̄ciosos ligna fe-
 num stipulam.

Quis cuiusq̄ op̄ ma-
 nifestum erit.

Dies em̄ dñi declara-
 bit q̄ in igne reuelabi-
 tur & uniuscuiusq̄ op̄
 quale sit ignis p̄babit

Si cuius opus man-
 serit quod super edifi-
 cauit mercedē accipiet
 Si cuius opus arserit
 detrimentū patietur.

Ipse tamen salu⁹ erit.

At tibi si qua dei, si uitae cura beate,
 Ne quere arsuras corporis illecebras.
 Illa super stultum est p̄ciosum ponere christum,
 Que simul ut stipulas impius ignis edat.
 Pone aurum, q̄ flamma probet, q̄ luce coruscet
 Quod nequeant stygijs tela ferire Iouis.
 Fundamenque alium nec tu quesiueris extra
 Christum, que nunquam tepus & aura mouet,
 Si tibi theubutes aliter, uel tu quoque fingis
 Inspiciens alias improbus esse uias,
 Hoc fenū, hoc palea ē, rapido absumetur ab igne,
 Viua tamen christi dextera semper erit.
 Rex pius, at iustus domino nil iustus almo,
 Et charitas duris non fauet ipsa malis.
 Fundamen christus, turpem super addere molem
 Qui parat, heu gladio se ferit ipse suo.
 Fundamē, charitas, pulchrum uis ignea templum
 Sustinet, infecta est frigore sacra domus.
 Inficiant quicumque uelint, Sed gloria ueri
 Clarior, & penas undique crimen habet.
 An uos non domini templum meministis amādi,
 Quos deus afflatus incubat atque fouet.
 In quibus est habitans flammis oleoque meroque
 Spiritus, atque aulam rex facit esse suam.
 Quod si supplicio templi uiolator abeni
 Plectitur, & legem sustinet ille grauem?

Sicutamē quasi p̄ ignē

Mescitis quia templū
 dei estis.

Et spiritus dei habi-
 tat in uobis.

Siquis autem,

P ij Quas

Templi si violauerit
disperdit illum deus.

Templum enim dei san-
ctum est.

Quod estis vos

Nemo seducat se.

Quas deus huic poenas, q se numeque prophanat,
Spargit & in dominum nigra uenena suum!
Turba dei: sacrum diuino afflamine templum
Ne uioles, iustus uindicat ista deus.
O templum felix homines, ne perdit uires,
Ne semel acceptum pellite corde bonum.
Vos templum sacrum atq decens purumq magister
Reddidit, illustrem ne uiolate locum.
Seruate intactum, ne putri facis odore.
Spreuerit ingratos gratia sancta sinus.
Moribus hoc christo dignis seruatur, amore
Coelesti, & factis qualibet arte pijs.
Ambitio contra, rixæ, fraudesque, libido.
Foedat sacratas morbida turba domos.
Eia igitur uiui christana palatia saxi
Vos nemo indignis sordibus inficiat.
Terra, dolus, dæmō, carnalia monstra, furorque,
Pugnant de nostro pellere corde iubar.
Sistite, præsijs nec tutum est sistere uestris,
Ni ducis & fratris quæritis auxilium.
Seducat se nemo putans sua brachia posse
Pellere de uenis dira uenena suis.
Hoc decus æternum est, nisi uires influat auctor,
Nil lex, nil sensus, nilque Sophia potest.
Nec qui mundanæ teneat monumenta Sophiæ,
Erigat in uerbum cornua sæua piuum.

Quin

Quin potius sapiens si se bene nouit, & orbem,
Quique sit humanis exitus illecebris,
Stultescat mundo sapienter, & omnia carni
Grata abigens, uel sic desinat esse caro.
Desinat esse, tumens somni professor & aure,
Noscat ut ignotum sic magis ipse deum.
Hæc est hæc animæ sapiens dementia, cum se
Non teneræ carnis sensibus acta mouet.
Et uelut hoc mundi nemo fit clarus honore
Ut numi diues pondere nullus homo.
Ut non foelicem mortalia gaudia mentem,
Sic sapiens sæcli dogmate nullus erit.
En tumet, at uana est, mundi sapientia falsi;
Stultaque in æterno deficit illa bono..
Et uitale nihil sentit, dum luce maligna
Inuoluit sensum terra superba suum.
Altera defectum lux quæ supereminet ipsum.
Stulticia est, dum nil quod sapit orbis habet.
Dixerat hoc sapiens afflatu principis almo,
Dum recolit uiui iura profunda dei.
Terreni sapientis opus deridet, & astus,
Et fraudem proprijs captat in insidijs.
Rex etiam David cythara famosus eburna
De christo & domino sic ait ille suo.
Nouit cuncta potes, homo quæ sibi cogitat, utque
Terreni insipidum sit sapientis opus.

P iij Vt

Si quis videtur inter
vos sapiens esse.
In hoc seculo / stultu
fiat ut sit sapiens.

Sapientia enim huius mudi
stulticia est apud deum

Scriptum est enim.

Comprehendat sapien-
tes in astucia eorum

Et iterum.

Quis nouit cogitatio-
nes sapientium,

Quonia vane sunt.

Nemo itaq.

Glorietur i hominib?

Omnia em vra sunt.

Sive Paulus sive
Aplos

Sive Cephas.

Sive mundus.

Vi uana, ut fallax. & que promisserit impos
 Reddere prudentum morbida lux hominum.
 Quumque salutis opus uirtus, & gratia, paxque
 Pendeat a domino uita quiesque pio,
 Pendeat a nostro cum nostra potentia christo,
 Detque pater genitis robur & arma suis.
 Non est cur nomen iusti sibi uendicat aeli
 Puluis homo, a dextra principis illud habens.
 Non opis est nostrae ueris gaudere triumphis,
 Debetur summo gloria tota deo.
 Vile est terrenae si spem tibi figere turbae,
 Oblitus magni non uereare dei.
 Utque sumus fratres uno sub corpore cuncti
 Sunt unum socijs omnia dona pijs.
 Est communis honos patrem uenerantibus unum,
 Omnia per uestrum sunt bona uestra patrem.
 Si meruit Paulus quicquam, uirtus ue, labor ue
 Profuit, hoc illis, quos tenor unus habet.
 Quod meruit Cephas, socijs est utile sanctis,
 Hoc facit, haec unum membra tenere caput.
 Prouenit ex aequo lucratum fratribus unum,
 Quod proprium possit dicere, nullus habet,
 Sive quid habet mundus, qd no sit mortis imago,
 Hoc natis domini debet habere pijs.
 Si quis de uili quicquam sibi uendicat auro,
 Tempore in extremo nulla negare potest.

Sine

Sive per ultrices diras ferus obfrepit orbis,
 Au gescunt nostris commoda uestra malis,
 Viuimus & uobis, pietas & nostra uidentes
 Adiuvat est uestrum, uitaque nostra bonum.
 Si morimur uestrum est, socijs moriemur et ipsi,
 Crescunt per nostram robora uestra necem.
 Cum tua martyrico sacrata est sanguine tellus,
 Frater in hoc fructum, si bene cernis habes.
 Tota quidem est uirtus domino diffusa percepto,
 Sed cum nos fortes creueris est aliquid.
 Iam neque te miseri turbent praesentia saeculi,
 Solicitent ue animos gaudia uana tuos.
 Sive ad olympicae rapiaris praemia palmae,
 Et placeant ueris regna futura bonis.
 Excitat has animo uires, roburque, uidere
 quantus fraterno pectore feruor adest.
 Ergo metus uani cedant, tenebraeque fatiscant,
 Vilia nec magni sint tibi dona dei.
 Cuncta quide tua sunt, totus tibi militat aether,
 Dum tua mens charo militet alma deo.
 Ne uilem te prebe alijs, te conditor unus
 Qui regat est, idem qui facit, atque fouet.
 Cuncta tui iuris, dum christum agnoscis amate,
 Credis et hoc, summum despice ne dominum.
 Te sibi christus habet, surijs ne trade regendum,
 Quid facis, imperium totius orbis habes?

P iij Re

Sive uita.

Sive mors.

Sive praesentia

Sive futura.

Omnia em uestra su

Uos autem christi.

MVSA PAVLINA.

Regnas dum christo seruis, si despicias, & tunc
 Fis seruus claro de gener imperio,
 Te sibi rex uirtusque uocat, ne cesseris ultro
 Vir uirtus, cur sic tam male fumus amas?
 Qui regnare odit, cupit & seruire, uel ille
 Nil sapit, aut falsis dormit in illecebris.
 Te regem precor esse putes, nec terrea uilis
 Signa colas, falsis ne capiare bonis.
 Rex tuus astra mouet stygio te subdere regi.
 Nec dare mancipijs iura paterna potes.
 Christus in exēplo est hominū clarissimus heros,
 En nunquam sanctum deserit ille deum,
 Ille deo pectus, nos reddite pectora christo
 Si facitis, reges dicite christicolas
 Gaudia sic solus uobis dabit omnia christus,
 Et uestri fratres omnia iuris erunt.

CAPVT QVARTVM.

AT nos interea uite, uerique ministros
 Luminis & seruos dicite, nō dominos.
 Dispensatores uini nos dicite uerbi,
 Numina per nostras dat deus ipse manus.
 Nil uenit a nobis, totum est a principe magno,
 Quod sumus, hoc etiam luce fouente damus.
 Cum sapimus patres, arcanaque pandimus ista,
 Subseruit summo lingula nostra deo.

Sat 110°

Christus autem dei.

Sic nos existimet homo
 ut ministros christi
 & dispensatores ministerium dei

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 117

Sat nobis, si uera damus, sine fraudibus ullis,
 Si satis & nostro fecimus officio.
 Si sine labe pij mandata peregrinus alma,
 Nec trepidat dominum dextera nostra suum,
 Dispensatorem fuerit satis esse fidelem,
 Dona sed ad dominum sunt referenda piū.
 Ast ego si recte christiana negocia tracto,
 Nec uacua est oculis gratia fusa meis,
 Non opis est uestræ nostram discernere causam,
 Nec timeo humanis displicuisse oculis.
 Si uiolata mihi diuini uasa liquoris,
 Si nostra ille sum pectora numen habent.
 Quicquid erit, nec te subeam rea turba magistrā,
 Non potes hoc paulum claudere iudicio,
 Prestant terrenis coelestia, iudicat unus,
 Dicit & omnipotens optima iura parens.
 A Saulo culpe non sum mihi conscius, at non
 Eas mihi iusticiam tollere uoce meam.
 Iudicium sileo de me, christoque relinquo,
 Ille sibi summam pectoris huius habet.
 Dum uia, dum uita est, & mens quæ uertitur uni
 Laus domino, seruum iudicet ipse suum.
 Ille occulta suis qui perspicit omnia flammis
 Innocuus iudex omnibus esse potest.
 Qui tenet oppressos somno & caligine uultus,
 Cur sibi de ignotis iudicet ille uiris.

Hic iā queritur inter
 dispensatores

Et fidelis q̄s inueniat

Mihi aut p̄ minimo
 est ut a uobis iudicet.

Aut ab humano dic.

Sed neq̄ meip̄m iudico
 nihil em̄ mihi conscius sum
 sed non in hoc iustificatus sum

Qui autē iudicat me
 dominus est.

Que

Itaqz nolite ante tem-
pus iudicare.

Quo adusqz veniat
dominus.

Qui illuſinabit abſcō-
dita tenebrarum.

Et manifeſtabit cōſi-
lia cordium.

Et tūc laus erit vnīcuſ-
qz a deo.

Hec autē fratres trāſſi-
guraui i me et Apollo.

Quæ bene non capias, ne ſenſu expende maligno,

Quid facis, an vires numinis vnus habes?

Iudicium ſine fraude manet, cum conditor ipſe

Adſtringat factis ultima lora ſuis.

Interea ne tu veri præcordia iuſti

Scrutare, eſt oculis obuia flamma tuis.

Exuperans uirtus morboſos territat orbes,

Linquæ precor magno corda uidenda deo.

Deſine meque tuis incendere, teque querelis,

Qui facit hunc, ſeruum iudicet ipſe ſuum.

Ecce extrema dies perfectō temporis orbe,

Cum lumen ſummi luminis adueniet.

Detegit in noſtris occulta negocia curis,

Præmiaque et poenas conferet illa dies.

Tunc qui ſyncero iuſtum obſeruarit amore,

A iuſto laudem principe ſuſcipiet.

Vulgus eum quamuis nullo tractarit honore,

Et ſit ab humanis improbus ille notis.

Qui ſecus obſcæno ſomni ſcelerisque pudore

Horrida ſub ſtygyjs ibit ad antra deis.

Hunc licet et uulgus præcioſum dixerit, et ſi

ſcripſerit in faſtis Dardana Rhoma.

At uerbum noſtrum ne quis meditetur inane,

Cum uos Paulinos dico et Apollonios.

Non ego cauſa doli uobis nec noſter Apollon,

Deſipit aut ſignis ille uel ille meis.

Hæc

Hæc mihi uoce nefas tantum ſignaffe, ſuitque
Conſilium ueris parcere nominibus.

Funeſtos comites, horrendaque monſtra notauī,

Quæ ueluti patrios gens colit iſta deos.

Nam nihil hi, chriſtus pura ſed mente colendus,

Qui deus et princeps doctor et autor adeſt.

At reliqua inflatæ funebria nomina turbæ

Linquite, chriſtiſeris iſte pudendus amor.

Linquite ſigna Iouis, qd chriſti eſt, reddite chro,

Ille ſuum titulum uendicat, ille meum.

Dic mihi quiſquis ades, uano certamine rumpens

Tempſa dei, chriſtus te lauat, aut alius?

Vnicus eſt chriſtus, quis nã hic diſcriminis autor,

An datur a noſtra plus ue minus ue manu?

Dat deus vnus opes, electi dextra miniſtri

Quid facit? hæc uiuens dat tibi dona pater.

Sive tibi ſacrum gemmata ad dolia flumen,

Aut te ſi rubro merſerit ille ſalo,

Res eadem, ne tu ſaſtos hos quære magiſtros,

Aequus in hoc Petro quilibet eſſe poteſt.

Tuque miniſterio nomen qui extollis in ipſo,

An tua uel domini das monumenta tui?

Si tua dona putas, quæ uiuo a fonte liqueſcunt,

Crede mihi, ſenſus nox agit atra tuos.

Si capis autorem, ſi numina concipis alta,

Cur uendis tanto non tua geſta dolo?

Iſthmiaci

Propter uos ut in nō
bis diſcatis ne ſupra q̄

Scriptum eſt.

Unus aduerſus alterū
inſicitur pro alio.

Quis eſti te diſcernit

Quid autem habes
quod non accepisti.

Si autem accepisti, quid
gloriaris quaſi non ac-
ceperis.

Jam saturati estis. Isthmiaci fratres quæ uos hæc copia rerum
 Distrabit: unde istas sic habuistis opes?
 Principio tenuis ueluti sine corpore uita,
 Cura leuis miseri corporis huius erat.
Jã diuites facti estis. Nunc **¶** opes creuere, **¶** amor sceleratus habedi,
 Pristinam iam uestros non capit urna lares.
Sine nobis regnatis Ecce uelut reges mores iam spernitis almos,
 Et grauior saturis funere pauperies.
 Contentas paruo uiles sine robore mentes
 Dicitis, ab superam non bene nostis opem.
Et utinam regnetis. Excliso Paulo funesta pecunia uobis
 Imperat, **¶** christi dogmata lusa iacent.
 Vos utinam christus regno sibi destinet almo,
 Impleat **¶** ueris pectora uestra bonis.
 Et probe ille suis celsa hæc patrimonia sanctis,
 Ac terris saturos non neget esse suos.
 Infertus christo mundi non signa dolosi
 Queritet, at christum sit memor esse deum.
 Sit memor infirmis prestare potentia rebus,
 Esse iter **¶** sanctum quod deus edocuit.
 Sit memor **¶** somnos miseri uanescere sæcli,
 Plus aloes cuius quam bona mellis habent.
Et ⁊ nos uobiscum regnemus. O utinam fratres regno sociemur in uno,
 Omnibus **¶** magni sit domus unæ dei.
 At regnum terræ uoto male queritis omni,
 Quo mihi uos socios non placet esse meos.

Nam si

Nam si hæc ad nostrum spectarent terrea cultum,
 Resabat fructus pars mihi magna mei.
 Si satis est turpes numos captasse beatas
 Per charites pauco tempore diues eram.
 At pro diuinis coelestia querimus, **¶** non
 Terrea, christianis hæc minus apta uiris,
 Si tantum uestri cupiunt terrena magistri,
¶ Cur mihi magnificus non dedit illa deus.
 Opprimitur tortus per multa pericula Paulus,
 Qui uero uobis lumine pandit iter.
 Vos christum Paulo docti, nostroque refecti
 Verbo bilares fatuas queritis illecebras?
 Aut sic afflicti falsa est sententia Pauli,
 Dæmonis aut uestro pulucre regnat opus,
 Hoc habet hoc dæmō regnum quod præditis ipsi,
 Nam deus aduersa me iubet ire uia.
 Exul inops sitio, male grataque limina tento,
 Et premor, **¶** formis omnibus excrucior,
 Hac iter est iustis ad ueri regna beantis
 Hic modus hic sanctis uatibus unus erat.
 Christum Paulus amās hac luce nouissimus exit,
 Semināt **¶** uerbum per loca cuncta pium.
 Quod cecidit spinas inter male creuit obortas,
 Heus uos ne uitijis perditæ dona patris.
 Pergite nobiscum, sic sic iubet ipse, cauet.
 Præstant his uestris hæc mala nostra bonis.

Puto enim:

Nos

Quod deus nos aplos
 nouissimos ostendit.
 Tanquam morti desti-
 natos.
 Quia spectaculi fa-
 cti sumus mundo et an-
 gelis et hominibus.
 Nos stulti propter
 christum.
 Nos autem prudentes
 in christo.
 Nos infirmi.
 Nos autem fortes.
 Nos nobiles nos autem
 ignobiles.
 Et quod in hanc diem si-
 timus et esurimus.
 Et nudi sumus.

Nos deus opposuit uitijs exempla terendis,
 Ut pessum falsi cura decuris eat.
 Ut diuum notescat opus, discatque iuuentus
 Mostra pati, et passo sic placuisse deo.
 Ecce sumus sprete clara spectacula mundi,
 Nocturnique duces quo uereantur habent.
 O rereum mutasse uices quis creuerit orbem,
 Dicimur hoc stulti quo sequimur dominum.
 Despicimur, lamiamur, adest qui funera nostra
 Rideat, atque ausit ludere furcicolas.
 Vos animosa cohors terrestribus incita flammis,
 Creditis aethereum quod uideatis iter.
 Nos humiles christo deiecimus, ut pia surgat
 Gloria, et aeterni fama decusque boni.
 Vos tumidi, grades, et quos domus apla sonoros
 Vix capiat, letos uertitis orbe sinus.
 Nos sumus obscuri, uos clara insignia pompe
 Ducitis, et mancos creditis esse pios.
 Nos nihil a nostro nisi uincta et uulnera cultu,
 Vosque penes nostri summa laboris adest,
 Vos fructum capitis, Paulus gerit ipse laborem,
 Sic alijs dulces mella dedistis apes.
 Quid precor hic Paulo pro plagis penditur istis
 Esurit, ecce famem pertulit ecce sitim.
 Ecce tremens nudis horresco frigora membris,
 Et mihi Sol flammis et leuis aura nocet.

Ex uer

Ex uerbo domini quae sunt mihi lecta uidete,
 Haec sunt diuitiae, quas sibi Paulus habet.
 Cedor, et uror amas, peregrinas ductus in oras,
 Ut uagus incertis sedibus exul agor.
 Non rapio quicquam uestrum, mihi dextera lasso
 Exigui uictum pauperis arte parat.
 Non peto decepti famam uel nomina uulgi,
 Me nulla humanae laudis imago uebit.
 Prospera uera precor turbis hostilibus, acres
 Et tacito poenas pectore sustineo.
 Dumque mihi facies christi patientis inheret,
 Is sum, quem famulum non neget ille suum.
 Hoc facit, ut quanquam furijs oppugner acerbis,
 Aethereos sensus hostibus esse precor.
 Hoc facit, ut quanquam ueluti purgamina mundus
 Me terat, et clausis naribus eiciat,
 Sim constans, rectique tenax, fidusque, putemque
 In mea nil cunctis corda licere malis.
 Haec ego non fratres ut nostra pericula uestro
 Sint oneri, aut nostri uos querar esse reos,
 Non quero ingratos iusto damnasse pudore,
 Dum memoro ad uestros debita uestra sinus.
 Creditor est christus, qui penso exposcet in arcto
 Quod sit apud seruos fasque nefasque suos.
 Ast ego, qui nuper uos uita semine uerae
 Congenui, charos hortor amore meos.

Vera

Colaphis cedimur et
instabiles sumus.Et laboramus opera-
tes manibus nostris.

Maledicimur.

Et benedicimus perse-
cutionem patimur et su-
stinemus blasphemiam
et obsecramus.Tanquam purgamenta hu-
ius mundi facti sumus
et omnium peripissima
usque adhuc.Non ut confundam uos,
haec scribo.Sed ut filios meos
charissimos monco.

MVSA PAVLINA.

Vera mouet pietas, gnatis miserescere nostris,
 Vitare hortatu damnaque uestra meo.
 Hic germanus amor, ni iam uelis esse paternum
 Admonet, infernas effuge turba uias.
 Crede mihi, tuus ipse parens, a fauce Draconis
 Effuge, carnati iam patet aula dei.
 Sis te puer, funesta dedit tibi pocula papas,
 Sed pater a damnis admonet ipse tuus.
 Sint tibi duclantes, si tali nomine mille
 Dixeris, hortator quilibet esse potest.
 Qui pater est, gnatos intenso motus amore
 Aduocat ad ueri dulcia mella boni.
 Vos genui, iubeoque pater, mihi credite patri,
 Efu gite a uitijis uiscera nostra precor.
 Hoc rogo uos memores nostri, sine fraudibus ullis
 Viuite, sum christi sic memor ipse mei.
 Moribus innocuis imitabere turba docentem,
 Vt christum factis exprimit ipse suis.
 Vos similes offerte duci, contraria nostris
 Linquite, sunt uiui dogmata nostra dei.
 Hæc seruare pios, iterumq̄ iterumque monemus,
 Est miserum, summo displicuisse bono.
 Quod mea si tantum uobis absencia uulnus
 Fecit, ut exciderit pectore purus amor.
 Quando mihi ad uestros coelestia pharmaca mori
 Si cupiam nondum ducere posse licet. (bos
 Ad uos

nam si decem millia
 pedagogorum habea
 tis in christo.
 Sed non multos pa
 tres nã in christo iesu
 per euangelium ego
 uos genui.

Rogo ergo uos.

Imitatores mei esto
 te sicut et ego christi.

Ideo

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 121.

Ad uos Derbensis Paulino nomine frater,
 Qui christi ueram pergit amore uiam.
 Ibit, & æthereas uoces, monumenta superni
 Principis, & flammæ & pia iussa feret.
 Is referet nostrum uestra ad præcordia uerbum,
 Verbum, quod uerbi dat pater ore sui
 Vt doceo fratres, frater pius iste docebit,
 A christo est unus semper ubique modus.
 Is communis amans, amor & communis eundē
 Seruat iter, genitis monstrat & ipse suis.
 At sunt obsceni furij mortalibus æthi
 Vos inter uestro turba pudenda choro,
 Qui tanquam Paulus non sum rediturus, inani
 Corde tument, socios sollicitantque meos.
 Sed ueniam, fallentur, erit mihi conditor unus
 Præsens & christi nomine uictor ero.
 Experiar, funesta cohors quid possit, & unde
 Inflarit uanum cæca supercilium.
 Nam neque res uerbis agitur, uirtute potenti
 Est opus, in claros bella parata uiros.
 Magna pati, nõ magna loqui nos discimus, ut qui
 Sub gladijs tacitum uidimus esse deum.
 En ueniam, gremio uos me excipiat amico,
 Ne faciant durum crimina uestra patrem.
 Est mihi uirga potens, quæ pectora percutit atra,
 Quam christus seruo tradidit ipse suo.

Misi ad uos Timotheu
 qui est filius meus
 charissimus et fidelis
 in domino.

Qui uos comonefaciat
 uias meas quæ sunt
 in christo iesu.

Sicut ubique in omni
 ecclesia doceo.

Sicut inflati sunt quidam
 tanquam non venturus sim
 ad uos.

Quonia autem ad uos cito
 si dominus uoluerit.

Et cognoscam non sermo
 ne eorum qui inflati sunt
 sed uirtutem.

Non enim in sermone est
 regnum dei sed uirtute.

Quid uultis.

Est

MVSA PAVLINA.

In virga veniam ad
vos an in charitate et
spū mansuetudinis.

Est animus lenis christianum edoctus amorem,
Qui neque in errantes non cupit esse nocens.
Arbitrioque tuo uenturum concipe Paulum,
Censor erit factis iustior ille tuis.
Terribilis ueniet, si te uidet esse Draconem,
Mansuetusque agnum si uidet esse pium.

CAPVT QVINTVM.

Omniū audit inter
vos fornicatio.

Et talis fornicatio q̄=
lis nec inter gentes.

Ita ut urozē patris sui
aliquis habeat.

Et vos inflati estis.

A Vdiat immoto sed q̄s fera crimina uultu:
Aut quis tā iustis temperet a lacrymis:
Vos tēplum domini, quos pura et sancta decebāt,
Ac syncera pio reddere corda deo.
Turpis amor maculat, seuæque libidinis horres
Fama notat, foedo tingit & ora luto.
Vos inter scelus ē, quod nec Venus ethnica noscit,
Fertis & heu turpi facta pudenda Ioui.
Oedipodionij placuit sic fabula regni,
An miserum finem non scelus illud habet?
Vos inter quisquā turpem duxisse nouercam
Audeat, & patrio ponere membra toro?
Has furias, atque hæc Orco male lecta uenena,
Quis tulit in christi candida templa mei.
Publicus incestat christiana negocia rumor,
Inficit & uestris nomina cuncta malis.
Vos tamen interca domini quāsi dedecus almi,
Non ad delectos pertineat famulos,

Turgiē

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 121.

Tur giduli segnes famamque fouetis inanem,
Contenti uano grandia nosse sono.
Sertit & heu pastor sicca resupinus arena,
Nec dolet hunc rabidos in pecus ire lupos,
Indulgens Bacho, ueneri, nil cetera curat,
Ceū procul hic dominum qui putat esse suum.
Debebas potius si plebs non læua fuisses,
Testari lacrymis publica damna tuis.
Autorem sceleris diuinæ exponere flammæ,
Patriaue a nitido pellere membra choro.
Pulsus ut a socijs culpas agnosset amaras,
Mundus & ad purum disceret ire deum.
Sic facerem præsens, horrenda expellere monstra,
Ni properes totum læserit una pecus.
Nunc absens (charitas nam sic iubet ipsa, simulq̄
Præsentem socijs me facit esse meis.)
Non mihi crede queo nocturnum ferre furorem,
Censeo tam prauī plectere facta uiri.
Eia igitur cætu per christum rite uocato,
A cuius uotis exulet omnis humus.
Cernite in hoc uestri, quæ sit sententia Pauli,
Ut miserum facinus lu geat ille suum.
Pulsus hic a socijs regi tradatur Auerno,
Qui data per dominum perdidit arma pium.
Quo iuxta carnem flagris afflictus acerbis
Sit, donec miserum se sciat esse reum.

Et nō magis luctum
habuistis.

Et tollat de medio ve
strū/qui hoc op^o fecit.

Ego quidē absens cor
porē: p̄sens autem spū

Ita iudicant ut p̄sēs
eū q̄ sic operat^o ē in no
mine dñi n̄i iesu ch̄ri.
Congregatis uobis &
meo spū in noīe iesu
tradere eiusmodi hoīe
nem Sathān in inte
ritum carnis.

Q. ij Vt

Et spiritus saluus sit Vt mens incolumis iusto contrita pudore
 Fulgeat, ad dominum luce reuerfa suum.
 Nouerit ut postquam mores dammasset uetustos,
 Incipiat placidi prandia scire dei,
 In die domini nostri Tempore ne extremo stygias descendat ad undas,
 Iesu christi. Cui moriens uiuam contulit agnus aquam.
 Hæc medici poena est, nec uox cupit ista nocere,
 Sed cupit ad sanctas hunc reuocare uias.
 Destruimusq; nefas, hominẽ non perdimus ipsum,
 Nec uos carnifices huic uolo, sed medicos.
 Immemores christi si non pia cura mederi,
 Dedecus hoc quod uos nempe moueret erat.
 Non domini facias, non uestra pericula, non hæc
 Improba christicolis flamma pudenda mouet.
 Quin potius turpes ut clari gesta triumphi
 Effertis uano uilia corda sono.
 Et quasi sat fuerit christianum audisse decorem,
 Barbaricis uitijis impia turba iaces.
 Non est bona gloria= At uenit a solo quæ uera est gloria christo,
 tio uestra. Nullius & uitium signa decoris habet.
 Dedecus hoc uestrum, non est hoc gloria, uera est
 Gloria uiuenti nosse placere patri.
 Nec, quia non omnes sceleris ferrugine fratres
 Turpentur, seuæ parcite desidiæ.
 Principijs obsta sero medicina paratur
 Cum mala per longas conualuere moras,

Fermentum

Fermenti modicum totam corrumpere massam,
 Sæpe solet, tantum paruula damna nocent.
 Paulatim serpunt diri contagia morbi,
 Vnus & hic multis pestifer esse potest.
 Si qua igitur uite ueteris monumenta supersunt,
 Si uitium, uoto, si cubat umbra reo.
 Si quid inest uobis, christo quod dissidet almo,
 Hoc erit in uenis toxica ferre pijs.
 Hoc animo expurgate bono, nichisque tenebris
 Surgite, ne templum conscelerate sacrum.
 In noua fert animus mutatam ducere carnem
 Lumina iam, socijs sit noua flamma meis.
 Altera iam facies, noua sit conspersio, ne iam
 Durent in uestro prisca uenena sinu.
 Iam semel exutos uictor iuga carnea fratres,
 Dux trahit, & scepro uos locat ipse nouo.
 Exuite infernam prolapsæ carnis amurcam,
 Ne miscete meis uana ligustra rosas.
 Ne sincera putri uiciuntur pectora morbo,
 Fermentum terræ pellite mortiferum.
 Vult sincera deus, priscoque carentia tabo,
 Mysticus Abramidis sic quoque panis erat.
 Quum uada uirgipotens calcaasset cærule Moses,
 Et populum magni duceret igne dei,
 Fermento nullo corruptum sumere panem
 Iussus erat, properam sic edit ante fugam.

Q. iij. Pura

Nescitis qz modicum fermenti totam massam corrumpit.

Expurgate igitur uetus fermentum.

Et sicut noua conspersio

Sicut estis azimi.

MVSA PAVLINA.

Pura farina uiris placuit fugientibus, ecce
 Fermentum pharyo linquitur omne solo.
 Postera plebs sacri celebrās monumēta triumphi,
 Fermenti nomen sic capit, ut saniem.
 Et non ante licet paschalem assumere mensam,
 Quam sine fermento septima lux fuerit.
 Quin & Mosē sunt iussa piacula turbæ,
 Fermentum propria si sinat esse domo,
 Vmbra illi rerum solam, nos uera tenemus,
 En maculæ nobis nescius agnus adest.
 Pascha pium christus pro nobis hostia factus,
 Exuias nichil criminis ille tenet.
 Iam semel Egyptum superi quæ nescia roris
 Euasit populus per crucis arma pius,
 Nunc superest uiuo celebremus festa decore,
 Cum bene per christum funus & umbra cadunt
 Ponite fermentum legisque umbræque priorem,
 Ut Mosi Pharaō, cæssit & ipse deo.
 Sydus ut auroræ nitidæ, seruusque regenti,
 Sic cæssit domino prisca figura meo.
 Ponite fermentum sceleris, tenebrasque, dolosque,
 Moribus innocuis hunc celebrate diem.
 Syncerus panis mens est sibi conscia recti,
 Simplex cum uitij discrepat illa malis.
 More nouo rutilent, summi monumēta triumphi,
 Tartara nunc agnus conterit ipsa pius.

Nunc

Et enī pascha nostrū
 immolat⁹ est christus

Itaq; epulemur non
 in fermento veteri.

Neq; in fermēto mali
 cū r nequicię.

Sed in azimīs synce
 ritatis r veritatis.

AD CORINTHIOS PRI.

Fol. 124.

Nunc iacet in rubro rabies teterrima ponto,
 Aethereus uitium si bene uincit amor.
 Si sincera cupis, si nulla & fæce moueris,
 Festa deo miles dulcia rite colis.
 At uitanda tibi fuerit cum spurca libido,
 Et quoscumque sues spurca libido facit,
 Si uelis in cunctis morbos taxare latentes,
 Exhibet campis græcia tota suis,
 Sat, quæ nigra palam faciunt iuuenesque senesque,
 Arguere, & nullis tradere corda dolis.
 Effuge peccantes quos noueris esse, rcosque,
 Publicaque ex oculis crimina pelle tuis.
 Transitus est mundus, Pharyas exisse catenas,
 Tempus adest, agnus te uolat ante pius.
 Signifer ecce uocat quotquot sua castra sequuntur,
 Sed uitium famulis non sinit esse suis.
 Candidus est, purosq; trahit, dein iungitur illis,
 Quid tibi cum socio si niger es miueo?
 Infectos comites ergo ut fera monstra caueto,
 Si tibi dat fratrem iam deus esse suum.
 Scorta, fames numi, simulacraq; uana deorum,
 Et quæ sub uitij cætera monstra latent.
 Non tibi conueniunt, pestes has effuge noster,
 Exosa electo sunt nimis ista uiro.
 Errorem gentis uideat deus, at pie frater
 In christo falsos corripe christicolas.

Q. iij Corripe

Scripti uobis i episto
 la/ne pmisceamini for
 nicarijs nō utiq; forni
 carijs hui⁹ mūdi / aut
 auaris / aut rapacibus
 aut idolis seruiētib⁹.
 Alioquin debueratis
 de hoc mundo exisse.

Ita autē scripti uobis /
 nō cōmiseri si his qui
 frater nō minatur in
 ter uos.

Est fornicator auarus
 aut idolis seruiens au
 tem maledic⁹ aut ebri
 osus aut rapax.

Et si huiusmodi nec ci
 bum sumere.

Quid enī mihi de his
 qui foris sunt iudicare

*Nonne de his q̄ intus
sunt vos iudicatis?*
Corripi & hos fugiens, ne sint tibi causa nocēdis
An potes in templo turpia ferre sacro?
*Nonne eos q̄ foris sunt
deus iudicabit.*
Vos decet o sancti ni grantia pellere monstra,
Templum perpetua quod lauat emptor aqua,
Expulsus morbo forsā respiciet auerno,
En redit ad dulcem prodigus ille patrem.
*Auferte malū ex vo-
bis ipsis.*
Vos quoque uicini fugientes uulnera loethi,
Incipite ad ueri sceptrā uenire boni.
Dix insons, uerusque pater, sanctusque magister,
Dulce caput, prauos nec probat esse uiros.
Iamque pias charites christanaque castra secuti
Auferte a domino pectora uestra malo.

CAPVT SEXTVM.

*Audet aliquis uisum
habēs negociū aduer-
sus alterum iudicari
apud iniquos & non
apud sanctos.*
Sed tamen in uobis priscae uestigia fraudis
Mens mea non paruo mota dolore uidet,
Liti gat aduersus christianum frater, & uno
Pro numo angelicos opprimit ille choros,
Immemor o christi te seua pecunia tantum
Impulit? heu fratres in fera bella moues?
Non erat hoc nimium, sub iniquo iudice certas,
Christicolasque lupum contrahis ante ferum,
Impius at Iudex qui christea dogmata nescit,
Cur socios magni iudicet iste dei.
Errat hic, & toto caelo confunditur, huncque
Heu petis in regno dicere iura tuo,

Iudic

Iudicio sancto subdetur mundus, & omne
Impietatis opus iudicat alma fides.
Cum duce tartarei calcata pecunia seeli,
Iam ruit & sanctis subiacet illa uiris.
At ueluti mundus domino sit iustior alto,
Illius ad uoces agmina sacra cies?
Quod si tanta tuum comitatur gloria sceptrum,
Signa crucis miles qui pia fronte geris.
Cur non de numis liceat componere causas,
Ut sit opus prauis tradere iudicibus?
Hi quasi plus sapiant quā christea pectora, gēs ne
Perdita plus æqui quam tua iuris habet.
At pudeat christane tuum putrescere nomen,
Quum regnes, seruum te miser esse facis
Angelicos noctis cuneos mundi que tyranos
Iudice te extremo tempore christus aget,
Nunc etiam pietas condemnat crimina, quique
Non reus est, cunctos iudicat orbe reos.
Tu tamen interea lucris agitatus auaris,
Iudice ab exoso non sua iura petis.
Dignum erat hoc potius, si tā sitis ægra moueret,
Si fluxi tantum pulueris umbra iuuat.
De grege christano censorem sumere quenquam,
Qui litem socijs auferat ore suis.
Sit quicumque, tamen si christi est flumine tactus,
Sit licet indoctus, non minus aptus crit.

An nescitis quoniam
sancti de hoc mundo
iudicabunt?
Et si in uobis iudicabi-
tur mūdus indigni estis
qui de minimis iudice-
tis.

Nescitis quā angelos
iudicabimus quanto
magis secularia,
Secularia igit iudicia
si habuerit.

Contēptibiles q̄ sunt
in ecclesia illos cōstitui
te ad iudicandum.

Iura

Iura dracon callens, famoso tullius ore
 Christicola nullo dignior esse potest.
 Qui sapiat christum, si cætera nesciat, ille
 Doctior est patribus curia græca tuis.
 Iustior est, quam qui uictoris lumina nati
 Fodit, qui domini pendet ab ore pijs.
 Addite, quod charitas poterit christiana laborem
 Tollere, erit iustis arbiter ipsa potens.
 Ni finire queat litem, refecare ualebit,
 Qui bene scit ueri dulcia iura boni.
 An precor in uobis tam manca est gratia, ne sit
 Vos inter motos qui sciat esse duos?
 Heu frater cum fratre suo contendit, & illum
 Demonis externi prouocat ante domum?
 Hoc scelus, hoc scelus est, quod litè & iurgia tra-
 Doctus in occiso uerbera ferre deo. (clat
 Dogma potes ubi nunc, ubi nunc pax inclyta chri,
 Quam bene cum mēbris hoc sibi corpus habet?
 Hoc erat in primis quum te pia sacra mouebant,
 Ne rebus uani iam caperere soli.
 Heus ubi de uitijs tua nunc est gloria fractis,
 Si numo inuigilans fratribus hostis ades?
 Heus ubi mens patiens media inter iurgia, quique
 Lite feris socium non feris ense tuum?
 Abstinuisse suos iussit, qui a sanguine doctor
 Nun precor aduersis hos probet esse foris?

Pax,

Ad uerecundiam uiam dico sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum. Sed frater cum fratre suo iudicio concedit. Et hoc apud infideles iam quidem omnino delictum est uobis / quod iudicia habetis inter uos.

Pax, pudor, & charitas, litem fugit, horrida uastis
 Rostra fori nescit religionis amor.
 Nescio quid fallax fraterni fingit amoris,
 Solus communes qui sibi raptat opes.
 An tunicam patiens post pallia dempta relinquet
 Litifer, ni socios qui mouet arma suos?
 Sed quæreris de fraude, tamen deus arbiter æqui
 Cuncta uidet, cunctos uindictet ille dolos.
 Tu potius dimitte illis, ait ipse magister,
 Qui furis & dominum sis memor esse pium.
 Seua pati melius quam ledere, conuenit ille
 Cum domino, infernis conuenit ille procis.
 Si lesus patienter amas, tunc christea uere
 Iussa tenes, nullis infurrit ille malis.
 At si in tela fræmis, rabidumque infur gis in hoste,
 Tu tibi cum seuis seuior hostis ades.
 Hic extrema rapit, iustæ pulcherrima mentis
 Tegmina tu propria perdis inique manu.
 At maior te morbus agit, cupis ipse nocere,
 Et sedet in uotis seua rapina tuis.
 Non erat hoc satius proprium repetisse, sed aufers
 Non tua de socijs raptor acerbe tuis.
 Heu fratrem fraudasse tuum tua gloria, quis te
 Liberet a summa si fuerit illa manu?
 Non pietas, non christus amans, non pignora uitæ,
 Tinctum flumineo non satis esse sacro

Quare non magis iniuriam accipitis / quare non magis fraudem patimini

Seco vos iniuriam facitis & fraudatis.

Et hoc fratribus.

Ni bona

MVSA PAVLINA.

An nescitis qz iniqui
regnū dei nō posside-
bunt.

Molite errare.

Necq; fornicarij/necq;
ido:is seruientes/necq;
adulteri necq; masculo
zū cultores / necq; mol-
les/necq; fures/necque
auari / necq; ebriosi/ne-
q; maledici.
Necq; rapaces.

Regnū dei non possi-
debunt.

Et hec aliquādo qui-
dem fuistis.

Sed abluti estis s; sā-
ctificati estis sed iusti-
ficati estis.

Ni bona uita patri christo respondeat uni,
Iusticiamque pium testificetur opus
An fugit hoc miser as mentes, quod crimina uestra
Principis æterni claudere regna solent.
Quis dabit ut scādat factum sceleratus Olympū,
Quamuis de gremio se putet esse sacro?
Nemo suos sensus terreno fallat amore,
Edico hæc, magni cernite iura dei.
Scorta, Venus, Molles, simulacraq; uana colentes,
Deturpans sexum scemina uirque suum,
Eur et auarus, inops, lusor, temulentus, adulter,
Quæ latrat in socios lingua canina suos.
Qui premit inualidos, alienaque prædia rumpit,
Qui rapit & falsum qualibet arte bonum,
Consortes regni poterunt non esse beati,
Nil data per nostras proderit unda manus.
Nil nouus his titulus, christi aut moriētis imago
Picta, nec iratum sæpe uocare deum.
Qui manet hos ignis grauior, quos nō pudet unū
Cum norint dominum deseruisse suum.
Vestra erat his quondam morbis agitata iuuetus,
Quum uirtus nondum cognita lucis erat.
Nunc renouata choors tergetibus incita flammis,
Terrenum sancti deseruistis iter,
Ne lapsum trepidate nefas, non prisca nocebunt,
Ni sint ad uomitum corda reuersa suum.

Nc se

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 127.

Ne semel abluti coenum redeatis ad illud,
Quod turpat stygio pectora mersa lacu.
Nec ueteri tabo iuuenem fuscate decorem,
Agmina formosi sanguine pulchra dei.
Ille quidem maculas absternit sanguine uestras,
Dat uitam cæsis mortuus ille uiris.
Iusticiæque decus preciosa contulit ara,
Et sanctos uerbi reddidit imbre sui.
Non hæc a factis foelicia lumina uestris,
Sed sunt a christi sanguine nata mei.
Arcano afflatu sua regna potentia firmat,
Tot bona ne uestro perditæ iam uitio.
Ne tantæ auctoris charam turpate figuram,
Ne iam sub uestris scindite uos gladijs.
O socij claro ueniam præstate docenti,
Ni tegit hæc uestrum cartha legenda malum.
Si uitis infensus ago, si pectora turbo
Vestra docens, Paulo parcite, uiuit amor.
Liber erit doctor, qui uerbi ad munia sancti
A castigandis non petit æra uiris.
O socij sensus duris arcete lupatis,
Ne ratio uotis discrepet ipsa suis.
Hac mihi cuncta licent, sed non his omnibus utor,
Est grande a licitis abstinuisse bonum.
Multa licent, quæ non conducunt, orta que sæpe
Principijs paruis grandia damna uides.

Est na

In nomine dñi nostri
iesu christi.

Et in spiritu dei chri.

Omnia mihi licent s;
nō omnia expediunt.

Omnia mihi licent s;
ego sub nullius redi-
gar potestate.

Est natura quidem modico contenta paratu,
 Et male si cupias hanc satiare, noces.
 Turpe uiris nimium uentri seruire uoraci,
 Plus saturæ carnis iam magis seruus eris.
 Arcebis medio sapias si labra liquore,
 Ne plus quam recto conuenit illa bibant,
 Escarum uenter locus est, aptantur & esce
 Ventribus, at bustis carnea iura cadent.
 Destruct ecce deus terrena negocia magnus,
 Ista sibi finem lex quoque carnis habet.
 Hæc caro sit quamuis pro tempore pasta, sed illa
 Non data, delicijis ut fruerere malis.
 Ne tu crede cibos modicos mea uerba uctare,
 Pascere te uitijis sed tua corda ueto.
 Ecce libido sacris est exagitanda flagellis,
 Ne caro iam ueneri seruiat ipsa sue.
 Escarum uenter locus est, at spurca libido
 Corporibus iustum non habet ulla locum.
 Corpora nostra deo uiuo sacrantur amore,
 Imperet & nobis quis nisi christus amans?
 Ille caput nostrum, capitis nos membra beantis,
 Iungimur unito tempus in omne deo.
 Vescendi studium mors finiet, at caput alnum
 Regnat cum membris duxque paterque suis,
 Utque a morte caput calcata suscitabit umbra,
 Membra simul gratis suscitabit ipsa deus.

Hoc

Esca uentri & ueter escis deo autem et hunc & hanc destruct.

Corpus aut non fornicationi.

Sed dno & dno corpi.

Deo uero & dno suscitabit & nos suscitabit p virtutem suam.

Hoc uirtute ducis, ueracia lumina terris
 Qui pluit, & faciens plurima plura potest.
 At te si capitis cupias unire decori,
 Et tandem pulchri regna uidere dei,
 Mostra procul pellenda tibi, uitiumque scelusque,
 Non capiti pulchro turpia membra decent.
 Te membrum christi uideas, corpusque caputque
 Agnosce & uili crimine surge iacens.
 An christi membrum seuo meretricis amore
 Inficis? heu gladio uulnera facta tuo.
 Membra dabis scorto, fuerat quæ tradita christo?
 Nec timeas lusum sic maculasse deum.
 Nec trepidas scelerare dei candentia membra?
 Plusque tibi Phyrnes quam deus ipse placet?
 Infelix, quæ tanta animum dementia ludit.
 Preponis puro sanguinolenta deo?
 Deferis autorem dulcissima cuncta ferentem?
 An puluis tanti somnus & aura fuit?
 Deferis hunc, qui te moriens a morte redemit,
 Ex hoste & gnatum te facit esse suum?
 Luce tuos oculos a somno urgente citauit,
 Vnde tibi qui te sic amet alter erit?
 Quid petitur misero nisi turpis adultera uoto
 Te uinctum laqueis ut ferat illa tuis?
 Obscureque suo tua lumina capta sopore,
 Et miseris uires implicet atque terat

An nescitis qm corpa vra mēbra sunt chpiti

Tollas ergo membra chpiti faciam mēbra meretricis?
 Absit.

Adde,

Adde, quod $\&$ terram terræ male perdit amator,
 Quasque male ammittit, plus male $\&$ rit opes.
 Aspicias christum, qui tam pia brachia tendit,
 Resque sub amplexum te uocat ipse suum.
 Palescit fateor spinis transfixus acerbis,
 Signa necis dextris $\&$ gerit alta suis.
 Si minus ista iuuat facies, quia pallet, apertum
 Ecce latus, plusquam quod petis intus adest.
 Sol tuus intus adest gemino pulcherrimus ortu.
 Delicias cuius dicere lingua nequit.
 Denique sub paucis complectar ut omnia uerbis,
 Quo nostras mentes impleat, unus habet.
 Vulnera magna quidem, sed nō deformia, fragrat
 Pulchra super nitidis lilia mixta rosis.
 Spirant æternos super omnia balsama rores,
 Ignotum mundo robur odoris habent.
 Si semel hunc fratres gustu capiamus amico,
 Vilescet nobis quicquid in orbe sapit.
 Hic dedit ingratis ueniam, sitientibus undam,
 Quæ potius dicas oscula mella dabit.
 Adde, quod $\&$ Solymo quæ cernis uulnera cæpo
 Suscipit, ut propria te tegat ipse manu.
 Afflixitque tuos ligno quod suspicis hostes,
 Si capis hoc, duplici robore surget amor.
 Absit, ut hunc frater pulchrum placidumq̄ relin
 Dum sequeris seedi gaudia uana luti. (quas

Qui id

Qui iacet in scorto, scorto putrescit in ipso,
 Et forma obscenæ una duobus erit.
 Vna inquit duo carne iacent $\&$ copula turpis
 Inficit ut nigro pectora tincta lacu.
 Qui tamen auctori non fictæ pacis adheret,
 Cum domino uite spiritus unus adest.
 Fœmina fraudato uelut est damnanda marito,
 Sic perit admissio crimine turpis homo,
 Vir tuus est christus, tanto ne illudere genti,
 Non bene cum spurcis contemnit ille iocis.
 Qui sacrata deo uiolas tua membra beanti,
 Dic mihi quo tandem fulmine dignus eris?
 Dat christus menti radios, Venus impia tollit,
 Ille deos homines, hæc facit esse suos.
 At fuge quisquis ades ueneris contagia seedi,
 Ne similem brutis improbus urat amor.
 Cetera quæ facies non sunt in corpore seua
 Crimina, sed figit corpore tela Venus.
 Inficit heu corpus proprium delusus amator,
 Dumque petit pulchrum, quæ male perdit, habet.
 Sola nec indigno spurcatur ad altera tactu,
 Polluit at uenas læsor $\&$ ipse suas.
 Illesus forsitan poteris pugnare sagittis,
 At ueneris uictor munere uictus eris.
 Hæc animum corpusque notis deformat auernis,
 Sed reliqua in solum turpia sunt animum.

R Est gra

An nescitis quoniam quod ad
 heret meretrici unum
 corpus efficitur.
 Erunt enim inquit duo
 in carne una

Qui autem adheret do-
 mino unus spiritus est

Fugite fornicationem.

Omne enim peccatum
 quodcumque fecerit homo
 extra corpus est.

Qui autem fornicatur in
 corpus suum peccat.

Est graue tenereo carnem incestare cruore,
 Tam leue ne damnum corporis esse putes,
 Hoc semel ablutum domino sacratur amanti,
 Et templum summi dicitur esse boni.
 Hoc emptum precio diuini sanguinis almo
 Suscipit efflatum numinis ore dcum.
 Vestra caro socij non est iam uestra, sed eius
 Qui manet in uobis spiritus omnipotens.
 Ne maculate dei formosa palatia sancti,
 Ius penes emptorem corporis huius adest.
 Ne sic turba dei mentis pia tegmina tractes,
 Non tua, sed domini quo semel empti tui,
 Sunt domini quas cernis opes, ne perde pudendis
 Igmbus, haud magno pollue sacra deo.
 Sacra prophanatus sua uindicat omnia christus,
 Ille rei princeps corporis ultor erit.
 At castum seruate uiro, seruate parenti,
 Corpus in hoc nimirum maximus emptor habet,
 Inuiolata boni seruate cubilia ueri,
 Vestraque mundicies gloria patris erit.
 Est obseruato non gloria parua marito,
 Amboque sic laudem foemina uirque ferent.
 Vosque deo dulces intacta carne fideles,
 Offerite aethereis dulcia sacra choris.
 Intacti portate deum, qui corpore uestro
 Ni foeda hunc pellunt crimina, semper adest.

Non

An nescitis qui membra
 uia templi sunt spiritus
 sancti qui in uobis est.

Quae habetis a deo et
 non estis uestri / empti
 cum estis precio magno.

Glorificate

Et portate deum in cor-
 pore uestro

Non tamen a nostro danatur copula uerbo,
 Quae fuerit sacri munere pacta tori
 Conubio seruandus bonos, quod conditor orbis
 Instituit, pulchri quum nouus orbis erat.
 Antequam raptio turpasset uiscera pomo
 Aena parens, iusti coniugis uxor erat
 Sed nostra ut uestrae satis haec sit littera chartae,
 Accipite a ueri fonte relata boni.
 Magnum erat in lecto diuinos coelibe somnos
 Carpere, & angelicos inter adesse choros.
 Sancta quidem in sancto censenda est copula christo,
 Iuncta deo nullum corpora crimen agunt.
 Sed tamen est crassum, quod carnea brachia fundunt,
 Illustres animae quod facit, ima petant.
 Praeterea sensus curis terrestribus actos
 Quis neget ad purum segnius ire dcum?
 Sed timeo lapsum, terrena incendia noui,
 Altaque sunt casu nempe timenda suo.
 Tutius ergo uiris uxorem ducere, namque
 Sepe leues animos carneus ignis cedit.
 Duxisti uxorem, ne sis uxorius, illi
 Debita redde, tuo sed tamen ante deo.
 Dimidiumque tui consors tractetur amore,
 Sed casto, illicitos nec sciat ille iocos.

R ij Vniti

De quibus aut scriptis
 mihi bonum est homi-
 ni mulierem non tangere.

Propter fornicationem
 aut unusquisque uxorem
 suam habeat et unaque-
 que suum uirum habeat.

Uxori uir debitum red-
 dat.

MVSA PAVLINA.

Similiter autē et vroz viro.
 Vniti in christo uotis concordibus ambo
 Permancant casto foemina uirque toro.
 Perque alterna suis medeantur gaudia morbis,
 Vt melius carnem frangat uterque ream.
Mulier sui corpis potestatem nō habet s; uir similiē autē et vir potestatem nō habet sui corpis sed mulier.
 Reddat uterque suo sed pectore debita casto.
 Poscenti durum cuiilibet esse nefas.
 Sed uideat dum quisque petit, quod prolis imago
 Sit prior in uotis non Venus ulla suis.
 Ne tu more ferē flammis incumbere nefandis,
 Non semper campum qui serit urget eum.
 Forma, modus, christusque placet, ne crimine sedo
 Turpes a domino membra iugata tuo.
Nolite frau dare inuicem
 Nec potes electum mulier fraudare maritum,
 Si uelis æthereo uiuere casta modo.
 Vir quoq; foemineum ne fraudes foemine partum,
 Sed simul innocuas reddat uterque uices.
Nisi forte ex consensu ad tempus ut uacatis orationi
 Et iterum reuertamini in idipsum
 Consensu alterno disferri foemina possunt,
 Dum soluit iustas uirque marita preces.
Nec tētet uos Sathanas propter incontineciam uestram.
 Sæpe Sathan suadet sancta et celeberrima, quorū
 Ad maiora uiam uulnera casus habet.
 Callidus occulto mortales circuit astu,
 Mixtaque dat pulchris nigra uenena rosis.
Hoc autem dico scdm indulgentiam.
 Nec quia diuinis præponam terrea donis
 Hæc loquor, ad mores non mea dicta meos.
 Consulo

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 131.

Consulo per genti, qui cuncta pericula noui,
 Quod minus est clarum, tutius esse solet.
 Non cogo ad lectum tua pectora frater amicū
 Et nō scdm imperium
 Esse quidem si sint robora uirgo potes.
 Esse etiam castus, uelit hoc si foemina, forte
 Sed tua sub nimio pondere gemma ruet.
 Te similem nostro si robora tanta tulisses,
 Et thea non uinctum ducere sacra uelim.
 Virgineam aut carnem diuo sacrasse pudori,
 Quæ incipiat socium iam sibi nosse deum,
 Iura ue conubij terra suspendere fracta,
 Iamque soror casto diceret, uxor ero.
 Sed uelut imperio non ausim poscere nostro,
 Quod deus ad populo non petit ipse suo.
 Castratos siquidem regni celestis amore,
 Ille inquit pleni sceptrā manere boni.
 Non tamen a cunctis inuuptas exigit aras,
 Sufficit acceptum non uiolasse iugum.
 Est uarium cuiicunque decus, non omnibus una
 Virtus, non uisdem uiribus omnis amor.
 Sic uarias dotes multis dat conditor unus,
 Hac magis et pulchrum luce gubernat opus.
 Grāde opus est carnis, proprioque tēperat ignes,
 Nec cunctis istud conueniebat onus.
 Virginibus dux uirgo placet, non contigit istud
 Omnibus, at uarijs omnia pulchra modis.
 R iij Sunt

Omnes uos hoēnes esse sicut meipsum.

Sed,

Quisquisq; propriū donum habet ex deo.

MVSA PAVLINA.

Alius quidem sic alius uero sic. Sunt alijs alij, non omnia possumus omnes,
Sic bene per pulchrum cuncta ligata deum.
Sic micat ornatu diuina hæc machina miro,
Dum uirtus dotes una super uarias.

Dico aut non nuptis. Nec te pœniteat si sumpta ad uincla laboras,
Nec damnes sortem ni tenet ille tuam.
Dono quisque suo mensuram ad luminis almi
Letctur proprio castus in officio.
Sat super his, affert alium digamia questum,
Si memor est chartæ littera nostra tuæ.

Et uiduis. Sunt inter uestros obita, qui tollere morte
Coniugium alterius tempus in omne putant.
Et semel a sacris socio moriente solutus,
Non habilis lecto dicitur essenouo.
Ecce uides quæ sit casti sententia Pauli,
Quod renoues uiduum nõ probat ille torum,
Sors uiduis præclara sacræ uelut æmula uitæ,
Mens decus æternum, ceu pia turtur amet.
Et coniuncta deo gratis se misceat horis,
Amplecti pulchrum gaudia uera deum.
Quod tibi si tales fuerint in prælia uires,
Orbatus chara compare solus eris.

Quod si non se continent nubant. Sed uarios habitus habeant cum corpora frater,
Naturæ uires consule, quodque potes.
Qui semel expertus uiolenta libidinis arma,
Scit bene quod duris ignibus impar erit.

Com

AD CORINTHIOS PRI.

Fol. 132.

Coniugium petat, hoc uitabit nomine culpam,
Ne Venus infido corpore uulnus agat.
Non nego, non iubeo, propriam tu consule flammã,
Sipotes & solus uiuere, maior eris.
Antea quam ducas licitum pensare quid optes,
Ut subeas nexo pondera magna iugo.
At post consensum, post sacra iugalia, non iam
Sit tibi fas carnem deseruisse tuam.
Ethnica gens christo diuini nescia pacti
Sacra leui causa frangere iura solet.
Sed uenit dominus lecti fundator honesti,
Consortem proprio pellere posse uiro.
Id quanquam Moses populo permisit acerbo,
Non probat hoc, duras sed timet ille manus.
At christus Sol cuncta uidens æquusque ligator
Ut liceat mœcham deseruisse sinit.
Si uitijs alijs coniux turpetur, ob ille
Non licet irato rumpere sacra uiro.
At sit ab externo si turpis adultera taclu,
Tunc tibi legitimum posse negare thorum.
Sed nisi læsus amor sacer est, non pelle maritam,
Dimidium hanc animæ sis memor esse tuæ.
Quod si mutato coniux discedat amore,
Non licet hanc alio subdere colla iugo.
Abstineatque gemens iterato coniuge, forsan
Mitior in taclam uir suus accipiet.

Melius est enim nu-
bere quam vri.

His autem qui matr-
monio iuncti sunt.

Præcipio nõ ego sed
domin⁹ vxor enim a vi-
ro non discedere,

Ad si discesserit ma-
nere innuptam.

Aut viro suo recẽcilia-
ri & vir vxorem non di-
mittat nã ceteris dico
ego non dominus.

R. iij Quod

Quod bene si solitos mulier non temperat ignes,
 Pace, prece, offensum leniat ipsa uirum,
 Ni semen iratum deffleat casta maritum,
 Abstineat uinculis tempus in omne sacris.
 Si non christiano mulier christiana marito est,
 Et cupiat leges ille, uel illa pares,
 Non mihi adhuc ueri super hoc sententia christi,
 Sed puto sic firmi uincula manere thori.
 Chara potest charum monitis formare pudicis,
 Vir pius, uxorem curet & esse piam.
 Sin minus impietas nan inficit altera corpus
 Alterius, sacri tot bona coniugij,
 Coniugium pactamque fidem nō crimina laudo,
 Legitimos natos nam facit esse fides.
 Impar religio, sed par affectus, ad unum
 Forte trahet radijs utraque corda pijs,
 Sin tamen horret humus, nec iam spes ulla uidēdi,
 Sed manet in somno mens rea firma suo.
 Deserta consorte pius discedat & ultra
 Non toleret pestem tempus in omne grauem,
 Non opus est semper peruersum ferre maritum,
 Prolixo autorem qui negat ore suum,
 Dum tamen incertum est, an lux uentura uocato,
 Alterius thalamum linqueret nemo uelit.
 Non noua religio pacis terit ipsa decorum,
 Sed manet hic idem qui fuit ante tenor.

Quum

Si quis frater uxore
 habet infidelem & hęc
 consentit habitare cū
 illo nō dimittat illā & si
 qua mulier habet uirū
 infidelem, &c.

Sāctificat⁹ est em vir
 infidelis p mulierē fi-
 delē/et sanctificata est
 mulier infidelis per vi-
 rū fidelē/alioquin filij
 vestri immundi essent
 nunc autē sancti sunt.

Quid si infidelis dis-
 cedit discedat.

Non em seruituti sub-
 icct⁹ est frater vř soror
 in eiusmodi.

In pace autē uocauit
 vos de⁹/ vnde em scis
 mulier si uirū saluum
 facies aut vnde scis vir
 si mulierē saluū facies
 nisi unicuiq; sicut diui-
 sit dominus.

Quum baptisma scelus lustrantibus abluuit undis,
 Non frangit ueri pristina iura tori.
 Vxor erit, quę nuper erat, tua crimina frater
 Abstulit, at sacrum non pia lymphā iugum.
 Rex communis amans, non hos non separat illos,
 Non turbat donis publica iura suis.
 Omni sorte manet ueri spes leta triumphi,
 Sancta petit purus nil nisi corda deus,
 Sic eat & quisquis uelut hunc bonus ante uocarit
 Hoc est, quod Paulo te docet ipse deus,
 Ergo age si fueris christiana ad lumina tractus,
 Non ideo acceptum desere coniugium.
 Si circumciscus, ne te iam prisca morentur
 Cultra uetus radio non nocet umbra nouo.
 Si Græcus, si Toruus Arabs, si Barbarus horres,
 Est habilis uite flumen adire noue.
 Non opus est nostris nomen mutasse genus ue,
 Vnum opus est passi iussa subire dei.
 Hoc opus est, noto maculas deponere christo,
 Nec iam fallaces carnis adire uias.
 Sat, si uita nouo mutata est terrea cultu,
 Non status ille prior sorte mouendus erit.
 Quin etiam & seruus uitali flumine lotus
 Subditus ut domino permanet ante suo.
 Aequo animo frater sortem patiaris acerbam,
 Sat tibi sit charo sic placuisse deo,

Sat tibi

Antiquus sicut uo-
 cavit deus ita ambu-
 let & sicut in omnibus
 ecclesijs docto.

Circūciscus aliq; voca-
 t⁹ ē nō adducat spūitū

In p̄p̄utio aliq; vo-
 car⁹ est nō circūciscat

Circūciscio nihil est et
 p̄p̄uitū nihil est sed
 obsecratio p̄ mandato =
 rum dei.

Quisquis in qua vo-
 catōe vocat⁹ est/in ea
 permaneat.
 Seruus uocatus es.

Non sit tibi cura sed &
 si potes fieri liber ma-
 gis utere q̄ in dño vo-
 catus est seruus liber-
 tus est domini.

Sat tibi si a stygijs soluit tua corda tyrannis,
 Ni uult a proprio soluere christus hero,
 Si ingenuus, gratare deo, ne uincula quæras,
 Nec te sub socium miseris ipse tuum.
 Tam bene qui seruit, uel iniquo seruiat hosti,
 Ut iam transacto tempore soluat eum.
 In domino seruus diuina luce uocatus
 Libertus magni dicitur esse dei.
 Ingenuusque atauos qui narrat in ordine multos
 Se seruum christi nouerit esse mei.
 Ambo igitur summæ ueneretur munera dextre,
 Sit pius, atque suo gratus uterque loco.
 Non hunc excruciet fors hæc, non eleuet illum,
 Posse frui uero sit tibi cura bono.
 Si seruire graue est christo solare perempto,
 Liber & a culpis quod pius est animus.
 Libera mens uitijis habet & sua gaudia fractis,
 Quamuis sub duro sit graue corpus hero.
 Si tamen ingenuus, ne duras erige christas,
 Te redimens seruum te facit esse suum.
 Seruus eris, si liber eris, ne solue furentem
 Affectum, ut donis præcipere tuis.
 Te decet emptori subiectum uiuere regi,
 Mancipiumque tui sis memor esse dei.
 Si seruis duro nimium, si iniusta reposcit,
 Non facias, iuso crimine iussor obit.

Iustum

Similiter q̄ liber uo-
catus est seruus est christi

Precio empti estis

Iustum erat ut precio diuini sanguinis emptus,
 Non nisi iam emptori seruiat ipse suo,
 Et mihi libertas non displicet ista, nec ullus
 Debebat socio ponere fræna suo.
 Relligione tamen ne publicus ordo fatiscat,
 Improba sic multis detur & ansa dolis.
 Sortem quisque suam ferat æquo pectore, & ante
 Cuncta colat magni iussa fidemque dei.
 Nec te hominis seruum contempto redde tonante,
 Qui deus est cunctis anteferendus erit.
 Si te qui numis habuit tibi uincula necit,
 Quis te de christo soluat amice deo?
 Exutus stygijs hoc es moriente catenas,
 Non potes emptorem quippe negare tuum.
 Iure prior dominus, cum sit tuus ipse redemptor,
 Te uinctum precio detinet ille suo.
 At sunt in pactis sua uincula, seruit & hærens
 Coniugio, cœlebs, & sibi liber adest.
 Sed non libertas quæ sit coniuncta periclo
 Vera, timet scopulos hæc quoque parte suos.
 Virginitas (quæsisisti enim) si ferre maritum
 Perpetua an præstet uirginitate frui.
 Exigo nil, nec enim domini præcepta, sed opto
 Pro consorte alium carnis habere deum.
 Quod mihi nunc placuit, cui non placuisse licebit
 Munere nam domini dogmata uera tuli.

Virgo

Nolite fieri serui ho-
minumQuisquis ergo in quo
uocatus est frater in hoc
pmaneat apud deum

De Virginitate autem

Præceptum domini
non habeo.Consiliū autē do tanq̄
misericordiā consecus-
tus ut sim fidelis

Existimo effi hoc boni esse propter instantem necessitatem. Quoniam bonum est homini sic esse.

Alligatus es uxori noli querere solutionem

Solutus es ab uxore noli querere uxorem.

Si alit acceperis uxorem non peccasti.

Et si nupserit virgo non peccavit.

Tribulationes istius carnis habebunt huiusmodi.

Ego alit vobis parco

Virgo agnus fuit ille deus, christumque secutus,
Ni tibi defuerint robora, maior eris.
Adde, quod & longae pariter cum coniuge cura,
Pondus uirgo minus plus quoque laudis habet.
Sed quoniam lasciva caro, funestaque circum
Prælia, nec celebs quilibet esse potest,
Hic vires metire tuas, sortemque modumque,
Ne mala cum fugias plurima, plura feras.
Duxisti uxorem, non illam desere, non est
Prætextu christi, caeca paranda Venus.
Stulta maritali non flexeris ora capistro,
Si tremis impositi pondera ferre iugi.
Si cupis arcani tractare negocia caeli,
Et cum foecundo fertilis esse deo.
Quod si duxisti proprijs diffusus in armis.
Ne geme, legitimi sunt tibi iura thori.
Non scelus hoc, iunxit conubia sancta creator,
Est tamen accepto sarcina magna iugo.
Quin etiam si uirgo velit conubia, nubat,
Nosse uirum dempto crimine casta potest.
Sit memor illa tamen, crudelibus obsita curis
Quod nupta æthereo sit minus apta bono.
Vagitus dabit ecce puer, nunc improba pellex,
Nunc domus, & soliti cura paranda cibi.
Si male te teneas, misero succurre furori,
Si bene, uirgineo sunt bona plura thoro.

Virgia

Virginitas foelix uinclo inuidiosa iugali est,
Sed nimis a casu quippe timenda suo,
Tutius est lecto committere corpora sacro,
Sit licet ob curas sarcina magna nouas.
Quisque sibi potius quod iuuerit, ipse nec illud
Exigo, nec iuuenem nubere posse ucto.
Hoc neque iam dubitem christiano poscere uerbo,
Mente putes omni quam breue tempus habes.
Esto memor properare æuum, pompæque, decusque,
Ceteraque ut teneras corruiura rosas.
Gaudia uana ruunt, terrenaque cuncta labascunt,
Ut quatitur duro fraxina uirga noto.
En suprema dies nobis luctantibus instat,
Ad precor hanc socij corda parata mei.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum,
Quid facitis segnes? non procul hostis adest.
Quorsum opus est tanto peritura hæc querere uoto?
Anxiaque in uanis corda perire notis?
Imminet æternum, cum sic properemus ad illud,
Pectora nostra dolor, spesque, metusque, trahet?
Respice ad æternam christiano sanguine uitam,
Ne curis miseri sollicitere soli.
Cum turbantur aquæ nullâ bene reddere possunt,
Effigiem, curis mens tua sic uarijs.
Non nisi trâquille labuntur lumina menti,
Nec micat umbrato solis imago sinu.

Suscipia

Hoc itaq; dico fratres
tempus breue est.

Reliqui est ut qui ha-
bent uxores tanquam
non habentes sunt.
Et qui flent tanquam
non flentes.

Et qui gaudent tanquam
non gaudentes.

Et qui emunt tanquam
non possidentes.

Et qui videntur hoc mun-
do tanquam non videntur.

Suscipis uxorem ne totum absorbeat uxor,
Ne leuis a caelo pectora uertat amor.
Te fortuna premit, uero ne insiste dolori.
Terrea non lachrymas hæc meruere tuas.
Te presso aduersis ne mēs simul enthea plangat,
Nil homini sancto perdita terra nocet.
Pone seclus, toto nihil est hoc flebile mundo.
Quid ploras tantis merse cupidinibus?
Hæc tibi si signis arriserit aura decoris,
Respice, sunt somni gaudia parua tui.
Non opibus paruis animus satiatur in ista
Nocte, sed æthereas altus anbellat opes.
Impiger Hispanis ueniens mercator ab indis,
Cernat ad extremum cuncta uenire diem.
Nec possessorem uerum se credat, ut auro
Fidat quod secum uentus & unda trahunt.
Denique, quos mundus curis inuoluit amaris,
Utantur proprijs, sic quasi non fuerint.
Sint memores dominique sui uiteque necisque,
Primaque sit cœli cura, secunda soli.
Tantum offert solas mundus mortalibus umbras,
Nil solidum nihil & quod bene seruet habet.
Umbra boni tantum est, requies quā quis in orbe,
Umbra mali, miserum quod fugis ipse malū.
Ergo sperabis nihil hoc nihil orbe timebis,
An precor hæc tanti, sit leuis umbra tibi?

Præto

Præterit umbra ruens, fugienti cede furori,
Non te sollicitum si sapias umbra feret.
Nete distincant mundana negocia, qui iam
Vera uides uoto regna patere tuo.
Propterea potior fors est in coelibe uita,
Crede mihi nimium ponderis uxor habet.
Non sibi distrahitur partes diuisus in omnes
Vir cœlebs, placido sed uacat ille deo.
Non socerum parat hic longo placasse labore,
Ut meritis ualcat plus rapuisse seni.
Non studet, ut multis acquirat prædia natis,
Vnde ipse ad stygias forte feratur aquas
Non duram uxorem miseris arcere capistris,
Castam quæsitis aut satiare bonis.
Huic deus est coniux, socer est & filius, ec quid,
Si placeat pulchro plus petat ille deo?
Cum consorte tamen curis detentus iniquis
Cernendi cœlum uix habet ipse locum.
Ipsæ sibi diuisus obest, & olympica uellet
Gaudia, sed rursus pondere fessus abit.
Nupta etiam pleno uix seruit sedula christo
Curarum patulis torta voraginibus.
Dum studet atque simul christo mundoque placere,
Non satis hæc dominis una duobus adest.
Nec uos in foueam cupio male ducere teclam,
Dum probo uirginei gaudia mira boni.

Non

præterit enim figura hu-
ius mundi uolo aut uos
sine solitudine esse.

Qui sine uxore est so-
licitus est quæ dñi sunt
quomodo placat deo.

Qui autem cum uxore est:
solicitus est quæ sunt mundi:
quomodo placeat uxo-
ri: diuisus est et mu-
lier innupta et uirgo co-
gitat quæ dñi sunt ut sit
secta corpore et spiritu.
Quæ autem nupta est co-
gitat quæ sunt mundi quo-
modo placeat viro.

Porro hoc ad utilitatem
vram dico non ut laqueus
vobis iniiciam sed ad id

quod honestum est et
quod facultatem praebeat
sine impedimento do-
minum obsecrandi.

Si quis aut turpe se vi-
deri existimat super virgi-
ne sua quod sit super adul-
tera et ita oportet fieri quod
vult faciat non peccat
si nubat.

Ma quod statuit in corde
suo firmo non habes ne-
cessitate potestate aut
habes super voluntate: et
hoc iudicabit in corde
suo servare virginem suam
bonum facit. Igitur et quod ma-
trimonio iungit virginem
suam bonum facit: et quod non con-
iungit melius facit.

Mulier alligata est le-
gi quanto tempore vir eius
vivit quod si dormierit vir
eius liberata est a lege cui
vult nubat tantum in domino
beatior tamen erit si sic pro-
miserit secundum meum con-
siliu. Quod autem quod et
ego spiritum dei habeam.

Non ueto coniugium, socijs sed consulo charis
Coniugij curis se exonerare uelint.
Ac magnum duxisse deum, mensisque beatis
Inter olympiacos prandia ferre choros.
Expendat se quisque tamen, pensetque uigorem,
Num se habilem uotis iudicet esse meis.
Hinc qui turpe putet natam retinere pudicam,
Hanc locet, et genero sit socer ipse suo.
Si matura uiro, si plenis nubilis amnis,
Si uelit, in christo nubat et illa meo.
Non scelus in christo castas accendere tædas,
Sed decus intacto corpore maius erat.
Qui potiora sequens statuit seruare uolentem,
Ut sit sponte alto nupta futura deo.
Non locet hanc, durum est diuino obistere uoto,
Sat bene, si domino nupserit illa suo.
Coniugio casto iuuenes arcere uolentes,
Non tutum est, christus nec probat ipse meus.
Durius est tamē hanc, ad uanum impellere sæclum,
Quæ fuerit ueri lumine tacta boni.
Quisque quod expediat, quærat sibi, nec tamē ulli,
Sit licitum multis ponere membra thoris.
Coniugij legem soluit mors, coniuge cæso,
Liberata sit uiduo, sola relicta thoro.
Si tamen huic placeat solito se offerre labori,
Coniugis alterius iura subire potest.

Alfj

At si permaneat sic illa, beatior, hoc et
Si fieri possit consulo non iubeo.
Ne tu consilium diuini sperne ministri,
Crede mihi, flatum numinis ipse gero.

CAPVT OCTAVVM.

HActenus ingentes curas, et pondera læli,
Gratius et christo uirginitatis opus.
Nunc ad uestra paro super bis consulta quietem
Dicere, quæ falsis sunt male sacra deis.
An liceat nobis pasci de carnibus illis,
Sacra colens patrios quas tulit ante deos.
Si bene perspicias quod dii sunt saxa, uel aurum,
Aut æs, aut nihilum, sanguine, mente, carens,
Nil nocet oblatas nihil accipientibus escas
Post crucis auxilium sumere christicolis.
Nam nibili nihil ara nocet, nibiloque dicatum
Est nihil, haud iustos concipis inde metus.
Sed quia non doctum titubat super omnia uulgus,
Hosque uelut prauos horret adire cibos.
Abstineat charitas socios offendere uisu,
Despicias fratrem cur precor ipse tuum?
Est charitas diuina parens, est prouida cunctis,
Teque minus doctum quam uelit esse pium.
Dissimulanda tibi tunc est sapientia fratri,
Cum timor indoctis posse nocere uiris.

De his autem quod idolis sa-
crificant / scimus quod om-
nes scientiam habemus.

Scientia inflat chari-
tas uero edificat.

S Nam

Si q̄s aſit ſe exiſtimat
ſcire aliqd̄ nondum co-
gnouit quemadmodū
oporet cum ſcire.

Si q̄s autē diligit deū
hic cognitus eſt ab eo.

De cōſis autē q̄ idoli
molantur/ſcīn̄ q̄z ni-
hil eſt idolum mūdo.

Et q̄ nullus deus ni-
ſi vnus.

Nam quis de picto uiuentia numina ſaxo
Eſſe putat? multos quis putat eſſe deos?
Hęc ſcimus, at cautum eſt, penſum ſeruare ſciēdo,
Sæpe nocet docti bulla ſuperciliij.
Præſcribit charitas uſum formamque ſcienti,
Hac uenit, ut ſemper qui nocet inſipiat.
Diſce deum, ſi ſcire placet, doctusque uideri
Qui cupis, ignoto non potes eſſe deo.
En deus eſt charitas, deus eſt ſapientia, nullus
Si nocet eſt ſapiens, nam deus eſt charitas.
Vt deus eſt charitas, non eſt uia danda nocenti,
Leſor & inſipiens, ut deus eſt ſapiens.
Ergo & q̄ dominum credit bene fidus in unum,
Irridet uifis ethnica ſacra dolis.
Saturni ſobolem, generoſque, nurusque deorum
Ridet, & ad furnas tradita liba manus.
Ridet & innumeris ſtruelam de cornibus aram,
Principis & ſtygij iura timenda Ioui.
Maclatas pecudes, & olentia ſanguine templa
Ridet, & æquoreos antra ſubire deos.
Nigrā hyemi pecudem, zephibis foelicibus albā,
Ridet, & ad ſanctam, quæ cadit agna lupam.
Irridet Faunos, Satyros, Dryadesque, Cibelem,
Et fera quæ a lumbis uulnera cœlus habet.
Pallori, febri, Nemeſi, inſipientia uota,
Barbarico tractas ridet & orbe deas.

Contem

Contemnit dictos terra cœloque penates,
Ac unum tantum credit ad eſſe deum.
Vera fides noſtra eſt, nec nos dator ipſe feſellit,
Vnus enim nobis tempus in omne deus.
Ille pater noſtri chriſti, qui condidit orbem,
Perfectumque pia uoce, gubernat opus,
A quo ſunt nobis dona omnia, cuique per æuum
Mens cupit hæc uero noſtra placere pio.
Vnus qui mentes ſe principe ſuſtinet omnes,
Firmat, & illapſu pectora noſtra ſuo.
Vnus & eſt dominus chriſtus, per quē bona nobis
Omnia magnificus contulit ipſe pater.
Vnus qui noſtras uero fugat igne tenebras,
Nos leuat in radijs ad ſua regna ſuis.
Hic dedit autorem nobis cognoscere uerum,
Hoc noto falſos non coluiſſe deos.
Quique Ioues Phrygios, impreſſaq̄ numina ſaxis,
Riferit, utque alios hos putat eſſe cibos,
Is chriſtitanus erit, ſentit bene, ſi tamen illud
Omnibus ex æquo ſic uideatur opus.
Sed male perſuaſum pueris, ſacra priſtina cordi,
Eſt & adhuc nihilum qui timet eſſe aliquid,
Hos, te ſi uideant epulis accumbere ſacris
I ſacra uocant gentes, fallere nempe potes,
Sacraque chriſtitanis ceu non abiecta miniſtris
Incipient alio nunc coluiſſe modo,

S ij Forte

Mā r̄ ſi ſunt q̄ dicatur
dū ſiue i cœlo ſiue i ter-
ra ſiquide ſūt dōj mul-
ti r̄ domini multi.
Mōbis tamen vn̄ deo
Water ex quo omnia.

Et nos in illo

Vnus r̄ dñs iefus chr̄s
ſus per quem omnia

Et nos per ipſum,

Sed nō in oib̄ eſt ſci-
entia quidā aſit cō-
ſcientia vſq̄ nūc idoli
idolotitum manducā

Et cōſciētia ipſoſi cū
ſit infirma pollutur.

Forte aliquis nondum perfecto robore fidus,
 Qui pleno totam non bibit usque fidem.
 Exemplo ad ritus ueteres descendet in isto,
 Hoc scelus & socio credet inesse suo.
 Incipietque nefas riuo coalescere iacto,
 Mentibus & teneris gramina dira dabit.
 Durum opus est carni, ueteres deponere mores
 Dirius a telo temporis ulcus obest.
 Est infans uirtus monitis au genda benignis,
 Ut plenum tandem possit habere iubar.
 Cum iuuenes quondam duclaret grandior etas,
 Creuit ad imperium paruula Rhoma suam.
 Infirmos animos firmi ductate fideles,
 Leniter excussus sic bene surget amor.
 Coeca superstitio non est uellenda furore,
 Saepe iuuenca graui pondere fessa ruit.
 Qui grauiter spirat, flammam extinguit inertes,
 Per flatus molles ignis alendus erat.
 Siciuuat infirmis strictum laxare capistrum,
 In paruis magnum est dissimulare bonum.
 Dum tenerum numen dum spes est ulla medendi,
 Mitior & tactus uincere dura solet.
 Cum decor affuerit totus, cum mascula uirtus,
 Cumque humilis supero uertice flama uolet,
 Tunc gladijs strictis & aperta cuspide totum
 Rumpe scelus, belli tunc tibi tempus habes.

Interea

Interea caueas teneras offendere mentes,
 Ne perdat socium dura medela tuum.
 At dices nihil esca facit, non fercula iustos
 Commendant nostro sed pia corda deo.
 Non aliquid uenit nobis, qui cuncta creauit,
 Dummodo naturae tradita non ueneri.
 Non pietas escis sed mentibus, intima corda
 Qui probat, ob solum non probat illa cibum.
 Hoc uerum est, si non teneri offendantur amici,
 Duret, & exemplo sit grauis umbra tuo.
 Quere cibos alios, famamque extingue pudenda,
 Non potes his captis sanctior esse cibus.
 Qui tamen hos capiat, non est impurus, at iste
 Non uero plenis lumine uisus obest.
 Nam te quum uideat qui paruulus ante putabat,
 Omnia te puri dogmata scire dei,
 Inter conuiuas communibus affore mensis,
 In quibus inferni principis umbra sedet.
 Te putat igne pari simili succumbere nocte,
 Et christo uanos iungere uelle deos.
 Proditus hoc frater foedata mente peribit,
 Causa necis comiti sic eris ipse tuo.
 Sit licet infirmus, nec adhuc bona creuerit alta
 Utque puer uanis haereat ille notis.
 At frater, christoque tibi charissimus esse
 Debet, & humanis charior esse cibus.

S iij Respi-

Esca autem non nos
 comendat deo.

Nec enim si manducauerim
 absquid abstinuimus
 nec si non manducauerim
 minus deficiemus.

Uideate autem ne forte
 haec licentia uestra offendi-
 culum fiat infirmis.

Si quis enim uiderit eum
 qui habet scientiam.

In idolo recubentem
 nonne conscientia eius eum
 sit infirma edificabi-
 tur ad manducandis
 idolatrica.

Et peribit infirmus in
 tua conscientia frater.

Propter quē christus
mortuus est.

Sic autē peccātes i fra-
tres ꝛ percipientes cō-
scientiā illorū infirmā
in christum peccatis.

Qua ppter si esca scā
dalizat fratrem meū nō
māducabo carnē i eter-
num ne fratrem meū
scandalizem.

Respice ad inualidos diuino sanguine tersos,
His etiam cæso principe parta salus.
Parta salus precio uitæ morientis opimo
His etiam, socios perdis inique tuos?
Ne leue crede nefas, hominem male pdis amicum,
Cœlitibus, nostri pignora chara dei.
Hos minimos sibi christus amat, noscitq̄ redēptos
Et læsum membris se putat esse suis.
Quid facis? admonuit fraterno corde magister,
Infirmos cunctis ut tuerere modis.
Ipse equidem dapibus non esse discrimina noui,
Dum ualeant puro corda placere deo.
Si tamen ob nostras turbatur paruulus escas,
Abstineam crassis tempus in omne cibus,
Nam qui neglexit fraterna pericula frater,
Pollutum casto se sciat esse cibo.

CAPVT NONVM.

Nam neq̄ quid liceat semp̄ spectare licebit,
Tempore sed tali quid magis expediat.
En charitas informat opus, quæ publica quærit
Commoda, quæ socijs prospicit, una suis.
Abstinet a licitis pietas, cum conuenit, ecce
Paulus in exemplo te monet ipse suo.
Non feci, quod sæpe mihi fecisse licebat,
Dum sedet in uoto christica turba meo.

Ecce

Ecce ego ꝑ cunctum sum missus apostolus orbē,
Gentibus excitis ut pia signa darem.
En canimus domini fœcunda charismata ueri,
Inque meis iussis unicus auctor adest.
Utque alijs est æqua mihi concessa potestas,
Ut pereant gladio crimina prisca meo.
Christum suspexi, uocemque his auribus hausi,
Et bibit a uiso mens mea læta deo.
Quod si facta notas, iā me quoq̄ suspice magnā,
Ex tenebris populi clara trophæa tuli.
Ostendi græcis Solem, radiosque deumque,
Ruptaque sunt dictis tartara uestra meis.
Hoc quāquam mittētis opus, tamen ipse minister,
Sum domini, ꝛ nostris optima signa dedi.
Isthmicumque scelus diuina uoce fugauī,
Cessisti nostro iam pia turba deo.
Quid magis hoc alijs? nam si mea facta petūtur,
Nostra leuat longe nomina uestra fides.
Vos diploma meum, christo pia germina compsi
Vos ego, sit domini gloria sola mei.
Hæc soleo responsa uiris dare dura superbis,
Quum me quis fuerim corde furente rogant.
Si mea tot factis clarescunt nomina uiris,
Et patet in uobis quod mihi numen adest.
Cur minor ꝛ socijs uidear, quo crimine læsus
Non dicar christi nuncius esse sacri.

Nō sum liber nō sum
apostolus.

Monne ch̄sum iesum
dñm nostrum uidi.

Monne opus meum
vos estis in domino.

Et si alijs nō sum ap̄b̄

Sed tamē uobis sum

Nā signaculū ap̄tatis
mei vos estis in dño.

Mea deffesso ap̄b̄ eos
q̄ me interrogāt hæc ē.

Quid nō habemus
potestatem manducā-
di ꝛ bibendi.

S iij Pars

Nūquā nō habemus
potestātē sororē multi-
erculā circumducēdi si-
cut ⁊ ceteri apostoli. et
fratres domini et Cē-
phas.

Aut solus ego ⁊ Bar-
nabas non habemus
potestātē hoc operādi,

Quis militat suis st-
pendiis unquam,
Quis plantat vineā ⁊
de fructu eius nō edit,
Quis pascit gregē et
de fructu eius non mā-
ducat.

Nūquā scōm hōiēm di-
co an ⁊ lex hęc non ⁊c.
Nūquā de bobus cu-
ra est dco,

An pp̄ nos vtiq; hęc
dicit/nā pp̄ter nos vti-
q; scripta sunt.

Quis debet in spe qui
satis arare ⁊ qui tritu-
rat in spe fructus percipit

Parque mihi legatur onus, similique licebat

Iure usum ut socios sumere dona meos.

In domino poteram castam ducere maritam,

Mercedi uestras ⁊ petiisse dapes.

Sed quia non decuit, licitum contempimus omne,

Et propria lassus quæritur arte cibus.

Barnabus atque simul nascenti consulit orbi

Mecum, nec uestras aggrauat ille domos.

Ante quod expediat, quam quod potes, inspicere frater,

Exemplo Pauli iam tibi uictus erit,

Non ueniamur opes, quanquam iustissima merces,

Pascere doctorem si petat ille, fuit,

Nil uolumus gratis, modicæ mea dextera menti

Sufficit, ⁊ nostri cetera iuris erant.

Quis sibi de proprijs in bello expendit achiuo?

Aut sibi de cultis non capit ipse rosis?

De grege quis pastor lac nō sibi suscipit? aut quis

Arua colens plantis amouet ora suis.

Hoc rationis iter, lex ⁊ iubet ipsa tenere,

Messe laboranti non ligat ora boui.

Consulat ut brutis non est lex lata, sed æquus

Mercedem factis iussit adesse pijs.

Non uictu fraudatur onus, sed præmia castus

Agricola e dextris debet habere suis.

Sic seges hæc domini non est ingrata colenti,

Vt tibi qui dederit plurima nulla ferat.

Contus

Contulit æternum precium, si parua reportet,

Quid magnum est miserā tollat ut ille famē?

Sic decuit mihi parua dares, cum tanta tulisses,

Et mihi quod ferrem parua labore licet.

In uobis qui sacra colunt, ⁊ fercula sacris

Sumunt, ara suos pascit ⁊ ædituos.

Non tamen hoc Paulus, ne uendere sacra uiderer,

Et uilis falsa suspitione forem.

Non comites aurum Paulino offerte labori,

Sat mihi quod præsens omnibus unus adest.

Omnibus ut proffim, tollamque scandala, cessi

Iure meo, ⁊ uestrum nil peto, nil capio.

Ordinis est summi de sancto uiuere uerbo,

Qui domini gnatos nuncia uera docent,

Nam neque ad ingentes phaleras deducitur ordo,

Sustentus paruo uir pius esse potest.

Abstet, ut hoc quisquam numos super extruat ore,

Quo docet humanas temnere diuitias.

Obuentus, reditus, aurum, patrimonia, nostris

Ignotum socijs ⁊ mihi nomen adest.

Si quicquam ex uobis christi sumpsere ministri,

Non super a iustis quod petat ipsa fames.

His ego ⁊ abstineui, nam me nihil ista mouebat,

Dum charitas nostrum flat mihi docta caput.

His ego ⁊ abstineui, nā quæ mihi tradidit ultro

Christus amans, socijs ⁊ dabo grata meis.

His

pietati si nos uobis spi-
ritualia seminauimus
magnū est si nos. ⁊c.
Si alij potestatis vřg
participes sunt quare
non potius nos.

Sed non vři sumus
hac potestate.

Sed oia sustinem⁹ ne
quod offendiculi demus
euāgelio ch̄i nescitis
qm̄ q̄ in sacrario ope-
rant q̄ de sacrario sūt
edūt ⁊ q̄ altario deser-
uūt cū altario partici-
pāt/ita ⁊ dñs ordinauit
his q̄ euāgeliiū annun-
ciāt d̄ euāgelio uiuere.

Ego autem nullo ho-
rum usus sum.

Non aut scripsi hec ut
ita fiant in me bonum
est enim mihi magis mo-
ri quam ut gloriam meam
quis euacuet.

Mā si euangelizauero
non est mihi gloria

Accessitas enim mihi in-
cumbit.

He enim mihi est si non
euangelizauero.

Si enim volēs hec ago
mercedē habeo si autē
inuiet dispensatio mi-
hi credita est.

Quis est ergo merces
mea ut euangelisū prę-
dicās sine sumptu po-
nam euangelium.

Et non abutar potesta-
te mea in euangelio.

His ego & abstineam, sic, sic, iuuat esse docētē,
Ne sibi quę referet paruulus, empta putet.
Accepimus gratis, gratis donabimus, ingens
A licitis uirtus abstiniisse solet.
Expedit hoc socijs, qui nostra exempla secuti
Præponant factis commoda nulla pujs.
Ac magis illicitos discat frenare furores,
Qui sciat & licitis abstiniuisse bonis.
Nam mea diuinum quę gloria dicere uerbū
Iussa docens summi principis ipse sequor
Conuenit inuitum soli parere tonanti,
Laus mihi ab officio non datur ulla meo.
Credita sunt Paulo scelicia semina uitę.
Ut referat nostro grādia lucra deo.
Rem domini facimus, sanctum iubet ille talētum
Crescere, & ingrato poena parata uiro.
Est & magna mihi uestris non indiga rebus,
Gloria, quod gratis do bona tanta docens.
Quod nihil ascribo meritis, non ipse labori
Posco aliquid, quamuis hoc mihi iuris erat.
Concessit dominus coelestia regna canenti,
A populo oblatos sumere posse cibos.
Censuit hæc iustus, nec uult deus ista negari,
Sed charitas nostras temperat ipsa manus.
Plus facio quam iussa petunt, sit gloria luci
Numinis, in factis dux facit ipse meis.

Non

Non (licet hoc poteram) concessis utor habenis,
Formet ut ad Paulum se bona turba ducem,
Liberior peraget christiana negocia frater,
Cum non ad quęstum respicit inde suum.
Cum nihilum speret, timeat nihil, utilis actor,
Non erit humano pestifer obsequio.
Non feret horrendos habitus, sed crimina pastor
Prouidus in gladio franget acerba suo.
Est mihi sancta fames animas accendere uestras,
Ducereque ad placidi brachia prompta dei.
Hęc pietas alios etiam me extorquet in usus,
Stringit & innumeris hæc mea corda modis.
Nam cum nec Mosem, nec dæmonas ære loquētes
Oseruem, christi liber amore mei,
Vtrisque affectu iungor gratissimus almo,
Meque putat pectus quilibet esse suum.
Vique pater genti gentilis credor, & illam
Mollius alleclam dissimulanter ago.
Isacidasque animo pereuntes Saulus amico
Spe, prece, consilijs, ad pia sacra uoco.
Meque ut quisque uelit fingēs fecundior adsum
Dum mouet ad uitam pectora noster amor.
Liber eram cunctis, sed turbę ut subditus omni
Captui domino grandia lucra meo.
Creditus infirmis infirmior, omnibus unus
Omnia, do socijs tradita sacra meis.

Non

Mā est liber essem ex
oibus oium me seruū
feci ut plures lucrifa-
cerem.

Et factus sum iudgis tā
quam iudex ut iudges lu-
crarer.

His qui sub lege sunt tā
quam sub lege esse cū ipse
non essem sub lege ut
eos qui sub lege erant
lucrifacerem.

His qui sine lege erāt tā
quam sine lege essem cum
non sine lege dei esse. etc.
Factus sum infirmis in-
firmus ut infirmos lucrif-
facerē omnibus omnino

factus sum ut oēs facerē
saluos oia aut facio, p
pter euangeliū ut par-
ticeps eius efficiar.

Non leuis, aut querens Paulinæ nomina famæ
Sed sit ut hoc christus notior orbe deus.
Non hoc obsequium miseros captantis honores,
Sed prudens uirtus magna ferentis erat.
Nam si summa ferens des protinus, illicet horrens
Aestuauit, & paruus non capit illa sinus.
Hoc ego consilio suscepi uota, caputque
Abrasum, hoc socij scissa pudenda mei.
Hac ratione docens bullatas primus Athenas
Cælabam nostri numina summa dei.
Donec paulatim nebulis hinc inde remotis
Suscipit ignotum quem colit ara deum.
His ego sub studijs diuinæ præmia palmæ
Expecto, dominus det precor illa meus.
Grandia posco quidē, sed rex dare grandia nouit,
En uocaten claros ad sua regna uiros.
En properat omnes optatæ ad præmia palmæ,
Vnaque uictorem certa corona manet
Cernis & in stadio multos, sed gloria tantum
Vnius est, socios qui uolat ante suos.
Sic, igitur gnati diuino sanguine nostri
Currite, non dormit, qui prior esse uelit.
Non satis inferni poenam effugisse tyranni,
Ad maiora deus te pia turba uocat.
Summa dabit, pete summa uolās, pete summa, fe
Aspera uincenti summa paranda tibi. (redo
Suspi

Mescitis q̄ hi q̄ in sta-
dio currunt/omnes q̄-
dem currunt sed vnus
accipit brauium.

Sic currite ut omnes
comprehendatis.

Suspice mercedem precium superare laboris.
Sta pedibus, foelix iam tibi finis adest.
Finis adest, uicto simul ad sunt præmia campo,
Ah subeant oculis numina capta tuis.
Alpinas hyemes horrentia frigore castra
Pro nibilo ut uincat rumpere, miles habet.
Hic emit a crudo aut nulla aut terrea bello,
Hoc cœlum repetens se gnior esse potest.
Sat sibi ab insano putat hic cessisse labore,
Si data populeis ferta referta comis.
Tu timeas tantum uitij obfistere mœstis,
Cui merces cursus uita beata datur?
Ad metam properas, quæ te remorentur euntem
Rumpe, sedent animo si bona cuncta tuo.
Tempus in omne cupis placido si uiuere cœlo,
Quur te currentem uilia detineant?
Adde, quod & uotis recta est explenda uoluntas,
Inque deo ut uincat robora cursor habet.
Nil tibi quod noceat, nisi tantum falsa uoluptas,
Veraque si sapias altera maior erit
Nuncetiam, & letos nulla pallefcere culpa
Efficit, & uictis gaudia mira dolis.
Si uitij careas, hæc est hæc uera uoluptas,
Ast alia umbrosum nil nisi nomen habet.
Concipit ille bonum qui concipit omnia regem,
Quid tibi quam christus dulcius esse potest?
Ardua

Ardua principio recta est uia, uertice capto,
 Nil fellis uirtus, omnia mellis habet,
 Aspicias athletas duro parere magistro,
 Ut uincant, solitis abstinuere cibis.
 Stant uigiles, sudant, tolerant, patiuntur, Et instat,
 Dum miseris uotis tantula fama sedet.
 Tu caeli miles turmaeque ascriptus honore,
 Qui petis angelici gaudia uera chori,
 Qui domini sceptrum uiuæque aeterna coronae
 Regna, iaces charo nomen inane luto?
 At uideant alij qui tanta ad premia currunt
 Num sit opus propero querere uisa gradu.
 Si illecebrae carnis superum remorentur amor am,
 Terraque sit lapsis sarcina magna uiris.
 Ast ego non segnis propero, non era pugnis
 Hunc ferio est uotis clara corona meis.
 Hanc iubeo carnem sancto seruire labori,
 Turpis ut a uitio uulnera nulla ferat
 Ut sceleris casses, Et iniquos temperet ignes,
 Et sciat electi iussa tenere ducis.
 Ipse regens alios aeterni fune magistri
 Ne uidear dictis improbus esse bonis.
 Et uerum ostendens diuina ad lumina callem
 Dicar ad umbratas corde tenere uias.
 Quique alijs nostro pariam bona nuncia uerbo,
 Sim procul a noto uir malus ipse deo.

At nō

Omnis q̄ in agone cō
 tēdit ab oibus se absti-
 net & illi quidē ut corru-
 ptibile coronā accipiāt

Hos autē incorruptā.

Ego igit sic curro non
 quasi in incertū sic pu-
 gno nō quasi acere uer-
 berās / sed castigo cor-
 pus meū & in seruitutē
 redigo.

Ne forte cū alijs p̄g-
 dicauerim ipse repro-
 bus efficiar.

CAPVT DECIMVM

At nihil est quisq; uiuit sine numine nemo,
 At uirtutis iter se putet esse satis.
 Semper eget domino qui sustinet omnia uero,
 Cui posita est uotis optima meta pijs.
 Nam neque quod sacro pereunt tua crimina pōto,
 Quod dominus socium te facit esse suum.
 Quod bonus a uitijs emptor tua colla tyrannis
 Eripuit, regem nec satis esse patrem.
 Omnia perdidideris, seuo si cesseris hosti,
 Si te terriorem pestifer urat amor
 Si tibi nox posthac placeat, uelut ante placebat,
 Si tunc tuae uitae qui fuit ante tenor.
 Nam si nostrorum uideas monumenta parētum,
 Et subeant animo saecula prisca tuo.
 Quum Moses rubri transfiret murmura ponti,
 Et fugerent nostri uincula saeva patres.
 Fugerunt omnes, omnes quoque sedula nubes
 Ignibus a uastis plena fauore tegit.
 Omnis erat dono populus seruatus ab uno,
 Cumque bonis prauos unus habebat bonos.
 Munera nostra parens donis signabat in illis,
 Et populi populum rettulit umbrae pigri.
 Nos christo autore uitij baptismi cruentis
 Eximit, Et magno robore pandit iter.

Molo em̄ vos ignora-
 re fratres qm̄ patres
 nri oēs sub nube fuerūt
 & oēs trāserunt mare.

Et oēs in Mose ba-
 ptizati sunt in nube et
 in mari.

Hos

Hos Pharao quondā, nos daemō ante premebat,
 Nos deus a gladijs, hos tegit umbra feris,
 Undis nostra salus, illis quoque uenit in undis,
 Vtraque ab hoste suo liberat unda modo.
 Nos purgata cohors lymphis a corpore sancto
 Vescimur, esca potens omnibus unda datur.
 Ex æquo calicem diuinum sumimus omnes,
 Et ualet in nostris qui uelit esse sacris.
 Hi simul & pauidis summūt noua prādīa siluis,
 Cunctaque plebs fusam caute bibebat aquam,
 Communesque dapes communia uasa ferebant,
 In quibus & christus iam sua signa dabat.
 Illud manna meo demissum cernite christo,
 Qui pius a caeli uertice panis adest.
 Pauit anbellantes optata in culmina mentes
 Christus, petra illas marmore fudit aquas.
 En sterile hic saxum uirga foecundat, & idem
 Qui dabat haec famulis tot bona christus erat.
 Ipse suos famulos tanto est dignatus honore,
 Et mira electis grandia fecit auis.
 Cunctis æquus honos, requies nō ultima cunctis,
 Sed plures proprijs heu periere malis.
 Nec uictus Pharao, nec marmoris unda pauentis,
 Profuit aut uotis plenior esca suis.
 Nam simul ac fuerat pharias exuta catenas,
 Languēbat solitis subdita turba malis.

Ergo

Et oēs escā spiritalē
 māducauerūt ⁊ oēs cū
 dem potum spiritalē
 biberunt.

Bibebāt autē de spiri-
 tali consequēte eos pe-
 tra/petra autē erat chr̄s

S; nō in plurib⁹ eorū
 bñplacitum est deo.

Ergo ingrata phalanx inmani perdita letho,
 Sensit pro factis damna cruenta suis.
 Nunc Arabum campis diuino uindice telo,
 Funditur, horrendis nunc perit uestra focis.
 Nunc hos dira lues, armataque monstra uenenis,
 Nuncque duces Syrii, totus & orbis agit.
 Per mille Anthiocos, per castra Phylisica summi
 Dexter a censoris noscitur ultra nefas.
 His fuga ceu quondam nostri fuit umbra lauacri,
 Supplicium nostri dicitur umbra mali.
 Ne uite fretos undis agnique cruore
 Ad sua terrenus nos trahat antra dolus.
 Rursus ad Egyptum ne sic redeamus, & Orcū.
 Dum sequimur miseris corporis illecebras.
 Nefastidito manna curuemur amore
 Carnis, & ad crassos plus iuuet ire cibos.
 Non ad saxa deos, uirtus ne latentia monstra
 Sint nostra a domino corda relapsa suo.
 Accidit hoc illis, Arias cum fusilis orbi
 Audiret primo uerba pudenda sono.
 Victimā caesa, sedet populus, prandetque, bibitque,
 Sumit & a uarijs gaudia uana iocis
 Non impune tamen, deus affuit ultor, & illis
 Ostendit summam nec sine cæde manum,
 Vos precor, in scorto sceleratæ carnis iniquo
 Christea ne socij ponite membra mei.

T. En moa-

Nam prostrati sunt in
 deserto.

Hec autē in figura fa-
 cta sunt nostri.

Et nō sumus concupisce-
 tes malorum sicut ⁊ il-
 li concupierunt.

Neq; idolatre efficia-
 mini sicut quidam ex
 ipsis quemadmodum
 scriptum est.

Sedit populus man-
 ducare ⁊ bibere et sur-
 rexerunt ludere.

Neq; fornicemur.

Sicut quidā ex ipsiſ
fornicati ſunt ⁊ cecide-
rūt vna die viginti tria
millia.

Itaq; tentem⁹ chriſti
ſicut quidam eorum tē
tauerunt.

Et a ſerpētib⁹ perierūt

Necq; murmurauerūt
ſicut quidā eorum
murmurauerūt ⁊ pic-
rūt ab exterminatoꝛe.

Iſtę autē omnia in fi-
gura cōtingebāt illiſ.

Scripta ſūt a ſit ad cor-
rectionē nſam in quos
ſines ſeculoꝝum deue-
nerunt.

Itaq; ſe exiſtimat ſta-
re, videat ne cadat.

En Moabitarum thalamis immixta pudendis,
Plebs domini irato concidit ic̄ta deo.

Bisque decem ter mille viros, ut myſtica tradunt,
Eloquia, in gladijs abſtulit una dies.

Armet ⁊ humanos conſtans patientia uultus,
Ne tentes dominum ſid a caterua tuum.

Illi equidem ut dulcem uſano murmure regem
Leſerunt, iuſti ſoluitur ira dei.

En ſcelerata cohors ſerpentibus obruta diris
Accipit a factiſ uulnera iuſta ſuis.

Nec chriſti famulos morſu inſeclemur iniquo,
Murmurat in Moſem perfida turba ducem.

Sed pereunt quater atque decē tunc mille uiroꝝ,
Terraque peruerſos ſorbuit alta uiros.

Acciderant illiſ hęc, ⁊ monumenta priorum
Verum ſub geſtiſ nos docuere ſuis.

Hiſ datur exemplar, nobiſ quid noſtra ſequatur,
Quid fugiant uiuo corda uocota deo.

Nāque illi ad morbos quoniam rediere nefandos,
Ingrata acceptiſ improba turba boniſ.

Excidit a uite radijs, donoque ſalutiſ,
Nec priſco exemptam profuit eſſe iugo.

Immo etiam nocuit, nam quanto clarior igniſ,
Debuit occaſu mœſtior eſſe ſuo.

Sic noſ quo maior diuini copia doni,
Luſtrat, ⁊ a noſtro gratia miſſa deo.

Hoc

Hoc magiſ incumbit meritas expendere grates,
Nec natoſ ueri degenerare boni.

Reſpice turba, graue eſt noto diſcedere chriſto,
Satque mali dæmon ne ſequereris habet.

Dirius utque ſceluſ, ſceleri ſic præmia dantur,
Et mala tot pœniſ quot bona perdiſ agunt.

Nos ſumus o fratres ad quos deus omnia fecit,
Nam mundi finiſ quiſ niſi chriſtuſ erat.

Nemo igitur faſtu temnat pia corda ſuperbo,
Infirmoſ dominuſ ſubleuat ipſe piuſ,

Nemo etiam ſancto confidat nomine, ſi non
Ut uoce, æternuſ fert quoque mente bonuſ,

Digna deo ſacriſ fuerit niſi uita miniſtriſ,
Lux baptiſma, fideſ, niſi niſi nomen habent.

Nonne uideſ, Ieſſea cohors exempta pericliſ,
Ut fuerit ſancto maxima cura deo.

Sed cecidit, grauiuſque gemit, quō plura tuliffet
Munera quę propria perdidit ipſa manu.

Nemo ſibi tuto eſt, nemo ſibi fidat arator,
Inſtant horrendiſ cuncta timenda miniſ.

Imber obeſt, Sol, uentuſ, obeſt, niſi numina præſent,
Fruftra expectatſ nemo uidebit opes.

Stans etiam ſupero ne fidat uertice, ſed tunc
Pectora ſolicito plena timore citet.

Plus caueat, qui plura tenet, ne ruruſ ad ima
Leſiſfera mundi cuſpide uertat amor.

T ij Quis

Quis terræ illecebris, quis fūco fidat inani,
 Quis sibi iam tutum credat habere gradum?
 Dum mundus, dum seua caro, dæmōque, scelusq;
 Exagitant teclis pectora nostra dolis.
 Non opus exemplis, quisnam sine crimine uiuit,
 Si bene te noris, tu quoque pondus habes.
 Nec trozēna peto, nec aurea teclā Corinthe,
 In toto infernus tenditur orbe dolus.
 At tibi si sapias non est uia clausa salutis,
 Extinxit nondum lumina seuius amor.
 Humanum errasse est, nebulis deuexa dolisque
 Mens hominum ad uitæ gaudia sera uenit.
 Hactenus erratum est, sed adhuc sanabile uulnus,
 Si uelis ad medicum turba redire piū.
 Stat deus & passis redcuntia membra lacertis
 Suscipit, & gremio confouet illa sacro.
 Quin etiam quanquam duro intolleranda flagello
 Nunccaro sit, mentem quæ petatense piā,
 Conditor a magno factum miseratus O lympo,
 Prolabi æternum non patietur opus.
 Et dabit innocuo diuina potentia flatu,
 Ne uincare, licet sollicitere malis.
 Quin & temptari seruato consulet igni,
 Temperet euentum cum pia dextra tuum.
 At socij choræ ne perueniatis ad umbram,
 Certus in extremo criminis ultor adest.

Ne fur

Non vos tēptatio appē
hendit nisi humana.

Fidelis autē deus est q̄
non patiet̄ vos tēptari
supra id q̄ potestis.

Sed faciet etiā cū tē-
ptatione prouentum ut
possitis sustinere.
Propter q̄ charissi-
mi fugite ab idolorum
cultura.

Ne furuis astate sacris, epulasque pudendas.
 Linquite, de falsis quid petit agna lupis?
 Paulatim sorbet lethalia toxica diuum,
 Qui cupit infernas inter adesse dapes.
 Adde, quod & teneros hac suspitione sodales,
 Inficis, heu turpis creditus auctor obest.
 Sana licet mens est, speciem sed criminis atram
 Præbet, & occulto uulnerat illa modo.
 O socij, bene nostis enim, quid sacra propbanis?
 Quid facit ad turpes candida turba dapes?
 Relligione pari sceleratum agnoscere cultum
 Creditur exosos qui capit ore cibos.
 Et data christianis cœlestia pocula mensis,
 Quæ populus christo principe noster habet,
 Ostendunt cunctos ab eodem sanguine tersos,
 Vnius & domini sacra tenere simul.
 Ac sacer hic panis socios partitus in omnes
 Arguit, & natos unius esse patris,
 Arguit & sacrum germano foedus amore,
 Atque unum electi corporis esse caput.
 Pocula sancta uides multis conflata racemis,
 Et panem granis qui fit ab innumeris.
 Corpus & ex membris diuersis cōstat, & inter
 Omnia diuini pax micat una boni.
 Et nos participes eiusdem panis, eodem
 More pares uno corpore membra sumus.

T uij Et

Et prudentib⁹ loquor
vos ipsi iudicate quod
dico.

Calice bñdictionis cui
bñdicimus nonne cō-
municatio sanguinis
christi est.

Et panis quē fragim⁹
nōne participatio cor-
poris dñi est/ qm̄ vn⁹
panis ⁊ unum corpus
multi sumus.

Omnes quidē de vno
pane et de vno calice
participamus.

Et coisse animos uno testamur amore,
 Dum calicis sancti pocula percipimus.
 Tu quoque ni dubites epulas captare decorum,
 Ut socius miseri crederis esse doli.
 Audisti panem, sed non intellige panem,
 Ut sonat, in sacris littera sepe nocet.
 Prolatis uerbis domini quum rite sacerdos
 Consecrat, est christus qui modo panis erat.
 Nec iam panis adest, noua sed substantia christi
 Corporis & panem dicimus, & dominum.
 Non quia iam panis, sed quod cibus ipse fideles
 Pascit, & hoc pastor pane refecit oues.
 In pane hoc panem uitae, panemque salutis
 Non segetis, sacrum mens pia crede deum.
 Acciderat quicquid pani, permansit eadem
 Sub specie, panem sic sine pane uides.
 Nam post uerba simul conuerso pane, redemptor
 Aduenit, & panis suffinet ille locum.
 Sed uetus ipse sapor, mensurae & pondus eidem
 Permanet & niueus qui fuit ante color.
 Nec substant christo sapor, & color, atamen ille
 Hos tenet aeterna qua tenet omne manu.
 Panis & iste color, non est color iste regentis
 Cuncta, sapor panis non sapor iste dei,
 Et color a pane est, non est in pane, saporque,
 Amboque sunt christi tegmina mira sacri.

Vela

Velatumque deum uultu tenet hostia primo,
 Ludit & haec oculos hostia sancta reos.
 Namque uident panem, cum non sit panis, ibique
 Re deus est, quanquam non oculi uideant.
 Mentibus hic cibus est, no uentribus, erige mentem,
 Et cape purgato prandia uera sinu.
 Carneus Israel sacrae sibi cedis ad esum
 Concedit solis prandia Mosi genis.
 Nec tamen humano simulacra carentia sensu
 Esse aliquid, uel quod robur habere putes,
 Sed quoniam quercus simulacraque Saxeae gentes
 Deceptae tanquam numina uera colunt,
 Per sacra quum furijs studeat placuisse nefandis,
 Ceu miscent illis dira uenena sacris.
 Hinc oritur tabes, & suspitione maligna
 Heu socius socio tingitur ipse luto,
 At mihi chara cohors christo sacrata perempto,
 Non uellem falsos te maculare deos,
 Nolle te pietas foer alem agnoscere ritum,
 Conueniunt sanctis non mala gesta uiris.
 Iupiter & christus non una sede morantur,
 Si bibis a christi sanguine, tolle Ioues.
 Ante sub euxino pallecent sydera ponto,
 Obruat empyreum tethyos unda polum.
 Quam deus & demon cultu iungantur in uno,
 Distant aduersis noxaeque, iubarque, notis.

T iij Si

Uidete Israel scilicet
 carne nonne qui edunt
 hostias participes sunt
 altaris.
 Quid ergo dico quod
 idolis immolatis sit ali
 quid aut quod idolum sit
 aliquid.
 Sed quae immolantur
 tunc demonibus immolantur
 et non deo.

Nolo autem uos socios
 fieri demoniorum.

Non potestis calicem do
 mini bibere et calicem
 demoniorum, etc.

Si vitium tibi dulce sapit, tunc christus accescit,
 Si christus, vitij tunc tibi fœtet opus,
 Elige, sed vitium quis deligat? aut sibi quisnam
 Præponat nitido Tartara mœsta Polo?
 Præponat mortem vitæ, rectumque furori,
 Et tenebras radio flamma superna tuo?
 Elige quod præstat, non est modus, effuge mortis
 Pocula, si uotis christica uasa geris?
 Hostibus elisis iterum sociamur? amator
 Ingemit, & tantum uindicat ille nefas.
 Vindicat, an summæ restent tua brachia dextræ?
 Vel potes irato fortior esse deo?
 An non hunc metuas cum summum læseris? absit
 Ne tegat hæc oculos terra superba tuos.
 Hoc scelus, hoc scelus est, umbras coluisse furorū,
 Suspicio, & rectis ipsa timenda uiris.
 Non uacat hac liber, tali qui ut uescitur esca,
 Est uisus falsos corde tenere deos,
 Res uitio caret hæc, namque omnia sercula purus
 Effuso uitæ sanguine mundat amor,
 Hoc tamē hoc maculat, quæ dum suspectus haberi
 Offendit socios credita culpa pios,
 Denique cuncta licent post signum prædica sanctū,
 Nec lædant oculos illa uel illa tuos,
 Nec tamen esse piū credas quodcumque licebit,
 Est uirtus licitis abstinnisse bonis.

Mite

An emulamur dñm?
 nunquid fortiores illo
 sumus.

Omnia mihi licent.

Sed nō oīa expedit.

Mitte prius castos fraterna ad commoda uisus.
 En charitas socijs consulit alma tuis.
 Quod fratri est damno, nec tu tibi crede licere,
 Quod nocet hoc alijs si tibi cernis obest.
 Vtere iure tuo si fratribus expedit ipsis,
 Si nocet, iniuste iam neque iure facis,
 Que tamen in patulo ueneant librata macello,
 Hæc ede, ab his serupo uertere labra nocet.
 Ne quære, an stygijs fuerint hæc sacra cateruis,
 Ne tibi sint noto sorpta uenena malo.
 Nil de se impurum, qui ritus oderit illos,
 Debuit oblatum non timuisse cibum.
 Nam domini terra est, & quicquid cōtinet orbis,
 Pura per innocuum cuncta creata deum.
 Quod nocet impurum est, animisq; nocētia manāt,
 Impietas nostris non uenit ulla cibus,
 Infido ad cœnam si uis potes ire uocatus,
 Et cape quas simplex dat tibi mensa dapes.
 Nec quære infernis fuerit ne hæc uictima Diuis,
 Nam tendunt laqueos cum mala nota suos,
 At tibi forte nefas si ingratus dixerit hospes,
 Proijce tabosum iam nocet ille cibum.
 Iam necat hortantem, qui talia sacra monebat
 Frater erit laqueo perditus ille tuo.
 Dum christi infirmus qui mensis horret in ijsdē,
 Te adictum stygijs concipit esse sacris.

Sic

Oīa mihi licent sed nō
 oīa edificant nemo qđ
 suum ē quærat sed qđ
 alterius.

Omne qđ in macello
 uenit manducate.

Nihil interrogātes ꝑ
 pter conscientiam.

Dñi est terra et pleni
 tudo eius.

Siquis uocat uos infide
 liti ad cœnā ⁊ uultis ire
 omne qđ uobis appo
 nit manducate nihil in
 terrogantes ꝑpter cō
 scientiam.

Si quis autē dixerit hoc
 imolatiū est idolis nolite
 manducare. ꝛc.
 Conscientiam autē dis
 co nō tuā sed alterius.

Et quid em̄ libertas
mea iudicatur ab alie-
na conscientia.
Si ego cū gratia par-
ticipo: quid blasphemor
pro eo q̄ gratias ago.
Sine ergo māducatiō
sue bibitis vel aliud
quid facitis/omnia in
gloriam dei facite.

Sine offēsiōe estote
iudicis et gentibus et ec-
clesiæ dei.

Sicut ego per omnia
omnibus placeo.

Non quærens quod
mihi uile est.

Sed quod multis ut
salui fiant.

Imitatores mei esto-
te sicut et ego christi.

Sic tua libertas fraudatum lædet amicam,
Et tuus in socij uulnere sanguis erit.
Hac igitur domino concessis utere lege,
Ne tua sit socij dextra sinistra tuis
Seu bibis, innocuæ sumis seu prandia mensæ
Quicquid agas solum concipe mente deum.
Ad domini laudes flagrantia dirige uota,
Ut tua sint domini gloria gesta tui.
Tempora respiciens sic mens tua temperet actus,
Offendant rectos ne tua facta uiros.
Ethnica quin etiam ne læseris agmina, forte
His dabitur ueri lampada ferre boni.
Forte etiam Habramidæ uero potentur honore,
Et pius in cunctos si uelis esse potes
Exemplum tibi Paulus erit, grato omnibus ore,
Et pius, et nullis hostibus hostis adest.
Utilis est cunctis, alienaque commoda quærens,
Hos mouet ad uerum leniter ire bonum.
Obsequioque animas prudens uenatur amicas,
Non sibi, sed christo tempus in omne deo.

CAPVT VNDECIMVM.

Nec pigeat claros uestigia nostra subire,
Quod facio, christus fecerat ante meus,
Hic deus infirmos fraterna mente recepit,
Dum sata git saluis lucra paterna uiris.

Hinc

Hunc sequor, ille meis oculis infixus inhaeret,
Et pia sic Paulum turba sequare tuum.
Iam quoque quid sacro cœtu obseruetur, ut omnis
Culpa procul, nostris dicere tempus adest.
Laudo igitur uiui quod seruas dogmata uerbi,
Et Paulum memori pectore semper habes.
Instituit christus, quæ te pia sacra tenere
Edocui, uisus dixerat illa deus.
Quum sapias grauiora, tamē nec paruula iustus
Contemne, a paruis itur ad alta locis.
Nec te iam lateat christum caput esse uirorum,
Inde caput proprium coniugis esse uirum.
Atque caput christi deus est, intellige christi.
Omnia quæ dempto numine christus habet.
Nam numen caput est, alij nec subditur ulli
Numen, tres uno sunt simul ente pares.
Vxori castæ coniux licet imperet, ipse
Agnoscat nostrum sed super esse deum.
Hoc iter et magnus cupiens ostendere christus,
Facta sua ad summum rettulit ipse patrem.
Agnoscatque patrem, cui tanquam filius uni
Sanguinis innocui parta trophæa refert.
Quæ sunt priuatis domibus facienda uidebit
Mens pia, quæ christum pectore semper habet.
At quæ facta palam cœtu aspiciuntur in ipso,
Conuenit hæc iusto cuncta decere modo.

Vir

Laudo autem uos fratres
quod per omnia mei memo-
res estis et sicut tradi-
di uobis precepta mea
tenetis.

Uolo autem uos scire quod
omnis uiri caput christus
est: caput autem mulie-
ris uiri: caput uero chri-
sti deus.

His vir oras aut prophetas velato capite deturpat caput suum.

His aut mulier orans aut prophetas non velato capite deturpat caput suum nisi est enim ac si decalucur nam si non velat mulier tunc deat si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari velet caput suum.

Vir quidem non debet velare caput suum quoniam imago et gloria dei est mulier autem gloria viri est.

Vir quicumque preces velato uertice mittit,
Vile caput monstrum quod tegit, esse facit.
Dedecorat capitis nomen, patremque, ducemque,
Ac seruum factis se docet esse suis.
Quum seruire deo non parua est gloria christo,
Liber & hic, pulchrum cur tegat ille caput
Quin decet amato frontem nudare galero.
Et sancta abscissis pandere colla comis,
Nudatumque caput christi testatur honorem,
Nec seruum uictis se probat esse malis.
At mulier contecta caput uerecunda precetur,
Quae rectam proprio se sciat esse uiro.
Non capite haec caluo, non charos tonsa capillos,
Seruati indicium tecla pudoris agat.
Quod subiecta uiro est, casto uerecunda rubore
Non defloratas occulit illa genas.
Quod regit hic factis ostendit colla capillis,
Non tamen a sceptro torua futura suo.
Vir caput in clarum christi regnantis honorem
Detegit, ob castum foemina tacla uirum.
Praedicat ille deum nudus caput, illa maritum
Tecla, est & uario pulcher uterque modo.
At uir cur liber, cur foemina seruiat audi,
Et data sit socio nempe regenda suo.
Cum genus humanum plasmator conderet orbis,
Et daret ista uiro regna tenenda nouo.

Elo

Flouens Aeuu uirum non est enixa iu galem,
Ipsa sed a proprio produit Aeuu uiro.
Conditus ille prior non est, mulieris ad usum,
Facta, sed ut socio seruiat illa suo.
Qui prior est factus, prior est & in ordine sceptri,
Huic data sunt sociae lora regenda suae.
Hoc igitur iuris quum fundet origine coniuu,
Agnoscat sortem foemina casta suam.
Obsequioque uiri & cultu testetur honorem,
Signet & hunc dominum corporis esse sui.
Velamen capitis signum quod seruiat illa,
Et rasis uertex quod regat ille notat.
Quod fera si intantum rupisti foemina monstrum,
Ut sceleris testes non uereare homines.
Si tepulum, sanctusque pudor, sceptrumque mariti,
Non ualeant ausus iam cohibere tuos.
Suspice ad angelici quae intersunt lumina castru,
Testis adest factis candida turba tuis.
Teste Polo peccas, pudeat te, respice sanctos,
Auertunt factis lumini macta tuis.
Sume tuos habitus, moresque horresce uiriles
Est tua frons nudis nempe pudenda comis,
Nec tamen & sociam domino contemne marite,
Quod paret dextera iure coacta tuae.
Nam tibi luce pari christo sociatur in uno,
Nec uilis proprio debuit esse uiro.

Non enim uir ex muliere sed mulier ex uiro

Et enim non est creatus uir propter mulierem sed mulier propter uirum

Ideo debet mulier uelamen habere.

Et propter angelos.

Teruntamen nec uir sine muliere nec mulier sine uiro in domino.

Offic

Nam sicut mulier de viro ita vir per mulierem omnia aut ex deo. Quos ipsi iudicate docet mulierem non velatam ozare deum nec ipsa natura docet vos. Quod vir quidem si comam nutriat ignominia est illi / mulier vero si comam nutriat gloria est illi quoniam capilli per velamine dei dati sunt.

Si quis autem videt contumacius esse nos talem consuetudinem non habemus.

Hec ecclesia dei.

Officio uxoris sepe indiget ipse maritus,
Et sine coniugio non potest esse pater,
Vtilis est domui simul & pia femina casta,
Vir, mulier, summo seruit uterque deo.
Horresco aspiciens homines ut monstra comatos,
Et simul abrafas in muliere comas,
Cui natura parens flauentes uertice crines
Dat capitis uelum premeditata piuum.
Hoc nobis nostrisque placet, sic cetera templa
Decernunt, socij ne uariate mei.
In minimis seruare decus prestabit, & omni
Semper apostolicam corde tenere uiam.
At grauiora querar (ducentanti parcite) doctor,
Immemores pacti quis sinat esse pijs?
Debuerat christi ueros concordia natos
Sub gremio dulcis semper habere patris.
Hoc d'ocui luxumque procul fastumque repellens
Ut uiuo dominus flauerat ore meus.
Nam populus christi generosam ductus ad aula
In patrias artes erudiendus erat.
Ille pius mitisque pater, concorsque, benignus,
Plebs & ab hoc uarijs dissidet acta modis:
Scinditis heu pulchrum diffracta pace decorant
Heu turpat sacrum rixa canina chorum?
Credo equidem (nec uana fides) si pectora noui
Terrea, si infernis cingitur aura dolis,

Non

Non poterat non esse nefas, ubi regis imago
Oblita est dominum mentet tenere suum.
Quin etiam scelus hoc seruatis conuenit ipsis.
En bona de miseris orta fuere malis,
Nam magis illucet pugnis agitata proteruis
Que probitas passi sustinet arma dei.
Dum populus simplex, nec iniquo percitus aestu,
Seruat apostolicum pectore & ore cibum.
Fœderis atque memor christiano sobrius actu
Sumit ab illapso prandia pura deo.
At uos cum fratres ad prandia sacra uenitis,
Immemores nostri quis neget esse dei?
Nô domini cœna est domino que discrepat almo,
Talem cum famulis non agit ille suis.
Dedecorant uestri conuiuia sacra tumultus,
Luxus, & obscenam rixa secuta gulam.
Ossert communem communis doctor amorem,
Iusserat æquales & simul esse cibos.
Vos aliter, cœnamque suam sibi quisque reportat,
Qua partem socio non sinit esse suo,
Sic inter tenuis prandentes esurit amplos,
Dives agit multo tempora quassa mero.
Hic satur, ille sitit, gemino turpata furore
Vilescunt labris mystica sacra tui
Nam male fastidis tennes, quos christus amabat,
Polluiturque tuo christea cœna malo.

O frao

Hoc autem scipio non laudans quod non in melius / sed in deterius uenit / primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia audio scissuras esse inter uos / & ex parte credo nam oportet hereses esse ut qui pbati sunt manifesti fiant in uobis ueniunt / ergo uobis in unum iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum.

Et alius quidem esurit alius autem ebrius est.

O frater, si te fratris pia nomina tangunt,
 Quur cupis in tetro degener esse luto?
 Hic agitur christus panis, mysteria uitæ
 Tam pia sunt animo percipienda pio.
 Non gula, non luxus, patulâ q̄ expleuerit alium,
 Sed petitur sanctis paxque salusque cibus.
 Quur celebras pauido conuiuia turpia templo?
 Ad uentris curam non erat ulla domus.
 Confundis miseros, nam sicca ferentibus ora,
 Hæc tua crassities dura pudore uenit.
 O uos Argiui proceres bimarisque Corinthi,
 In reliquo laudans, non tamen ista probo.
 Vestra fides laudanda mihi, nam suscipit unum.
 Autorem, falsos & fugat illa deos.
 Sed domini cenam stomacho foedare canino
 Quis probet? aut iustis temperet a lachrymis?
 Quis tibi seue dedit christianum abrumperè morè
 Si tibi sunt uiui castra sequenda dei?
 Hos ritus, hæc sacra pias turpantia mensas,
 Seuit ab infernis eruta turba locis.
 Nâque ego, qui christi sum uerus apostolus almi,
 Accepi a uero principe quod docui.
 Et docet ille suum ueracia dogmata Paulum,
 Et Paulus sacijs tradidit illa suis.
 En dominus diro qua nocte est proditus ausu,
 Et tulit a rabidis uinacula scena lupis.

Accepit

¶ Mundâ domos nō habetis ad manducandū & bibendum aut ecclesiâ dei cōtemnitis & cōfunditis eos q̄ nō habent.

¶ Quid dicā uobis laudo uos: hoc nō laudo.

¶ Ego em̄ accepi a dño quod & tradidi uobis.

¶ In dñs iesus in qua nocte tradebatur.

Accepit panem laudato patre, simulque
 Fregit, & in socios diuidit ipse suos.
 Sumite ait, corpusque meum sub nomine panis
 Percipite, electis hæc datur esca uiris.
 Ut facio facietis, erit deus utile sacrum,
 Et memori uestro pectore christus erit.
 Cum doctore suo communi accumbere mensæ
 Ecce uides omnes, & cibus unus erat,
 O charitas, sacris nec iudam arcebat ab ipsis.
 Quem præscit sancti corporis esse reum.
 Omnibus unus amas panem præstauit eundem,
 Distribuitque unum cuncta per ora deum.
 Tuque tuum & christi fratrem male despicias, illū
 Et natum domini non uiden esse tui?
 Cerne precor dominum, cenæ iam sine peractæ,
 Assumpsit dextris uasa beata suis.
 Ecce inquit, ecce iste calix, noua sancta uoluntas,
 Atque meo uitam sanguine plenus habet.
 Ex hoc & quoties uerbo sacrate bibetis,
 Pro populo possum corde referre deum.
 Cernis ut una cohors potu gaudebat ab uno,
 Et christi sanguis omnibus unus erat.
 Nunc aliter, pauperque sitit, diuesque furescit,
 Perdis & heu luxu pocula sancta comes.
 Mysticus hic panis socios partitus in omnes,
 Debit offensis fortior esse tuis

V. Debit

Accepit panem & grās agens fregit & dixit.

Accipite & māducate hoc est em̄ corp⁹ meū quod p̄ uobis tradet hoc facite in meā commemorationem.

Similiter & calicē post q̄ cenauit dices hic calix nouū testamentum ē in meo sanguine hoc facite quotiescūq; bibetis in meam commemorationem.

Debit iste calix animis offerre cruorem,
 Quo fuit a cunctis turba redempta malis.
 Quo deus assertos seuo pius eripit hosti,
 Fregit & in uerbo pristina uincla suo.
 Eia igitur, quoties sacro prandetis ab isto,
 Chara deo dominum plebs meditare piuum.
 Omnipotēs nostram diffuso ut sanguine lepram
 Exipiet, & lectos ducliet ad astra uiros.
 Non uentris, sed mentis opus, conuiuia iusti
 Sanguinis, hunc uiuum pectore semper habe.
 Donec ab æthereo ueniat rex sanctus O lympo,
 Ut beet æternis pectora nostra sacris.
 Nam qui diuinum non puro pectore panem
 Sumpserit, est sacri corporis ille reus.
 Est reus, ante nisi sceleratas euomat undas
 Quam bibit occisi pocula sancta dei.
 Mystica res nimium digno est tractanda decore,
 Nam scelus & christus non simul esse qunt.
 Iustus erit iudex preciosi sanguinis ultor,
 Et male tractatum uindicat ipse bonum.
 Exploret se quisque prius, mundetque, probetque,
 Si sumpto & fuerit numine dignus edat.
 Dignus erit, si iam uitij hic spontere reliclis,
 Constanti poscit pectore lucis iter.
 At neque sat dignus, sed gratia suplet & auctor,
 Non plus amifero quam queat ille petit.

Vir

Quotiescūq; em̄ mā-
 ducabitis panem hūc
 mouē dñi annunciabi-
 tis donec ueniat.

Itaq; q̄cumq; mādu-
 cauerit panē & biberit
 calicē dñi indignē re-
 erit corporis & sangui-
 nis domini.

Probet autē seipsum
 homo & sic.

Vir bene se lustrans, nec culpæ conscius ulli,
 Sumat cum sacro pocula sancta cibo.
 Qui timet, & puro nec adhuc mūdatus amore ē,
 Si sapit a domino temperet ille sacro.
 Namque salutiferum quamuis sit corpus amati,
 Principis, & turpes sanguine lustrat oues.
 Qui bibit indigne, pestem sibi sumpsit auernam,
 A dape uitali sic habet ille necem.
 Nam medicus mundis, scelerato est pestifer ori
 Et fugit illo tum duxque deusque uirum.
 Perdit pollutus tractans mysteria dextris,
 Perque prophanatum perditur ille deum.
 Perditur extrema tandem moriturus in ira,
 Admissi pœnas quum feret illa dies.
 Quin etiam interea sceleri stat pœna nefando,
 Et signa irati iudicis, orbis habet.
 Hinc uenit, ut iuuenes mortem patiātur acerbam,
 Hinc & ut Argiuas febris adurat oues.
 Bella, fames, morbi, funeste incendia flammæ,
 Sunt quædam a iusto missa sagitta deo.
 Quod si homines proprij censors criminis essent,
 Nec reus humanas semper amaret opes.
 Si mens nostra suos dammaret feruida lapsus,
 Impeteret motu carnis & acta pio,
 Non sic iudicio cum sit pater ipse seucro
 Tractaret genitos altus ab arce suos.

V ij Sed

De pane illo edat & b
 calice bibat.

Qui em̄ manducat &
 bibit indigne iudicij
 sibi manducat et bibit
 nō diudicans corpus
 domini.

Ideo inter vos multi
 infirmi & ibecilles. Et
 dormiunt multi.

Quod si nosmetipsos
 dī iudicaremus.

Nō utiq; iudicaremur

Dum iudicamur autē
a domino corripimur.

Sed pius est, qui non uentura in secula seruat
Fulmina, quæ in lapsos mittat acerba uiros.
Iudicat ad uitam, medicum nisi despicias alium,
Nec duras pœnas hoc breue tempus habet.
Tantum optat, uiso redeas ad sancta flagello,
Corripit errantes uulnere pastor oues.
Ut ualeant ægri, ferrum patiuntur & ignes,
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Afflicti plagis domino seruamur amico,
Dammato's secum ne male mundus agat.
Iam neque quis peccans, quæ nõ pia dextera tãgit,
Cui satis est falsis hæc leuis hora bonis.
Se putet exemptum lachrymis, & uindice recto,
Non parcit, quanquam dissimulare iuuat.
Dissimulare iuuat, cordi non parcere sæuo,
Semper in indignis quod cupit esse locis.
Iustus enim deus est, ut non deus esse relinquet,
Non uolet obduris rex pius esse malis.
Ergo mei fratres pulso resipiscite morbo,
Et sancto sacrum sumite corde deum.
Vitalesque dapes mundatis porgite dextris,
Expectet socios qui uenit ante suos,
Si tam dira fames, domibus prandere licebit,
Ante alios coetu non decet esse sacro.
Ne uos per fatuos lædant pia phar maca morsus,
Sitque salus cordi mors male facta reo.

Hæc

At non cum hoc mun-
do damnemur.

Itaq; fratres mei cum
conuenitis ad mandu-
candum.
Inuicem expectate.

Si quis esurit domi
manducet.
Et non in iudicium cõ-
ueniat.

Hæc sint dicta satis, disponam cætera missus,
Cum ueniam ad uestros luce ferente sinus.

Cætera aut cum uene-
ro disponam.

CAPVT DVODECIMVM.

Fert animus grates pro sacris dicere donis,
Mētibus, in nitidis q̄ bonus efflat amor.
Ne lateat nostros æterni flaminis imber,
Quem deus in socios impluit ipse suos.
O fratres meminisse iuuat qua nocte colebant,
Inscia siluestres pectora uestra lares,
Utque deum quercus ritu obseruastis iniquo,
Claudentes radijs lumina torua pijs.
Tum, neque cura fuit miserum uclare pudorem,
Corde nec illapsum detinuisse deum.
Nec uitijs modus ullus erat, nec ordo, sed ipsi
Turpia nocturni uos docuere dei.
Nunc famulos chri supereff, uelut omnia doctos,
Sub duce directam per gere luce uiam.
Ut nihil indignum liquido faciatis amomo,
Quod capit a uero mens pia facta pio,
Ut genitus christo uestigia sancta sequatur,
Et similis domino sit noua turba suo.
Qui duce tartareo uitijs algebat & umbris
Hactenus, unito nunc petat astra deo.
Et referat sua gesta potens hoc ordine miles,
Diuino afflatu constet ut illa geri.

De spiritualib; aut no-
lo uos ignorare fra-
tres.

Scitis aut qm̄ cū gen-
tes essetis ad simula-
cra muta pro ut duce-
bamini euntes.

V iij Quic

MVSA PAVLINA.

Ideo notū vobis fa-
cio q̄ nemo in sp̄i dei
loquens dicit anathe-
ma iesu.

Et nemo potest dice-
re dominus iesus/nisi
in spiritu sancto.

Diuisiones ergo gra-
tiarum sunt idem au-
tem spiritus,
Et diuisiones ministra-
tionū sunt idē aūt dñs
& diuisiones operatio-
nū sunt idem vero de-
i qui operat̄ omnia in
omnibus.

Quicquid enim christum nobis satis exprimit alma,
Nascitur a dono quod dedit ipse sacro.
Ergo igitur quicumque pium execratur iesum,
Motus ab efflato non fuit ille deo,
Namque pater gnato diuinos sancit honores,
Unicus & princeps regna paterna mouet.
Nec ualet ex animo dominum sibi dicere iesum,
Quem bonus eterno non mouet igne fauor.
Illius est ergo, quidquid pia gratia nobis
Prestat, ab illapso sunt bona cuncta deo.
Illius est, quod habent sacrum pia pectora lumen,
Quodque uiae flammam corde nitente docent.
Quod frangunt tumidam pulsa caligine terram,
Huic decus a populo tempus in omne pio.
Sed licet unus amans, unusque spiritus, orbem
Lustret, ab hoc uarijs sunt bona fusa modis.
Et quanquam dominans idem, diuersa ab eodem
Munera sunt, multis lux micat una bonis.
Et uiget officijs charitas pulcherrima sanctis,
Cum dat multiplices unicus autor opes.
Vni omnis debetur honos, debentur & uni
Omnia, quae famulis praestitit ipse suis.
Si clarum est quod habes, mixto nec debile fumo,
Si minus, a summo principe manus habes.
Quicquid id est, fuerit, non est tua gloria, debes
Autori, uelis quo uenit aura tuis.

Quin

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 156.

Quin etiam & debes fecundo crescere dono,
Et pariter focijs utilis esse tuis.
Huic datur ut sapiens fidi sermonis honesto
Consilio, efflatum conferat ore deum.
Contigit aūt alij, coelestia noscere iura,
Adiuuet ut flammis publica dona suis.
Huic datur, ut fidens constanti robore montes
Transferat, & stygios turbet odore canes.
Est alij morbis uis qua medeatur acerbis,
Leniat atque oleo uulnera dura sacro.
Accipit hic miris homines terrere deosque,
Ventura ut uates cernere possit habet.
Est alius, cui nosse datum, quis quemque uirorum
Flatus agat, sumpto nunc micet ille deo.
An scelus, an nota fallendi laferit arte,
Huic demon dubij seu furit igne doli.
Aūt alius uarijs loquitur noua gaudia linguis,
Inuenit & libris lumina clausa sacris,
Ille habet, ut ualeat diuina reuoluere scissa,
Arcanumque iubar soluere ab inuolucris.
Multa haec ipse deus flatu dispensat ab uno,
Unus & est donis spiritus in uarijs.
Ut uult ipse potens decreto singula iusto
Tradere, dat lectis plus ue minus ue uiris.
Pendet ab arbitrio diuini flaminis omne
Quod sumus, hoc princeps quod dedit illud habes.

V iij Nec

Unicusq̄ aūt dat ma-
nifestatio spiritus ad
uilitatem.
Alij quidē p̄ sp̄m da-
tur sermo sapientie.

Alij autē sermo sciētie
secundū eundē sp̄m

Alteri fides in eodem
spiritu.

Alij gratia sanitatum
in vno spiritu.

Alij operatio virtutū.

Alij prophētia.

Alij discretio spiritūū

Alij genera linguarū

Alij interpretatio ser-
monum.

Haec aūt operatur vnus
atq̄ idē sp̄s diuidens
singulis prout uult.

Nec tibi displiceat non omnia sumere dona.
 Quod tibi si uideas conuenit, ille dedit.
 Rex opifex metitur opus, uarioque decore
 Fundit pro nostris hic sua mella cadis.
 Optima sed charitas dotes uersatur in omnes,
 Quodque tenet socius quilibet, alter habet.
 Sic decor ex uarijs templo splandescit in uno,
 Dum quisque a charis datque refertque uiris.
 Nam uelut in forma terreni corporis ista
 Diuersos artus spiritus unus alit.
 Corpus & est unum membris cocuntibus, atque
 Profunt in uarijs singula membra locis.
 Et commune decus diuerso surgit ab actu,
 Adiuvat & summū pesque manusque caput.
 Sic corpus fidei christo sub principe nostræ,
 Dotibus in multis mystica membra gerit.
 Ipseque dux, artus ex æquo illapsus in omnes,
 Pro uario captu permeat, atque fouet.
 Omnibus unus amor, finē meditantur ad unum,
 Vtilis est proprio quilibet officio.
 Cernis ut in fluuio cuncti lustramur eodem
 Christus & ut nobis omnibus unus adest.
 Corpus idem multi facimus, seu Græcia, siue
 Assyria, aut Numido puluere gignat Arabs,
 Haurimus ex uno nitalem lampada potu,
 Quæ recto ad patrem tramite pandit iter.

Ac li

Sicut enim corpus unū
 ē & mēbra habet multa
 oīa aut mēbra corporis
 cū sint multa unū
 tantum corpus sunt,

Sic & christus et in uno
 spiritu omnes nos in
 unum corpus,

Baptizati sumus,

Sive iudei sive gentiles
 sive serui sive liberi.
 Et oēs in uno spiritu
 potati sumus.

Ac licet in uarijs fundat sua numina donis
 Vnicus, est membris spiritus ipse pijs.
 Integrum corpus membro neque constat ab uno,
 Sed multis, proprio quodlibet atque sinu.
 Nec pes longinquis positum se defleat oris,
 Sit licet extremo est utilis ille loco.
 Dextera nec doleat, quod non simul audit & ipsa,
 Non oculis auris grandibus inuideat.
 Pars quota nā pulchrum pleno est in corpore mē-
 Per uaria & uires munia corpus habet. (brū
 Ecce oculi nitidi quid sunt, si cætera tollas,
 Deme sinus fronti, quid precor auris erit?
 Iuncta nimis, disuncta nihil, nam corporis aulam
 Sustinet in motu pars quota nempe suo.
 Propterea omnipotens diuersa in corpore membra
 Compegit, donis dans loca certa suis.
 Et cuiusque suum munus dedit ille, iubetque
 In multis unum summa tenere caput,
 Corporis ordo sacri sic est pulcherrimus, & sic
 Ordine, mensura, pondere, constat opus.
 Sic nimium uario distantia membra decore
 Esse unum corpus spiritus unus agit.
 Nec possunt has membra uices contemnere fastu,
 Nec debent socijs uelle nocere suis,
 Non pes auriculam fastidit, dextera nasum,
 Non oculus plantas, non manus ipsa genas,
 Nec res

Nam & corpus nō est
 unum membrum sed
 multa.

Si dixerit pes q̄ non
 sum man⁹ nō sum de
 corpore num ideo nō
 est de corpore.

Et si dixerit auris q̄
 non sum ocul⁹ nō sum
 de corpore nū ideo nō
 est de corpore.

Si totū corp⁹ oculus
 ubi auditus / si totū au-
 ditus ubi odoratus.

Hunc aut posuit deus
 membra unū quodq̄
 eorū i corpore sicut uo-
 luit / q̄ si essent omnia
 unū mēbrū ubi corp⁹ ?

Hunc aut multa qui-
 dem membra unum
 autem corpus.

Non potest aut ocul⁹
 dicere manui: opa tua
 non indigeo.

Tut iterū caput pedibus nō estis mihi necessarij.
Sed multo magis q̄ videntur membra cor poris isfirmiora esse ne cessarioza sunt.

Et quę putam⁹ igno biliora mēbra esse cor poris his honozē ha bundantiorē circun damus.

Et q̄ in honesta sunt nra habundantiorē honestatē habēt hone sta aut nra nullis egēt Sed de⁹ reperavit cor pus ei cui dcrat habū dantiorē tribuēdo ho nozem vt nō sit scisma in corpore sed inidip sum pro inuicē sollicita sint membra.

Et si qd patit vnum mēbri cōpatiunt om nia membra.

Nec regale caput, pedibus si uincula nēctas
Pergit habēt certum singula membra bonum.
Vt quę infirma putes hęc & mereantur honorē,
Nam male si tollas paruula, magna ruent.
Vtile quicquid habes fructu pensatur honesto,
Et sunt officijs quęquę decora suis.
Quodque minus pulchrum cura tractatur et arte,
Vt sine quo totum debile corpus erat.
Addimus ornatus, ipsis quoque casta pudendis
Tegmina, & in multis integer ordo locis.
Sic uelut in cithara diuersos corporis artus
Conditor ipse locat, temperat, atque mouet.
Vt quę nature deerant, pensentur honore,
Quęq̄ minus pulchri plus quoq̄ laudis habēt,
Ne scisma aduersos mēbrorum obtruderet artus,
Damna tuo comiti, sunt quoque damna tibi.
Membra sed alterno sese tuantur amore,
Quando eget & socij quolibet arte sui.
Et decus inualidis amissum partibus, omne
Vnius ad lætum uulnere corpus aget,
Ac ratione pari quod cuique est utile membro,
Totius id pariter corporis esse puta
Hinc ascēde precor, christumque, artusque, caputq̄
Pensans, in socijs te bene cerne tuis.
Si valeant simul ipse uales, pereuntibus illis
Te quoque ad interitum crede uenire tuum.

Exer:

Exerces preciosa odia, & constantia magno,
Si comitem ut ferias, est tibi uile mori.
Desine rixari, sociosque incessere christi,
Hos tibi nempe suo iungit amore pater,
Arcius & templi coniungimur ordine nostri,
Quam sese nostro corpore membra ligant.
Nos christi corpus, uel christi in corpore membra,
Gratia natura nec minus ipsa ualet.
Cum charitis corpus membro lædatur adempto,
Es tibi, qui socijs improbus ipse tuis.
Respice, ut unitis pulchra est ecclesia membris,
Quodque suum pleno corpore munus habet.
Disposuit sua membra potens, digneque locauit
Illa pater certis iussit & esse locis.
Dispensatores uerbi primo ordine sancti,
A quibus in uestros uita relata sinus.
Dein, qui fata queant uenientia dicere uates,
Arcanumque sacra pandere uoce iubar.
Hinc doctos diuina uiros, aliosque docentes
Qui referunt longam quę leuet unda sitim,
Inde duces aptos sæuim cohibere furorem,
Frangere & inferni tela scelusque doli,
Qui cruce perfectis christianum lampada miris
Effundant nostri nomen opusque dei,
Hinc medicos morbis, & qui coelestibus auris
Vestra regant tumido linthea recta Salo.

Qui

Hos aut estis corpus christi et membra de membro.

Et quosdā quidē po sult deus in ecclesia.

Primo qdē apostolos

Secundo prophetas.

Tertio, doctores.

Deinde virtutes.

Ex inde gratias cura tionum.

Epitulationes guber
nationes.
Genera linguarum inter
pretationes sermonum.

Mundus omnes apostoli/
nunquam omnes prophetae/
nunquam omnes doctores. &c.

Emulamini autem chari-
tatem meliorem.

Et adhuc excellentiorem
viam vobis demonstrabo.

Qui praesunt, miserosque leuent, ac felle meroque
Disponant populo iura beata pio.
Denique, qui varijs fraterna ad comoda linguis
Effundant noto balsama nata deo.
Hic modus, hic fratres ad sanctos excitat usus,
Ut vestris dignam nempe feratis opem.
Non omnis uates, non omnis apostolus, unus
Omnibus in sacro dat pater esse loco.
Sors sua cuique datur, dos & quae contigit isti
Vtilis & socio debuit esse suo.
Fastidire alium nescit pia gratia, nescit
Ledere, sub multis pax micat una bonis.
Sed qui magna tenes maior a admitere dona,
Ut bona cum tuleris plurima, plura petas.
Plura petas gratis studio meruisse fideli,
Quamquam nec meritis lux datur alma tuis,
Gratis opes flatus domino spirantur ab uno,
Sed deus ad iustas flecitur ipse preces.
Dona laboranti non est tibi posse mereri,
Sed facilis uotis est bona dextra pujs.
Audiit orantem charitas, bona summa petenti
Praestat, ab orato gratia missa deo.
Tu tamen interea nec donis fide secundis,
His & adhuc uirtus altius ire potest.
Est aliquid, sine quo nihil haec tibi dona superna
Contulerint, ueram concipe turba uiam.

Res

Res preclara, loqui centenis dogmata linguis,
Quos sibi plus aequo Graecia uera placet.
Sed quamquam linguis cunctis terraeque polique
Eloquar angelico dulcia uerba sono,
Ni pius est animus, qui puro motus amore
Dirigat ad solum singula uota deum,
Nil ualet, est charitas nostros quae perficit actus,
Hac sine nullius facta ualoris erunt.
Magna loqui nihil est, ut uano cymbala bombo,
Frigida si a gelido pectore uerba damus.
Quin, si me uatem faciat uentura uidentem,
Tempus in aspectu qui gerit omne suo,
Arcanos imbres summa & mysteria noscam,
Quamuis & pleno pectore cuncta sciam,
Sit mihi tanta fides qua duos tollere montes,
Et ualcam incultis saxa mouere locis,
Nil iuuat, informe est quod non a numine manat,
Est charitas, facti norma parensque boni.
Si mihi pauperibus totas impendere gazas
Detur & a lenta soluere tabe uiros.
Ultrici & flammæ si dem mea corpora miles,
Et gero de uictis clara trophea focis.
Si charitas desit, nil profunt cetera, uerus
Est amor electos qui facit esse uiros,

Ni stua

Si linguis hominum
loquar et angelorum.

Charitatem autem non
habeam.

Factus sum uelut es-
sonans aut cymbalum
tinniens.
Et si habucero prophe-
tiam.

Et nouerim mysteria
omnia et omnem scientiam.

Si habucero omnem fi-
dem ita ut montes trasseram
charitatem autem non ha-
bucero nihil sum.

Et si distribuero in ci-
bos pauperum omnes sa-
cultates meas et si tra-
didero corpus meum
ita ut ardeam.

Charitatem autem non
habucero nihil mihi pro-
desit.

Ni studeam prodesse alijs, nullique nocere
 Nil mihi, cœlestes si tribuantur opes,
 Hæc uia quæ ducit summi rectoris ad aulam,
 Quæ uiuo sanctum lumine monstrat iter.
 En reliquæ dotes uitijs uiolantur ab ipsis,
 Dona terit læuum dextera sæpe malum.
 Permanet æternum charitas, uictrixq̃ triumphat,
 Quæ nunquam duris cessit ic̃ta malis,
 Non hanc ambitio, cæcœque superbia fastu,
 Non illam potuit rumpere, liuor edax,
 Leni animo patiens tolerat quoscunque labores,
 Vtilis est, constans, uera, benigna, comis.
 Inuidet & nulli, quæ sunt sua fundit in omnes,
 Affixo cœlis lumine semper adest.
 Non inflata furit, non ulli est consona fraudi,
 Nil ambit seuis mota cupidinibus.
 Omnibus una placês fructus se spar git in omnes,
 Nullum iter et durum dū modo proffit, habet.
 Hostibus a nullis ira irritatur acerba,
 Non se de insidiosis uindicat illa malis.
 Nullum pura nefas admittit pectore, & odit
 Iniustum, nullo uincitur illa gelu.
 Moribus una pijs gaudet, sinceraque uota
 Laudat, & a falsis abstinet una bonis.
 Congaudet ueris, mendacia torquet, & urit,
 Suffert, nec mundi pondere uicta cadit.

Hæc

Charitas patiens est
benigna est.

Charitas non emula
tur non agit perperâ.

Non inflatur non est
ambitiosa.

Non querit q̃ sua sunt.

Non irritatur.

Non cogitat mali nō
gaudet sup̃ iniquitate.

Congaudet asit uer-
tati omnia suffert ois
credit omnia sustinet.

Hæc ad spem facilis credit, melioraque semper
 Admonet, expectat, sustinet, instat, amat,
 Cessat & hæc nusquam, nō ignibus excidit altis,
 At semper multis dux micat una modis,
 Dos æterna dei charitas, quam præstat amator
 Spiritus, & famulis sustinet ipse suis.
 Perpetuas habitat mentes, data tempore in omni
 Ut sit, & efflatum conferat ipsa deum.
 Sanctæ aliæ dotes finem præstantur ad unum,
 Et data pro certo tempore tempus habent.
 Sive prophetarum uox euacuanda, silebunt
 Lingue, seu quicquid noscitur orbe, ruet.
 Accedent maiora quidem, nam culmine capto
 Non opus est prænsam querere calle uiam.
 Hactenus instat iter, cliuo sudamus aniheli.
 Nec capimus pleno dona beata modo.
 Cum perfecta tamen ueniat sapientia, cum uis
 Integra, cum uotis nulla negata pijs.
 Tempus & umbra ruent, toto & fulgente silescet
 Partis honos uastum nec tremet agna lupum.
 Ut natura, gradus habet & christiana iuuentus,
 Incipit, & crescit, proficit, atque manet.
 Cum puer in cunis puerilia uerba loquebar,
 Et tener ut pueri corda mouebat amor.
 Cum puer, instabam teneris ut paruulus aëlis,
 Tunc inerant animo paruula sensa meo.

Ast ubi

Charitas nunq̃ exci-
dit.

Sive pphetiæ euacu-
abuntur sive lingue
cessabūt sive scientia
destruetur.

Ex parte enim cogno-
scimus & ex parte pro-
phetamus.
Cū aut̃ uenerit q̃ p-
fectum est euacuabi-
tur quod ex parte est.

Et si essem paruul⁹ lo-
quebar ut paruul⁹ co-
gitabā ut paruul⁹ sapi-
ebam ut paruulus.

Quando autem factus sum vir. *Asi ubi grandis homo, uotumque induta uirile
Mens fuit, aprimis & resoluta iocis.*

Euacuauit que erant paruuli. *Abieci pueri curam, puerique saporem,
Et iam barbato robore magna sequor.
Donec in extremo bellantem uictor O lympo
Sistat, & ad summum prouebar usq; gradu,
Quod si non tantum pelago contingat in isto,
Nec liceat misero summa tenere solo.
Luce laborandum est, ut uere in tempora uite
Ornemus uictis plena trophea dolis.*

Uidemus nunc per speculum. *Cernimus o socij quod nulla est nostra potestas,
Nec uerum in nobis nunc licet esse inbar.
Ut pueri sapimus, uarijsque immersa sub umbris
Lumina, sopito est mixtus amore labor.
Scitaque nescimus, nec uisa ut uisa uidemus,
Sed uelut in speculo cernimus illa procul
Tentamus ueram fidei sub tegmine uitam,
Et tantum est oculis lucis imago pijs.
Querimus e sacris arcana latentia libris,
Mixtaque sunt fletu gaudia nostra suo.
Verum ubi contingat tranquillo sistere templo,
Et data seruatis plena corona uiris.*

Tunc aut facie ad facie *Tunc facie ad faciem res contemplabimur ipsas,
Terrea nec radios iam teget umbra pios.*

Ita sic cognosco ex parte tunc aut cognoscam sicut & cognitus sum. *Presentem presens oculis & corde uidebo,
Letabor uiso tempus in omne deo.*

Cogno

*Cognosca dominum, uelut & sum cognitus ipsi
Utque fruens, notus, sic quoque charus ero.
Et dilectus amans, ut noscens notus, & uno
Plenus, perpetuo perfruar ipse bono.
Sed tamen interca dum dulcia tempora dantur
Leticie mixtos non habitura metus,
Sunt tria, quae tribunt animis alimenta decoris,
A domini plagis, spes, charitasque, fides.
Ista uidens oculis quaecumque latentia claris
Effundit flammam cana calore piam.
Luce alitur, rectique tenax, & certa futuri,
Temperat in medijs praescia corda malis.
Illa uolat, nec nocte iacet, lassataque nunquam
Inicit haesuras pulchra sub ora manus.
Hec manet, & nostro succis uitalibus orbe
Docta frui, uiuo tendit amica gradu.
Donec iam scelix ad uerum ducta uigorem
Venerit, & totum transuoret ore deum,
Ex hoc & paruis ad lumina plena fauillis
Acta, det afflato summa tenere uiros.
Excellunt dulces haec cetera dona sorores,
Quaelibet occisi sanguine nata dei.
At charitas maior, sceptrum tenet omnibus una,
Qua sinenil sanctum nil ualet esse bonum.
Iusticiamque fides tribuit, spes alta uigorem,
Dat charitas homini, numen habere dei.*

Hunc autem manet.

Fides.

Spes.

Charitas.

Tria haec.

Maiores autem in horum est charitas.

X Nam

Nam deus est charitas, & qui charitate potenti
 Permanet a uero numine nomen habet.
 Eri ge socordes animos, marcentia somno
 Corda, poli princeps si uelis esse potes.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

Sectamini charitatē
 emulamini spiritalia
 magis autē ut prophe-
 tetis.

Nec reliquas dotes ideo tempisse licebit,
 Qd charitas primo summa petēda gra
 Sic maiora decet nō fessis querere uotis, (du est,
 Ne pellas animo dona minor a tuo.
 Linguarum omne genus grato accipiatur amore,
 Has tibi cum supero munere fundat amor.
 At magis optandum, si te uelit esse uidentem,
 Qui uidet, atque oculos conferat ipse suos.
 Magna loqui nihil est, nihil inde ferentibus, ulli
 Quid iuuet hoc, linguam ni tenet ille meam
 Barbaricos canit iste sonos, ut Barbarus alter
 Creditur, infusas nec bene pandit opes.
 Mysticus exponit coelestia dogmata uates,
 Et noto afflatus exprimit ore suos.
 Inuitat proceres ad certam currere palmam,
 Et segnes stimulis incitat ille sacris.
 Erigit infirmos, solatur robore lassos,
 Et similis magno dicitur esse deo.
 Iste sibi tantum loquitur, populoque uidentī
 Non intellectu nil iuuat aura sono.

Qui em loquitur lingua
 nō hoibus loquit sed
 deo/nemo em audit/
 spiritus autem loquitur
 mysteria.

Mā q̄ pphetat hoib⁹
 loquitur ad edificatio-
 nem ⁊ exhortationem
 ⁊ consolationem.

Qui loquitur lingua
 semetipsum edificat.

Aspius

At pius enarrans mysteria singula uates,
 Est sibi, & est socijs utilis ipse suis.
 Linguarum manus magnum ē, a flamine sancto
 Quod datur a uerbis effugit umbra sacris.
 Sed cedit sancto meritis pia lingua prophetae,
 Qui interpres summū noscitur esse boni.
 Finge age me uarijs numerosa in carmina linguis
 Surgere quid socio uox dabit ipsa meo?
 Si non possit uoces arcana uela profundi
 Exligat, & sensus edocet illa sacros.
 Si non erudiam sapiens, moreque reformem,
 Notaque sint dictis mystica sacra meis.
 Cum male discretos effundit tibia cantus,
 Et sine ui mentis perdita uerba sonant,
 Quid nisi percussos habeant tua pectora uentos?
 Quid nisi confusum dat leuis aura sonum?
 Iam tuba funestam cum praecinit aenea pugna,
 Voce sub obscura quis uigil esse potest?
 Si non distinguat sonitus, an praelia censet
 Incipere, an lassos ponere tela uiros.
 Si uos o socij linguis arcana loquentes
 Vestra nisi certum uox ferat ipsa sonum,
 Non profecturo curatis ouilia uerbo,
 Sed tantum uacuos funditis instrepitus.
 Multa quidem uox est, uarijs & copia linguis,
 Sed quid, conceptus si tulit aura pios?

Qui autē prophetas
 ecclesiam dei edificat.
 Uolo autem omnes
 uos loqui linguis.

Magis autē pphetare
 nā maior est q̄ ppheta-
 tar q̄ q̄ loquitur linguis

Nisi forte interpretur
 ut ecclesia edificationē
 accipiat, nunc autē fra-
 tres si uero ad uos li-
 guis loquēs qd uobis
 pdero nisi uobis loq̄r
 aut in reuelatione aut
 in scientia in prophe-
 tia aut in doctrina.
 Tamē q̄ sine aia sunt
 uocē dāta/suētibia, si
 ue cithara nisi/distin-
 ctionē sonitū uiderint:
 quomodo sciet id qd
 canit aut qd cithariza-
 tur: etenim si incertam
 uocē det tuba quis pa-
 rabit se ad bellum?

Ita ⁊ uos p linguā nī
 si manifestū sermonē
 dederitis q̄modo sciet
 id qd dicit: eritis em in
 aera loquētes tā mul-

D ij ARbo

sa ut puta gña linguaz
sunt in hoc mudo ⁊ ni
hil sine voce est.
Si ergo nesciero vir-
tutem vocis.
Ero cui loquar bar-
bar⁹ ⁊ qui loquitur mihi
barbarus.
Sic etiā vos qm̄ emu-
latores estis spiritus
ad edificatiōem ecclē
querite vt habundetis
Et ideo q̄ loquitur lin-
gua orat vt interpretet̄
Nam si ozem lingua.

Spiritus meus orat
mens autem mea si-
ne fructu est.
Quid ergo est orabo
spiritu orabo ⁊ mente
psallam spiritus psallā
⁊ mente.

Ceterum si bñdixeris
spiritu q̄ suplet locū
idiote quomodo dicet
amen super tuam bñ-
dictionem qm̄ quid vi-
cas nescit.

A Rhomæ uerbis nil concipit India, Ganges
Dicta sub acteis non capit ulla notis.
Vos igitur quando uocis miracula magni
Ducitis, ⁊ cordi quærite dona pio.
Fœcunda ut socijs profint pia pectora castis,
Luceat ⁊ uerus cuncta per arua dies.
Et uir cui donum linguarum contigit alium,
Pascat, ut in lucem dogmata sancta ferat.
Pascat ⁊ a domino qui dat bonus omnia uero,
Vt possit uerbis utilis esse suis.
Nam si sancta precer non intellectus, ⁊ ipsis
Dem Græcis Perso dona beata sono.
Spiritus hic orat, sunt uerba precantia, sed non
Vtilis est animus quod cupit esse meus.
Ergo indeffesso, dominum sermone precabor,
Et dabo constantes mente animoque preces.
Facta dei grato meditabor pectore, ⁊ illa
Mente, animo, surgens nocte dieque canam.
Addita sit linguæ sapientia, tunc bene possis
Inclyta carnati pangere gesta dei.
Nam si diuinas ignoto carmine laudes
Dixeris, unde tibi qui bene dicat, amen.
A te cantatos mi plene intelligit hymnos,
Vnde erit, unde tuo succinat ille sono?
Vnde erit, ut quanquā doceas tu sancta popellum,
Fruclum de uerbis afferat ille tuis.

Vnde

Vnde erit ut uitam monitis formare supernis,
Possit, si monitus non capit ille tuos.
Ne tamen o fratres indoctum credite Paulum
Quod bene non norit insimulare genus,
Naque fatebor enim (magni est ea gloria christi)
Possum diuersis pandere corda sonis.
Græca loquor, Rhomana loquor, nec barbara des
Si uelis a sasso quæere cuncta loquor. (sunt,
Sed non cuncta loqui uita est mea paucula malum
Feruudus in templo dicere uerba sacro,
Dum modo me capiā, dum quæ teneatur ab omni
Mente loquar, picæ non similis uacue,
Qua uel mille decē sonitus, quorum agmine nul-
Auditor ualeat discere, quæ deceant. (lus
Ergo age clara sequens christi uestigia patris
Si bonus ad ueras te citat ardor opes.
Heus puero præpone senem, paruusque reliclis
Ad dona illæso nitere summa gradu.
Sunt quæ conueniant pueris, sunt grandia dona,
A iam prouectis sola petenda uiris.
Moribus innocuis socij puerefcite, sancta
Simplicitas ueris conuenit una pijs,
Dotibus ast animi studioso crescite uoto,
Et bona christanis quærite summa oculis.
Donec ad extremi ueniatis culmina doni,
Est in amore modus non habuisse modum.

X iij Nec

Nam tu quidē bñ gra-
tias agis sed alter nō
edificatur.

Gratias ago deo meo
q̄ omnium uestrū lin-
gua loquor.

Sed i ecclia uolo qm̄
q̄ uerba sensu meo lo-
qui vt alios instruam

Quam decem millia
uorborum in lingua.

Fratres nolite pueri
effici in sensibus.

Sed malicia paruul:
estote.

Sensibus autem per-
fecti estote.

Nec satis est, si iam noceat tua dexter a nulli,
 Omnibus ut profint optima corda petunt,
 Omnia mirantur pueri, sed grandior etas
 Negligit hæc, & iam nõ nisi magna probat.
 Turpe est in canis claras adolescere mentes,
 Quæ possunt diuis accubitare thoris,
 Sic dominus quondam præclaro est uate locutus,
 Huic populo linguis eloquar in uarijs.
 Nec me sic etiam plebs audiet ista, supernum
 Tantum erat hoc animis mittere dogma pijs.
 Tante molis erat uenturum ostendere christum,
 Et tegere arcanis sacra futura notis.
 Ista rudem populum quõdam rudimenta decebât,
 Linguarumque illis conueniebat apex.
 Hoc ut mirati donum, traherentur ad umbram,
 Et tener umbratam duceret ore fidem.
 Signa dabant lingue, nec tantum signa fideles
 Poscimus, in capto est uertice noster amor.
 Nos maiora decet, quos sermo propheticus altum
 Erigit, in uotis nec finit esse reis.
 Iam tibi quid lingue ualeant, q̄ offendere possunt,
 Si pia mens noto non manet una deo?
 Nam si conueniant omnes, linguisque loquãtur,
 Et sua quisque suo concitet ora sono.
 Insanire uiros quis non putet, impius actor
 Si sit, & effusum nesciat esse deum?

Ecce

In lege em scriptu est
 qm̄ in alijs linguis et
 alijs labijs loquar po-
 pulo huic: nec sic ex-
 audit me dicit dñs.

Itaq; lingue in signi
 sunt nõ fidelib; sed in-
 fidelibus.

Prophetie autem nõ
 infidelibus sed fide-
 libus.

Si ergo conueniat uni-
 uersa ecclesia in vni
 omnes linguis loquã-
 tur itret aut idiotæ aut
 infdeles nonne dicet
 quid insanitis.

Ecce prophetantes cuneos, conuincitur omnis
 Perfidus, & morbos iudicat ipse suos.
 Agnoscit uerum numen, pietatis amorem,
 Et uelut a summo uerba relata deo.
 Damnat opus solitum, moresque accusat acerbos,
 Totus & instanti redditur ipse sibi.
 Lumina uera probat, diris & conscius actis
 Odit quod stygium nuper amabat onus.
 Denique mutatus terra procumbit, honorem
 Datque deo, sanctis quem uidet esse uiris.
 Quid faciatis oues pastor feret utilis, at nunc
 Quisque det in cœtu quod tenet ipse pio.
 Dant alij sanctos diuinis cantibus hymnos,
 Erudyt socios doctus & ille suos.
 Eruit abstrusum sacris de fontibus ignem
 Hic, & de libris intima uela rapit.
 Ast alius doctis loquitur mysteria linguis,
 Vt placuit domino fundere dona meo.
 Fastidire nefas aliquid, quod numina præstant,
 Publica sed uestris commoda sint studijs,
 Qui ualet ille inuict, lucrumq; ut q̄rat honestum,
 Quo posit socijs utilis esse suis.
 Et christiana prior pax obseruetur, & ordo
 Vt sint pro dignis cuncta repensa locis.
 Non obstant alijs alij, procul usque tumultus,
 Sit procul a sanctis rixa furorque meis.

X iij Sed

Si aut oēs pphetent
 intret aut q̄ infidelis
 uel idiota conuincit. ab
 oib; di iudicat ab om-
 nib; occulta em cordis
 eius manifesta sunt.

Et ita cadẽ in faciem
 adorabit deũ pntiã
 q̄ uere de in uobis sit
 Quid ergo ẽ fratres
 cũ conuenitis unusq; s̄p
 vrum psalmum habet
 doctrinã habet: Apo-
 calipsum habet: linguã
 habet: interpretationem
 habet: omnia ad edifi-
 cationem fiant.

Sive lingua quis lo-
 quitur secundũ duos aut
 multũ tres & per para-
 tes & vn; interpretet.

Si autem non fuerit
 interpretes taceat in ec-
 clesia sibi autem lo-

quatur & deo /prophe
te autem duo aut tres
dicat & ceteri dijudicet
q̄ si alij reuelatū fuc-
rit sedēū prior taceat.
Potestis em̄ omnes p̄
singulos prophetare:
vt omnes discat & om-
nes exhortentur.

Et spiritus propheta-
rum prophetis subie-
ctus est non enim dis-
cussio est deus sed
pax.

Sed discant omnes, simul exhortentur & omnes
Voxque sit a uiuo mens quoque mota deo.
Indignum supero si quid referatur amore,
Credite tartarei dogma fuisse doli.
Nam neque sunt omnes a uera luce prophetae,
Est inter pulchras spina cruenta rosas,
Vos sanctas seruate uices, spirataque dona,
In medium socij ferte referte pij
Ne domini uates diuino credite pulsu,
Lymphatos proprium perdere iudicium.
Nā dominus stimulos sic uersat pectore sanctos,
Vt pia mens saluo reflet in arbitrio.
Seu uelit a primo sermonem adducere saeclo,
Decreta arcani siue silere dei,
Hoc ualet, in uate est sanum cohibere furorem,
Dum decus hoc summi poscat & ara dei
Propterea quisquis ueraci percitus oestro
Efflat supremi lumen opusque boni,
Is potius seruire suis, christique tenorem
Si memor est christi, debet amore sequi.
Absit, ut is patrem christanaque signa relinquat,
Et sacro socios laeserit ore suos.
Absit ut impatiens alijs se praeferat unus,
Sed seruum domini sit memor esse sui.
Sit memor a radijs hauisse haec pocula iustis,
Autorem pacis nouerit esse deum.

Pace

Pace canat, pacisque uiam commendet honestam,
Praestet pacifico mystica sacra sono.
Hoc placet, hoc sic stat, sanctae haec sententia turbae,
Hoc doceo christi doctus amore mei.
Ne tamen a nostro distent pia dogmata cultu,
Non doceat templo foemina uestra sacro.
Oret, & haec taceat, satis est siluisse decorum,
Sepe loquax uaria tabe marita nocet.
Nō capit haec tantum doceat qd̄ foemina sceptrum,
Quam deus electo subdidit ipse uiro.
Est super hanc coniux, a coniuge pendeat illa,
Et sileat socio iussa placere suo.
Ecce in foemineo sunt pulchra silentia sexu,
Cum uelis a proprio discere, discite uiro.
Nam quam turpe uiris, templo si foemina sancto,
Eloquitur summi iura profunda dei.
Hoc etiam stultis uetuit gens ethnica phanis,
Nec pia uos ritu laedite templa nouo.
Isthmiaci proceres alijs concedite primis,
Et charitem domini turba secunda tene.
Quod si uos inter dux entheus sit ue propheta,
Me uidet a magno dicere iussa deo.
Non humana loquor, coelestibus imbuit undis
Ora patet, serui qui mouet astra sui.
At qui sponte iacens christana charismata nescit,
Hunc etiam dominus nesciet ipse pius.

Non

Sicut in oibus eccle-
sijs sanctorum doceo.

Mulieres i ecclyis ta-
ceat nō em̄ permittitur
eis loqui sed subditas
esse sicut & lex dicit.

Si qd̄ aut̄ uoluit discere
domi uiros suos in
terrogent.

Turpe est em̄ mulieri
loqui in ecclesia.

An a uobis uerbu dci
processit aut in uos so-
los peruenit.

Si q̄s uidet ppheta
esse aut spiritalis co-
gnoscat que scribo vo-
bis quia domini sunt
mandata.

Si quis autem igno-
rat ignorabitur.

Itaq; fratres emula-
mini pphetare et loq;
qui linguis nolite pro
hibere
Omnia autem hone-
ste secundum ordines
fiant in vobis,

Moti aut vobis facio
fratres euangelii qd p
dicauit vobis qd et acce-
pistis in quo et statis p
qd et saluamini et c.

Tradidi em vobis in
primis quod et accipi.

Quia christus mortuus
est p peccatis nris se-
cundum scripturas et
quia sepultus est et qd
resurrexit.

Non bellare meum, satis admonuisse, precor uos
Lumina christianis querite summa oculis.
Ne prohibete loqui, quos optimus incitat autor,
Sed decor, et cunctis sit pius ordo locis.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

AT quando iter uos nimum sermone propheta
Queritur, an gelidis ossa citada locis? (no
An caro de trepidis uita reditura sepulchris,
Sitque simul comiti consocianda suo?
Iam primum dubitasse nefas, qui condidit orbem
Cur nequeat nectos uiuificare uiros?
Coepisti christi radios, normamque fidemque,
Si sapias hanc, alia non uelis ire uia,
Edocuit christus, nihil haec ut fata nocerent,
Et duplicem uitam corporis edocuit.
Mortua surrexit christi caro, tu quoque surges,
Exsurrecturos sic probat ille homines.
Surrexit, sur gemus, erit qui membra reformet
Dux fuit ut populi conditor ille sui.
Surgendo reparat uitam, quam morte redemit,
Datque suis uiuus uiuere posse deus.
Destruxit mortem moriens, uitaque decorem
Praestitit, ut uicta nocte triumphet amor.
Non opus est Sophiae caecis haerere magistris,
Si te quod teneas uirque deusque docet,

Est

Est expertus homo, deus est, nec fallere nouit,
Nec uolet, huic tanto credere quis timeat.
Hic est nostra suo medicatus membra cruore,
Fouit et hic plagis uulnera nostra suis.
Eripuit uinctos inferni a iure tyranni,
Ad lethum patiens ut pi a ductus ouis.
Tollitur occisus, tumultoque reconditur almo,
Et deus irriso funere surgit homo.
Occidit, at uerus uiuit post funera christus,
Spiritus ut quondam uaticinatus erat.
Implet et exsurgens sacrorum carmina uatum,
Est tandem uero plena figura bono.
O seus haec uates, trino sur gemus Eoo,
Viuemus nostros rege fouente sinus.
Rursus et haec David, no me sub morte relinques,
Nec dabor infernis impia praeda lupis.
Nec datur, at surgens aeterno christus honore,
Scandit ad empyreum corpore, mente, Polum,
En prius aetherea quam regnet uictor in aula,
Dux pius a claris cernitur ipse uiris.
Post Cepham selecla cohors hunc uidit, et inde
Quingenti fratres hunc simul aspiciunt.
Ne ne qs addubitet, uiuit pars maxima, et horu
Surgenti multus nunc quoque testis adest.
Post haec et iustus dominum conspexit Iacob,
Et sancto aspectu pauit utrosque oculos.

Denio

Tertia die.

Secundii scripturas.

Et qz visus est Cephe
et post hoc undecim.
Deinde visus est post
qz quingentis fratribus
simul, et.

Mouissime aut oim
aap aboziuo vilus est
mih.

Ego em sum minimus
apostolorum q non sum di
gnus vocari apostolus
qm periecutus sum ec
clesiam dei.

Gratia autem dei sum
id quod sum.

Et gratia eius in me
uacua non fuit.

Sed habundantius il
lis oibus laboravi non
ego autem sed gratia
dei mecum.

Sive enim ego sive il
li sic predicauimus.

Denique & hunc omnes uiuum uidere sodales
Nulla per iniustam damna tulisse necem.
Ultimus hunc uidi, non dignus apostolus, illum
Aspexi, & memori lumine uisus adest.
Ut uidi, & perijt uotis nox improba nostris,
Indulsi flammis lucifer ipse suas.
Ipse oculis illustre iubar diffundit ab alto,
Depulit & somnum duxque deusque meum.
Nec merui fateor, se uo pia membra furore
Dilacerans christo pestifer hostis eram.
Sed pia me bonitas uite facit esse ministrum,
Immerito & uerbum credidit illa suum.
Nec sterilem gessi famulum, postremus in almo
Ordine, sum sancto nempe labore prior.
Doctor in incultos ieci pia semina campos,
Ut uideas oculis numina uisa meis.
Hoc etiam haud nostrum est, nostrum beat ille labore,
Flatque, mouetque, regit, perficit, atque fouet.
Sive igitur socijs potius tu credulus almis,
Quos primos tanto seligit ille bono,
Seu mihi, sacrata qui luce nouissimus illum
Suspexi, & uero doctus ab ore fui,
Res eadem, nos unus amans unumque reformat
Numen, & ex uno dogmata nostra deo.
Unus & est christus, uiuum quem uidimus oes,
Et cupimus ueram fratribus esse fidem.

Nos

Nos nostri similes uero perstamus in uno,
Quid tibi cum uarijs christea turba modis?
Tradidimus tibi lucis iter, quae insania cogit
Decreta in litem firma uocare nouam?
De christo siquidem constat surgente, sacerque
Hoc numerus firmum, coprobat atque tenet.
Quod si surrexit christus, iam tu quoque surges,
Ille quidem nostrum nos sua membra caput.
Ille tuos cineres haec in tua corpora iunget,
Ex nihilo integrum qui facit esse hominem.
Grande opus ex paruo magnum constare, sed illo
Grandius est, aliquid cum facit esse nihil.
Quid dubitas, iam pignus habes, & plurimus atro
Lazarus a nostros uenit ab orbe dies.
Viderunt turbae manifesta luce sepulchrum
Viueret, & audito busta pauere deo.
Nec frustra est animis in corpora uelle reuerti,
Sed tamen hic omnes unicus ardor agit.
Sicet in tenues abeant si corpora flatus,
O lim sunt animas adreditura suas.
Hoc docuit surgens dominus, capitisque uigore
Spem dedit hanc membris usque manere suis.
Haec spes sacrata commendat flumina lymphae,
Haec nos estygijs uertit ad astra locis,
Heroas uiuae stimulauit ad aequora palmae,
Haec dedit & senas uincere posse minas.

Haec

Et sic credidistis.

Si aut christus predi
cat quod resurrexit a
mortuis.

Quomodo quidam di
cunt in uobis q resurre
ctio mortuorum non est si
autem resurrectio mor
tuorum non est neque
christus resurrexit.

Si aut christus non re
surrexit inanis est pre
dicatio nra inanis et si
des uestra etc.

MVSA PAVLINA.

Hæc sponte ad lethum duxit pia pectora, quando
 Fœlix diuina uita manebat ope.
 Carnificum gladios uitasset martyr acerbos,
 Aeternum sciret si sibi nempe mori.
 Si non empyreo uita fruiturus in orbe
 Esset homo, sanctum quid iuuat esse uirum
 Et si de cæso nobis spes tradita christo
 Præsenti tantum limite claudit opes,
 Nos infelices & turba miserrima dirum
 Ludimur, heu nunquã est nostra uideãda salus!
 Cædimur extorres, uento iacclamur & imbre,
 Torquemur duris nocte dieque malis.
 Nec dulces escæ, ueneris nec præmia nobis,
 Arcetur frænis dextera nostra pujs.
 Improba gens ultro uitjs bacchatur in altis,
 Et sequitur cunctas corporis illecebras
 Quod si non cœlum restaret, & altera uita,
 Quis uelit occiso martyr adesse deo.
 Absit ut hi nobis præsent, teneant ue cacumen,
 Aut uideat uerum non bona turba bonum.
 Exitus acla probat, de æterno est uera uoluptas,
 Altera post mortem (discite) uita manet.
 Discite mortales uitjs succumbere nullis,
 Est uirtus claris una petenda uiris.
 Est æterna quidem uirtus, post funera uiuit
 Vir bonus, ultra hæc est tempora nostra salus.

Qui

Ergo & dormierunt
 in christo perierunt.

Si in hac uita tãtũ in
 christo sperãtes sumus
 miserabiliores sumus
 omnibus hominibus

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 168.

Qui moreris, uiues, nec spem depone decoris,
 Mortuus & magnus uiuit ut ante deus.
 En tibi calcato surrexit christus ab Orco
 Teque potens plagis uectat ad astra suis.
 Teque potens plagis uectat ad astra suis.
 Ecce cruentatis expirat balsama rimis,
 Et parit in famulos gaudia uina suos.
 En uires ueris caput hoc infundit amicis,
 Statque resur gentem turba secuta ducem.
 En princeps populi superata morte reuixit,
 Primus & a somno sur gere membra docet.
 Instruxit comites, uitæ ut pia signa sequantur,
 Spemque resur gendi quum moriuntur habet.
 Salicet auspiciu primus dedit ille, sequemur
 Nos, caput hoc mēbris dat quoque posse suis.
 Sunt & enim nobis ueluti duo corpora fratres.
 A capite, & charo pendet utrumque duce.
 Est princeps Adã, quem carnea mēbra sequuntur,
 A quo mors tabo & sanguine tincta uenit.
 Est christus princeps, sequitur quẽ spiritus, a quo
 Vita, quiesque, salus, paxque, decorque, uenit.
 Ille sua miseros damnauit clade nepotes,
 Inficiens læsus semina cuncta parens.
 Ac sceleris princeps sceleratum infudit odorem,
 Sparsit & in natos prima uenena suos.
 Hic insons, uitamque parit, mortemque peremit,
 Dat bene seruatis sur gere posse uiris

Vnus

Hunc aut christus res
 surrexit a mortuis.

Primus dormientis
 qui quidem p hominem
 mors & p hominem resur
 rexit a mortuis.

Et sicut in Adam,

Omnes moriuntur.

Ita & i christo omnes
 uiuificabuntur.

Anusq; usq; autem in
suo ordine.

Admittit christus deum
de hi qui sunt christi.

Qui in aduentu eius
crediderunt.

Deinde finis.

Cum tradiderit re-
gnum deo patri:

Cum euacauerit oem
principatus et potestates
et virtutes.
Oportet autem illi re-
gnare donec ponat ini-
micos omnes sub pe-
dibus eius.

Vnus homo mortem, uitae unicus incluta letae
Robora, et in donis sistit uterque suis,
Viuat adhuc rabies, uiuunt deus, huncque sequentes
Pastori ut dulces restituentur oues.
Exempta et lacrimis, a lato, a sanguine, regem
Ibit ouans uictis turba secuta malis.
Utque fide quodam, capitis pia membra uidebunt,
Lumen praclaros irradiare uiros.
Dux prior, inde alij ducentis in ordine ueri,
Splendida fulgentem pompa secuta ducem.
Iam bona pars quorum tumulis egressa, potenti
Cum domino dulces intrat ad urbis opes.
Intrabunt reliqui, manet en lux ultima mundi,
Qua deus humanas temperet ipse uices.
Terrea ne caelis pugnent, ne frigora flammis,
Ne mens corporeo uicta furore ruat.
Sed pax, membra patri quae colliget enthea dulci,
Frangat et aduersas tempus in omne minas.
Id non ante, deus quam uictor in ordine christus
Regna haec uiuenti tradat habenda patri.
Tradat pacatum diuinis uiribus orbem,
A debellatis hostibus arma gerens,
Et crudele nefas templi depellat ab almi
Corpore, terrenos urat et igne lupos
Aereosque duces aduersaque munia noctis,
Sub pedibus flatu conterat ipse suo.

Per

Nec frondes mirere nouas, nec germina trunci,
Seminibus uires uiuidus efflat amor.
Conditor efflat amans arcanas semine uires,
Plena quibus mater uiscera pandit humus.
Quodq; mori dicas, alio sub Sole uirescet,
Et modo quod perijt, post modo uiuet opus.
Est deus, estq; parens uitae largitor, et idem
Foecundat flatu cuncta creata suo.
Tu leuis arua colens, cum terrae semina mandas,
Quid mandas? grani corpora, non segetis.
Sensisti granum, non hos in arbore ramos,
Istud ab efflanti munimine creuit opus.
Addidit hoc corpus uenti plasmator, et ignis,
Utq; renascantur contulit author opem.
Atq; etiam uirtus haec est animantibus, et uim
Haec simul ut crescant cum moriantur, habent.
Cuiq; suum robur proprio sub semine, et autor
Non uoluit uires omnibus esse pares.
Sunt inter sese distantes carnis honores,
Non eadem pecori est, piscibus, atq; uiris.
Sic etiam flatus expertia corpora distant,
Haec facies terris conuenit, illa polis.
Gloria diuersa est uno sub nomine ueri
Corporis, et uarijs floribus arua micant.
Quin et discrimen caelestia corpora seruant,
Ut dominus donis diuidit omne suis.

Y iij Inse

Et qd seminas no cor-
pus qd futurum e semi-
nas s; nudu granu ut
puta tritici aut alicuius
ceterorum.

Deo aut dat illi corp^o
sicut uult et unicuique se-
minu proprium corp^o

Mo ois caro eade ca-
ro: sed alia hoium: alia
peccoru: alia uolucru:
alia aut pisciu: et cor-
pora caelestia et corpo-
ra terrestria.

Sed alia quidem ce-
lestium gloria alia au-
tem terrestrium.

Alia claritas Solis/
alia claritas Lunę/
Alia claritas stellarum
Illa enim a sicca/di-
tefert in claritate.

Sic resurrexio mor-
tuorum.

Semina i corruptio-
ne surgit i corruptioe.

Seminatur in ignobi-
litate surgit in gloria

Semina i infirmita-
te surgit in virtute.

Inferior radio Solis quę limina cęli
Sustinet, hęc stellis & micat ante alias.
Ipsa inter sese variant & sydera flammis,
Nullum luciferi lumina sydus habet.
Sic hominis corpus paruo coalescit ab imbre,
Aspice ut exili spermate crescit homo.
Sic etiam longa defletum morte cadaver
Ex paruo mirum puluere surget opus.
Atq; hominum numerus gelidis excitus ab antris
Quum ueniat, fulgor tum quoque dispar erit.
Dispar bonos sceptrumq; pijs, & more polorum
Excellet radijs ille uel ille suis.
Alter & alterius superabit lumine dotes,
Ut meruit quando sub duce miles erat.
Quod tamen extrema est uenturum sorte, nec illud
Abieclum męsta condicione putes.
Maius erit quam possit homo nunc dicere uerbis,
Maius quam sensu mens capit ipsa tuo.
Iam uero ut granum putrefaclum corpore terre
Clarius oppressa uomere surgit humo.
Nec iacuisse nocet, decus est a corde renato,
Iamq; renascenti profuit ante mori.
Sic humana caro terreni a tabe sepulchri
Exurgens superi plena fauoris erit.
Maior ei uirtus, quam dum prior aura manebat,
Fertilis & patria iam bene uiuet ope.

Antea

Antea puluis homo curis & septus amaris,
Turbidus, ater, inops, debilis eger erat
At surgens licet ipse, tamen prestantia longe
Robora habet, uoto gaudia uera suo.
Pulcher, diuus, ouans, diuino clarus in ostro,
Qui iam non maculis inficiendus eat.
Nil patiens, agilis, qui peruolet omnia, tanquam
Spiritus, & miro sit citus ille modo.
Tunc animale fuit, tumulo cum conditur atro,
Corpus at exurgens spiritus ut rutilat.
Hoc animale quidę, quod somni, & Solis, & esca
Indiget, hoc morbus inficit atq; labor.
Hoc consumit onus, hoc secula męsta fatigant,
Impedit hoc mentem, sollicitatq; suam.
Degeneremq; facit, uitijsq; incestat & umbris,
Et rapit in seuum crimine, mole, malum.
Est aliud corpus quod traxit nomen ab igne
Flaminis, empyreos quod sequitur radios.
Quod capit eternos flatus, sensuq; relicto
Affectus carnis deserit atq; fugat.
Quod duce quum fuerit christo uenięte renatum,
Tanquam animus sacro uult deus igne micet.
Spiritus utq; pius regnanti obtemperat uni,
Inq; deum raptus dicitur esse deus.
Corpus & obediens animo, purgatur, ut ipse
Spiritus, & presso fertur in alta luto.

Semina corp^o aiale
surgit corp^o spirituale

Si est corp^o animale.

Est & spirituale.

Y iiii Vnde

Vnde furor fratres, unde hæc est terrea moles,
 Quæritis, ille cadens intulit in sobolem.
 Vtq; erat e limo, prolem generavit in ista
 Crassicie, & gnatis quod tenet ipse, dedit.
 Vtq; erat hic macula furti turpatus iniqui,
 Obscricos maculæ nos dedit esse suæ.
 At populo princeps iusto est bonus alter Adamus,
 Quem referunt dulcem membra renata patrem.
 Vtq; erat e cælo cælestia lumina traxit
 Vt sobolem radijs uectet ad astra suis.
 Sic liber ille pius, qui mundi exordia tractat,
 Conditus est Adam nomine primus homo.
 Viribus hic animæ motus uiuebat, at illa
 Organa per crassi corporis egit opus.
 Posteriorq; Adam patrem sine labe secutus
 Aduenit & socijs dat bona uera suis.
 Impartit uitam non illa foete cruentam,
 Non crassam, qualem sic quoq; bruta tenent.
 Sed sancto afflatu conceptus uir gine fudit
 Numinis æthereos ut pia lux radios.
 Diuinam peperit uitam, cælestia dona,
 Et similes patri nos facit esse sibi.
 Et deus in melius christo gignente renatos,
 Instaurat miro nos sua membra modo.
 Quiq; animale gerit corpus, post funera uiuens
 Flammas æternas est habiturus opes.

Crise

Sicut scriptum est factus
 est primus homo Adā
 in animam uiuentem.

Mouissim? Adā in spi-
 ritum uiuificantem.

Sed nō pat? qd spiri-
 tuale ē s; qd aiāle de-
 inde quod spirituale.

Per crimen mors uertit opes, mortēque per ipsam
 Vltor agit cæcos in sua regna uiros.
 Peccato extincto mors desinet impia tandem
 Regnare, & nostros sollicitare sinus.
 Hanc quamuis nostro molimur uincere cursu,
 Et sedet in uotis mors ferienda pijs,
 Aeterno interitu non est casura, prius quam
 Hora resurgentes ultima cernat oues.
 Et quemcumque iacens nocturnæ legibus umbræ
 Sit caro promissi uoce citata dei,
 Et facem mortis facies aboleuerit alti
 Iudicis, & uictis hostibus umbra cadat.
 Iupiter, & stygius supremo marte peremptus
 Iam nihil ausuras torqueat igne manus.
 Sic rex ipse pater decreuit, & omnia nati
 Subiecit pedibus, nec minor ille patre,
 Nec pater ē gnatus, nec sunt duo numina, quāquā
 Sunt duo, & in factis lucet uterque bonis.
 Vtique pater, natus deus est, & morte sepulta
 Clarificat uiuum mortuus ille patrem.
 Gnatus & in patre est, pater est in prole, patrique
 Dans regnum regi dat simul atque sibi.
 Aequalisque patri soboles, famulosque ducemque
 Offeret, & sancto membra tenenda sinu.
 Subiectusque patri simul & rex filius, ipse
 Vniect optato seque suosque deo.

Mouissime astit inimica
 destrucitur mors.

Omnia enim subiecit
 sub pedibus eius.

Cū autē dicat oia sub-
 iccta sunt ei sine dubio
 præter eum qui subie-
 cit ei omnia.

Cū astit subiecta fue-
 rint illi oia tūc & ipse fi-
 lius subiectus erit illi
 qui subiecit sibi omnia.

Y Auto

Autorisq; manet nomen, quo fonte profecta est
 Virtus, non summo germine facta minor.
 Perfectumq; manet nascenti robur, & uno
 Cum patre coelestes numine pascet oues.
 Mors morietur, erit fulgor sine nocte supernus,
 Carnis & excusso pulvere letus homo.
 Tunc erit ut nos ter nexo expetabilis uno
 Intuitus socium sentiat esse deum.
 Corpus & hoc nisi confotum corpore magni
 Sumat ab unito numen ut arma deo.
 Er go agite o sancti uictura reposita membra,
 Et spe suppressum concelebrate diem.
 Nam quis baptismi fructus, si corpora non sunt
 Uictura? & caesi tempus in omne iacent?
 Quid prodest pietas, quid bene merentia corda,
 Nec uitij claros succubuisse uiros?
 Omnia perdidimus, si mors aeterna maneret,
 Non surrecturos quid iuuat esse bonos?
 Impune er go meos ridet sors dura labores?
 Et reputat stultos, tot mala qui patimur?
 Impune & uitij obsistimus? astraq; nunquam
 Prensuri ad uanos tendimus ire Polos?
 Impune Ephesijs restat mea pectora monstris?
 Et pia terrestres mens mea tenuit opes?
 Sed neq; perdidimus, uiuit deus, altera nobis
 Vita manet plenis & fruitura bonis.

Et sit deus oia in omnibus.

Alioquin quid faciunt.

Qui baptizat p mortuis si mortui omnino no resurgunt ut quid et baptizantur pro illis.

Et quid nos periclitamur omni hora: quo die morior ppter uestra gloria fratres qua habeo in christo iesu domino nostro.

Si scdm hoiem ad bestias pugnaui Ephesii quid mihi prodest si mortui non resurgunt

Sint,

Sint, fuerint quicumq; leues qui tempora uiua
 Desperant, merfos quos breuis hora rapit.
 Cras moriemur aiunt, tu qui sapis utere letis
 Delicijs, properum tendis ad interitum.
 Quod rapis hac uita dulce est, post funera nostum
 Dulce quid est, quando tu quoq; morte nihil?
 Hec insana phalanx si uobis occidit, illam
 Ridete, & miseri temnite uerba doli.
 Ante pios oculos uestrum uersate poemu,
 Colloquium prauum moribus inquit obest.
 Turba crucis thalamo totos suspende tibullos,
 Et quicquid ueneris mollis imago docet.
 Ocia, luxuries uitae, sibi pessima iungunt
 Consilia, & uitam flammis esse negant.
 Dumq; placet somnus miseram caligine mentem,
 Mergunt, & luteo morbida corda Salo.
 Hoc teneant quos caecus amor, quos dira cupido
 Raptat, & a caelis somnus & umbra mouet.
 At uos o comites studium quos incitat alnum,
 Quosq; iuuat saelix & sine nocte dies,
 Iusticiae quibus arma placent, uerumq; decusq;
 Optima ne uestris perditae dona malis.
 Nec miseri segnes uitae diffidite clare,
 Altera post mortem quae manet illa bona est.
 Illa est firma, potens, & flatu leta salubri,
 Haec praesens, duro mœsta labore, grauis.

Ad uicem & bibam
 cras enim moriemur.
 Nolite seduci.

Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Euigilate iusti & nolite peccare ignorantiam enim dei quidam habet ad reuerentiam uobis loquor.

Xij Debia

MVSA PAVLINA.

Debilis, & gra, nocens, & amaris obsita curis,
 Si sapitis, uitam cernite quæ ueniet,
 Omnipotens deus est, qui corpus morte subactū
 Restituet uitæ, cum uelit, ecce ualet.
 Ecce ualet nam cuncta ualct, cur perditis ignem?
 Crimina sunt flammis uestra pudenda meis.
 At tamen ut mos est indoctis cuncta profari.
 Quo surgant habitu corpora nostra rogant.
 Nam corpus moriens agiles uanescit in auras.
 Et perijt carnis pars quota sub tumultu.
 Cum soleant uolucres cœli, terræq;, marisq;,
 Impia truncatis pascere rostra uiris.
 Transit & in uolucrem corpus mortale, nec in se
 Ista caro uires ut bene surgat habet.
 Sed penitus cedens læto resoluta, rogoq;
 Non eadem quamuis uenerit, illa uenit.
 O miser infœlix, quæ te dementia ludit?
 Stulte precor uitam non uidere esse aliam?
 Aspice ut in uiuum moriantur semina foetum,
 Ex grami quanta est morte renata seges?
 Putrescit granum prius hoc, exinde uirescit,
 Copia quin pulsqua funditur inde uenit.
 Floret & herbificus putrefacto semine campus,
 Tendit & innumeras plantula cæsa comas.
 Est uirtus a patre potens, quæ emergit ab ipso
 Funere, & in magnum tollitur icla decus.

Nec

Sed dicit alijs quo-
 modo resurgūt mortui
 qui aūt corpore ueniet.

Inspiciens tu qd semi-
 nas non uiuificatur ni
 si prius moriatur.

AD CORINTHIOS PRI. Fol. 175.

Nam ueniam charos Macedos uisurus, & inde
 Spes mihi tunc Ephyren posse uidere piam.
 Vosq; inter, dominus si sic uelit ipse, morabor,
 Dum niuibus mœsto tempore canet Athos.
 Interea Ephesios christiano lumine ciues
 Lustrabo, inuicti principis arma gerens.
 Hic mea mens ditem famoso uincere bello
 Postulat, hic magnam cura paterna moram
 Ianna ad aperta ingens radijs, spes ampla docenti,
 Quod queat stygios rumpere uoce lacus,
 Ad penthecostem post æquora uicta, Arabesq;,
 Audiijt optati legisser ora dei.
 Ad penthecostem uiui post funera magni
 Spiritus electis missus in igne uiris.
 Tempus ad hoc uerum Paulo referente magistrū
 Ibit ab Ephesijs pulsa diana locis.
 Si tamen interea flatu Timotheus ab almo
 Missus eat, socium suscipe turba meum.
 Ne finite, hūc quisquā lethalibus opprimat ausis,
 Sed seruum magni noscat adesse dei.
 Nec quia sit iuuenis diuinam temnite sortem,
 Nobiscum uerbo militat ille pio.
 Militat, & prauo nusquā succumbit amori,
 Sed sequitur ueri candida signa boni.
 Hunc precor ad nostros illesum adducite uultus,
 Possit ut ad Paulum pace uenire suum.

Nap.

Etia aūt vos cū Ma-
 ccedoniā p̄trāssero nā
 Macedoniā p̄trāssibo.
 Et p̄ vos etiā foissim
 manebo uel etiā hyc-
 mabo ⁊ c̄.

¶ Permanebo autem
 Ephesi usq; ad ¶ pen-
 thecostem.
 Et hūc mihi em̄ aper-
 tum est magnū ⁊ cui-
 dēs/aduersarij multi.

Si aūt uenerit Timo-
 theus uidete ut sine ti-
 more sit apud uos.
 Opus enim domini o-
 peratur sicut ⁊ ego.

¶ Ne quis ergo illum
 spernat.

¶ Deducite autē illū in
 pacē ut ueniat ad me.

Expecto enim illum
cum fratribus.

De Apollo aut fratre
vobis non facio: quoniam
multum rogavi cum ut
veniret ad vos cum fratri-
bus: et utique non fuit
voluntas eius ut nunc
veniret: veniet autem
cum ei vacuum fuerit.

Vigilate.

State in fide.

Viriliter agite.

Namque illum comitesque suos, christosque iuvenam
Mens mea divino leta liquore petit.
At precibus castis si non vos flexus Apollos
Vidit, adhuc, chari non mea culpa iuri.
Nam pius in socios curis sed pressus honestis
Distulit in placitum nostra rogata diem;
Est amor, ut vestros videat, sed cura, laborque
Distinet, optatis nec via capta suis.
Cum liceat, veniet, sancto et solabitur igni
Non piger in nostro viscera vestra deo.
Vos tamen interea uanis ne cecidite monstris,
Nec pereant somno lumina sancta graui,
Instat aper, nox, atque, dolus, falsique docentes,
Circuit et vestrum turba canina caput.
Insidius agitur crebris, tectoque, ueneno,
Sed uigiles motus fallite tar tareos.
Si uigiles christo, nox est ruitura, dolusque,
Siste precor uero christea turba tuo.
Siste precor, seruaque fidem, pactumque hymenea
Cum christo, et uincti pignora casta dei,
Vir tuus est christus, sincero purus amore
Sta precor, et dominum sis memor esse uirum.
Virque dies, nec tu nocti succumbe nefandae,
Sed uigil aethereo concipe regna sinu.
Concipe diuinas acies, letoque triumphos.
Ne te sulphureis mergat adulter aquis.

Sta

Sta uigil, arma geris, sponso mens enthea claro,
Qui te iam ualeat rumpere, nullus erit.
Hostis adest, tentatque tuum sopire uigorem,
Sed uigila, tædis mystica sacra uides.
Sol oculis lampasque patet pulcherrima, uini
Luminis, æterna flat tibi luce pater.
Inque fide præstat somni, lethique phalanges
Vincere, uicticem nec sinit esse necem.
Tu tua si cordi uictoria, suscipe flammam,
Tantum opus est oculis alta tenere tuis.
Sume fidem, seruaque fidem, ueroque fidelis
Viculus ab aduersis non potes esse malis.
Excubias uigili princeps agit ille uigoris
Æterni, et cæcam non sinit esse domum.
Pro uigile aduigilat christus uigilemque tuetur,
Sustinet, et radijs excitat ille pijs.
At furiant, contraque instant, et uincere certant
Circum læthei nocte furente lupi.
Sed uigilans poteris stygiam uastare pharetram,
Dat pater hæc animis robora tanta pijs
Nocturnæ cedunt acies, moestique sopores,
Et lemures uiso terga dedere deo.
Tu modo siste uidens, nec honestas desere flamas,
Ecce tibi domini robur opesque tui.
Ecce tibi effusum christi de sanguine robur,
Quo frangas oculis somnia queque tuis.

Et confortamini.

Nox

MVSA PAVLINA.

Noxq; scelusq;, Satban, carnati ad lumina uerbi
 Fugit, & umbripotens uicla repente coliors,
 Siste dei miles, ualidisq;, insurge lacertis,
 En tibi desupero uertice ductor adest.
 En charitas praesto est, quae te uelut una citauit,
 Vna mouet, telis adiuuat una pijs.
 Et charitate potens diuinis teclis in armis
 Rispecte, ne sensus peruolet umbra tuos.
 Quicquid agas, christians agas, charitate sub una,
 Feruidus ut plena iam uice regnet amor.
 At quoniam charitas comites tractare benignos
 Censuit, & claros cordis amore uiros.
 Vos Stephanā, totaq;, domum, quae spōie p almū,
 Currit iter, iustos diligite ut socios.
 Hos primos nostro quos gignit Achaia christo,
 Turba dei gratis suscipe uisceribus.
 Utq; potes frater fraterno accurre labori,
 Dans, tibi quae dominus contulit ante tuus.
 Gaudeo q; nobis Stephanam, comitesq; salubres
 Missis, uoto gaudia mira meo.
 Hi uultus uestros referunt, & nos in illis
 Spiritus illapso dat sua thura deo.
 Et qui uestra modis perquirat commoda cunctis,
 Hos cernens leto se putat esse Polo.
 Hos & eis similes animo obseruate fideli,
 Et septena pij noscite dona dei.

Vos

Omnia enim uestra
 in charitate fiant.

Obsecro autem uos fra-
 tres.

Hos domus Ste-
 phanę & Fortunę & A-
 chaici quoniam sunt pmitte
 Achaicę & i ministeriū
 sanctorū ordinauerūt
 seipos ut & uos subdi-
 ti sitis eiusmodi & oī co-
 operanti et laboranti.

Gaudio autem in p̄sentia
 Stephanę & Fortuna-
 ti & Achaici quoniam id quod
 uobis dedit ipsi suple-
 uerūt refecerūt enim et
 meū spiritū et uestrū /
 cognoscite ergo qui
 eiusmodi sunt.

AD CORINTHIOS PRI.

Fol. 173.

Crassior ille quidem generis uitator acerbi
 Praecessit, christus iam nouus autor adest.
 Ille fuit luteus, luteos dedit esse sequentes,
 Addictos morbis atq; cupidinibus.
 A caelo hic, peperit similes, flammisq; supernis
 Dirigit ad uerum fulgida corda bonum.
 Terrenam molem, maculam, signumq;, parentis.
 Exprimit heu morbis improba turba suis.
 Sed post baptismum christo luci q; renati
 Surgamus uitae membra dicata nouae.
 Inq; deo genitis uiua splendet imago,
 Turba patrem factis exprimat alba pijs.
 Quod nisi iam fratres uero faciamus amore,
 Non membra uniti possumus esse dei.
 Non domini uultu faciem pascemus ouantem,
 Est requies prauis surgere nulla uiris.
 Nam mala terrenum soboles imitata parentem,
 Quae caro, quae sanguis, carnea signa petit.
 Non poterit domini regno, uitaeq;, potiri,
 Ad quam bis nati uoce uocata dei.
 Nec foeda stygio corruptaq; uita ueneno
 Incorruptendae lucis habebit opes.
 Ne lateant nostros mysteria, pandimus illa,
 Foelix terrenas qui fugit insidias,
 Exsurgat laeto cineres, mutabitur orbis,
 Et bene mutatus dicitur esse bonus.

At ma-

Primus homo de ter-
 ra terrenus.

Secundus homo de ce-
 lo celestis quālis terrenus
 tales & terreni: quālis
 celestis: talis & celestis

Sicut sicut portauimus
 imaginē terreni: portauimus
 imaginē celestis.
 Hoc autem dico fratres
 quia caro et sanguis re-
 gnum dei possidere non
 possunt.

Nec corruptio incor-
 ruptionem possidebit.

Ecce mysterium uobis
 dico.

Omnes quidem resur-
 gemus sed non omnes
 immutabimur.

MVSA PAVLINA.

At malus e tumulis æternum pulsus ad Orcum,
 Ad poenam motus dicitur esse suam.
 Nec caro paulatim tunc immutanda, uideamus
 Vt natura suum quando peregit opus.
 Temporis in pñcto pauida surgemus ab umbra,
 Cum tuba postremum fundet in orbe sonum.
 Clanget enim uox alta tubæ, cæsosq; cicbit,
 Et referet uiui iussa tremenda dei.
 At nos quos uiuos Sol ultimus ille uidebit,
 Mutati subito cum uelit ipse uocans.
 Absterfis lacrimis aliter uiuemus eodem
 Corpore, ut a gelidis excita turba locis.
 Nam decet ante polo quam nos potiamur, inustas
 Exuat hoc maculas corpus, & omne nefas.
 Et quodcunq; sapit terram, caro deserat, ut sic
 Induat æternum tempus in omne iubar.
 Quod nunc mortale est, sese de pondere mortis
 Eximat, & quasso puluere linquat onus.
 Idq; ubi sit, uero uenient pia secula uati,
 Exultans fraclam qui uidet ante necem,
 Mors absorpta cadit christo uincente furorem,
 Mortua mors stimulus dic ubi mortis adest
 Vincla, neces, ubi sunt? ubi sunt horrentia lethi
 Pignora? uel sceptrum tartare seue tuum?
 Hic stimulus mortis peccatum, robur iniqui,
 Lex est, ad crimen cum uetat, ipsa citat.

Lam

In momēto i ictu ocu
 li in nouissima tuba.

Oporet eni corrupti-
 bile hoc iduere icorru
 ptionē: r mortale hoc i
 duere immortalitātē.

Cum aūt mortale hoc
 induerit imozialitātē/
 tunc fiat sermo q scri-
 ptus est absorpta est
 mors in uictoria.

Ubi est mors uictoria
 tua? ubi ē mors stimu-
 lus tuus? stimulus autē
 mortis peccatum est.

Uirtus uero peccati lex.

AD CORINTHIOS PRI.

Fol. 174.

Languet & inde scelus, sublato legis honore,
 Et mortis dempto crimine cessat opus.
 Nec nocet aculeum, quo nos solet ipsa ferire,
 Nam moritur uiuo mors cruciata deo.
 Impar erat nostra hæc tam dura in prælia uirtus,
 Victurus nobis hostibus hostis erat.
 Nec tamen in nostris tentamus bella lacertis,
 Res est præsidij nostra gerenda dei.
 Ille animos nostros gladijs armauit, & igne,
 Pugnat pro famulis conditor ipse suis.
 Ipse equidem has uires nobis certantibus addit,
 Vt uincat, semper uincere qui cupiat.
 Indyta per iesum patet hæc uictoria christum,
 Vt sit pro uoto certa corona pio.
 Antea quam solymo bellasset numen in agro,
 Miles qui posset uincere nullus erat.
 Mortuus at postquam clarum de morte tropeū
 Christus habet, turpes terfit & agnus oues.
 Mors perijt, iacuerit doli, uincemus & ipsi,
 Si uolumus, nostro uita sub arbitrio est.
 Ergo agite o fratres uiuo perstate decore,
 Sistite, ne christi perdite dona mei.
 Este boni memores, ut quum surgatis, honorem
 Hæc referant grato pectora uestra deo.
 Infontes rapiunt cœlos, insillite cœlis,
 Captantur factis regna beata pijs.

Deo autē gratias qui
 dedit nobis.

Victoriam per iesum
 christum dñm nostrū.

Itaq; fratres mei de-
 lecti stabiles stote tim-
 mobiles habidantes
 in omni opere domini

Quod

Semper scientes.

Quod labor et non est
inanis in domino.

De collectis autem qui sunt
in sanctos sicut ordinati
in ecclesijs Galatig
Ira et vos facite.

Per unam sabbati.

Annusquisque autem vestrum
apud se reponat recon-
dentes quod ei bene placuerit
Et non cum venero tunc
collecte fiant.

Cum autem presens fuero

Quos probaveritis per
epistolas hos mittam profer-
re gratiam vestram in Iheru-
salem quod si dignum
fuerit ut ego eam me-
cum ibunt.

Quod sit opus sanctum, quae sit divina voluntas,
Quid docet? a servis quid petit illa suis.
Iam scitis, non tamen non est opus indice ueri
Erat charitas, uestram diriget illa uiam
Ut cum surgentes artus redeatis ad hosdem,
Protegat electos dextera sancta suos.
Nec pigeat, pugnae, stant praemia summa labori,
Vincenti christus gaudia uera dabit.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

AT quod uera paret charitas conferre, modicumque,
Succurrat sanctis quo bona dextra uiris.
Diximus ad Galatas, si sit pia cura, tenore
Vos simili nostri reddite dona dei.
Cumque dies celebris domino surgente relicto
Iam tumulo, letis fulserit alba rotis.
Colligite a socijs, castoque, recondite cypho.
Quique dabit, christum sit memor esse datum.
Hoc moneo, ut lento sit lecta pecunia passu,
Ne pietas tenues aggreguet ipsa domos.
Ut uos cum fratres christo duclante reuisam,
Sint uestra ad solymos dona ferenda pios.
Haec referent uestri comites, et littera Pauli,
Quae sanctis uestrum testificetur opus.
Ibo, et si uobis placeat, nostrosque labore
Duclabo uestros ad pia dona uiros.

Nam

Vos tamen et nostri fratres, uos Asia christo
Plena cohors uno mente salutat bero.
Vos Aquila, et uos Prisca optat saluere, simulque
Oscula dant socij sancta sed illa mei.
Oscula quae uere sunt pignora pacis, et alma
Vincla, quibus nostro uiscera nexa deo.
Denique uos Paulus christiana uoce salutat,
Dulcior haec propria quod notat ipse manu.
Heus, quicumque, deum fido non pectore christum
Diligit, eterno fulmine plexus eat.
Quandoquidem proprio lauit nos sanguine christus,
Vincla lux oculis uita salusque pijs.
Ille ad sit, fauceatque precor, seruetque, beetque,
Vos tegat et gremio tempus in omne pio.
Qui dedit et Saulo diuini pignus amoris,
Colliget afflatu uos pia membra suo.

FINIS MVSAE PAULI
line Aluari Gomez in epis-
tola ad Corinthios
Priorem.

Z Ille

Salutant vos omnes
ecclesiae Afig.

Salutant vos in domino
multum: Aquila et Prisca
cujus domestica sua
ecclesia: apud quos ho-
spito.

Salutant vos omnes
fratres: salute iuncti
osculo facto: salutatio
mea manu Pauli.
Si quis non amat domi-
num nostrum Iesum christum:
sit anathema
maranatha.

Gratia domini nostri
Iesu christi uobiscum.

Charitas mea cum om-
nibus uobis in christo
Iesu Amen.

MVSA

PAVLINA ALVA

et Gomez in episto-
la ad Ephesios.

CAPVT PRIMVM.

Certus Pauli apli.
Paulus apostolus christi
in iesu per voluntate
dei.



Lle ego qui quondam Saulus: nunc
Paulus in almo
Pnumate ad Ephesios cordis a-
more viros.

Vox precor hęc Sauli ne sit nocitura timenti,
Iam procul a uotis exulat umbra meis.
Olim ego germani deridens numina christi
Ausus eram in teplum bella mouere sacrum.
Nunc dominum conuersus amo, flatuq; recepto
Glorior in stygios armiger ire deos,
Fratribus & sanctis diuinum ostendere lumen,
Pectoraq; ad uiuum fida uocare deum.
Et sit Io, illustres animas ad prandia uera
Ducere, & æterni pandere signa boni.
Ergo age christi genis allabere gratia seruis,
Et recreet notus pectora casta deus.
Laudeturq; pater christi uiuentis in omni
Tempore, qui electos unxit amore viros.

Quibus sanctis q̄ sunt
Ephesi et fidelibus in
christo iesu.

Gratia uobis et pax a
deo patre nostro et do-
mino iesu christo.
Benedictus deus et pa-
ter domini nostri iesu
christi.

Qui

Qui nos perpetuę donis cęlestibus ar-
e
Imbuit, & sancta iussit adesse uia.
Qui nos ante potens pulchri fundamina mundi
Elegit, sanctos & facit esse duces.
Ecce eterna loquor, iuuenes audite senescq;
Non mea, dat magnus hęc mihi iussa deus.
Conditor immotus uera sub imagine cernens
Sęcula uenturis dulcia temporibus.
Immeritos socios regno nos destinat alto.
Et fratres gnatum censet habere suum.
Ut uoluit sic fecit amans, nec gloria nostra est,
Sed domini, ueras dat deus unus opes.
Gratia diuinis nos ueelat ad astra lacertis,
Venit ab hac meritum candida turba tuum.
Quicqd habes, gnati dedit hoc pia gratia summi,
Emptaq; de domini sanguine castra uides.
Sanguine diuitias christo regnante perennes
Immeriti uitam coepimus & charitem
Sanguine nostra domus furuis abstersa nefandis,
Sanguine in hoc dirum fregimus imperium.
Culpa remissa ducis nostra est in sanguine iusti
Et cadit occisso funus & umbra deo.
Crimine turpati mundamur sanguine, morsq;
Occidit, & nosler funere uiuit amor.
Quę primũ Abramidę pharia uęstis ab umbra
Sanguine placatus dat sua signa deus,
Z ij Nunc

Qui bndixit nos in oĩ
benedictiõẽ spiritali in
cęlestibus in christo.
Sicut elegit nos i chri-
sto ante mundi cõstiti-
tionẽ ut essemus sancti
& immaculati in cõspe-
ctu ei⁹ i charitate: q̄ p̄
destinauit nos in ado-
ptionẽ filiorũ p̄ iesum
christum: in ipsum se-
cundũ propositum vo-
luntatis suę in laudem
glorię gratię suę.

In q̄ glorificauit nos:
in dilecto filio suo in q̄
habem⁹ redẽptionẽ p̄
sanguinẽ ei⁹: remissio-
nẽ peccatorũ: secundũ
diuitias grę ei⁹: q̄ supra
bundaui in nobis in
omni sapientia & p̄ue-
dentiã.

Et notũ faceret nobis
sacramentũ uoluntatis
suę secundũ beneplac-

MVSA PAVLINA.

ctum eius quod pro-
posuit tu co in dispen-
satione plenitudinis tē
porum.

Instaurare omnia in
christo quę i terra sūt
in ipso.

In quo etiā nos sorte
vocati sumus p̄desti-
nati secundum propo-
situm eius.

Nunc deus, ut mundi somno sur gatis inertī,
Ipse idem placidum sanguine fecit iter.
Agnus erat quondam mortalibus hostia culpis,
Hostia nunc christus duxq; deusq; datur.
Sanguine concessi reditus, animaq; litatum
Diuina, o lachrymas funderedempte pias.
Visceribusq; tuis christi formetur imago,
Et subeant animo sanguis & unda tuo.
Legiferum Mosen naturę pignus honestę,
Flamina quę ad cęlos enthea corda mouent,
Cuncti potēs dominus christo instaurauit in uno,
Quem uoluit summis nos cumulare bonis.
Sancta quies igitur sæclo quesita priori
Sub Mose, & Solymis dū fuit umbra sacris.
Sen miseris uanę semibus decreta sophiæ,
Aut frustra magicis nocte petita modis.
Per charitem uerbi uiuo quod flatur ab ore,
Ducitura misso pectora in alma deo.
Nunc extra nihil mūdus habet, nil sydera cingūt,
Quod ualeat, uotis hunc cape, diues eris.
Quicquid habet cęlum, fonte hoc depēdet ab uno,
Et quicquid ueri fert pia terra boni.
Hunc caput esse pater uoluit, quo sur git amico
Spes bona & æternis obsita delitijs.
Hoc tibi fonte datum (ni te malus auferat error)
Explere ad uotum pectora tota tuum.

Nec

AD EPHESIOS.

Fol. 178.

Nec tamen hoc legi debent pia pectora, nostris
Nec meritis, gnati gloria tota dei est.
Hęc nec donat Aron, nec Iupiter, at meus unum
Vtraq; iam flammis dat pater esse suis.
Vnius una fides animis impressa sub altis,
O bsignat populum patris amore pium.
Seu nunc arctoo frigenis descendit ab axe,
Seu lybico medius quo calet igne polus.
Quisquis erit, signatus erit, si flumine christi
Hauerit æternam quam tremmit ultor aquam.
Et quę signa rogas, per quę discreta deumq;
Turba colens domino sis bene nota tuo.
Pneuma boni flatus ueraxq; spiritus, hic nos
Edocet infusi pignora sancta dei.
Hic agit in nobis, ut toto pectore fidi
Curemus ueris semper adesse sacris.
Spiritus hic pignus chari genitoris, in ipso
Certa facit seruis christea regna suis.
Hoc signo illustres geniti de sanguine sancto
Debemus sanctum semper amare deum.
Atq; pio similes fratri spe gaudia firma
Poscere ab hoc, natos qui facit esse suos.
Qui cum nos miseros uitali morte redemit,
Elevat ad grates enthea corda pias.
Scilicet Abramides rubeis ereptus ab undis
Erexit placido mystica sacra deo.

Qui operat oia seclū
dū consiliū uolūtatis
sug ut sim⁹ in laudem
gl̄ie ei⁹ nos q̄ ante spe
rauim⁹ in christo. In
quo & vos cū audistē
tis uerbu⁹ uitalis euā-
gelij salutis uestrę in
quo & credētes signa-
ti estis.

Spiritu promissionis
sancto.

Qui pign⁹ heredita-
tis nostrę in redēptio-
nē acquisitionis in lau-
de glorię ipsius.

Z iij Vos

Propterea et ego audiens fidem vestram

Quis est in christo iesu et dilectione in omnes sanctos non cesso gratias agens pro vobis.

Memoria vbi facies in orationibus meis: ut deus domini nostri iesu christi pater glorie dei vobis spiritu sapientie et reuelationis in agnitione eius illuminas oculos cordis vestri: ut sciatis quod sit spes vocacionis eius: et quod diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: et quod sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos quod credimus secundum operationem potentie virtutis eius quam operatur est in christo: suscitans eum a mortuis: et constituens ad dexteram suam. et cetera.

Vos dite et uitis eterno et funere rapti
Tantum eritis uacuo nomen inane sono?
At, quoniam coepistis iter laudabile, sursum
Per gite ad empyreas corde volante domos,
Gratulor hoc fratres animis contingere uestris,
Quod charitem christi non finitis uacua
Quod generosa fides animis pia gaudia rectis
Excitat, et uiuis uos ligat illa choris
Nec bona membra grauat socio seruire gementi,
Tollitis et puras ad pia facta manus.
Vos domini soletur amor, seruetque, regatque,
Effuget et flammis nubila quaeque, suis.
Rexque, ferat natum dulcissima dona per ipsum,
Quod saturi uiuas caute bibatis aquas.
Noscentesque, animis secreta beantia mundis
A christo edoctum mente feratis iter.
Speque, dei uiuens sensu pia turba subacta
Eleuet ad dulcem corda renata patrem.
Noscat et arcani longissima signa profundi,
Lataque, non oculis dona uidentia reis.
Cunq; potens puro dociles formauerit aestu,
Ut amur ueris hac quoque, carne bonis.
Cuncta pala christo dedit haec pater inclitus almo,
In stygios nostrum quem iubet esse ducem,
Quem uoluit ruptis calcata morte cauernis
Insignem superos ad reuocare choros.

Huic

Huic dedit et nomen caelo sublimius alto,
Hunc statuit celsis omnibus esse caput.
Ut similis sceptri uiuo rapiatur amore,
Ad uitam flatu mens animata pio.
Quem religans magno faciet noua gratia christo
Sacra membra corporis esse sacrum.
En capiti unitis certa est sua gloria membris,
Hoc caput est sine quo caetera membra iacent.
Nunc quicumque, uolet capiti sociabitur isti,
Non erit et membrum nisi uolet esse pius.
Integrum tandem claro spectabile uultu
Regnabit membris tempus in omne suis.

CAPVT SECVNDVM.

Non opus hoc paruū cineres unire iacentes,
Vermibus et putridis iura timēda dare,
Sed maior a potest nihilō qui condidit unius
Omnia, quo pariter cuncta sinente ruent.
Quid dubitas, iam signa tenes miseratis, et intra
Te geris, exemplo que docere tuo.
Caesus eras tunc cum somno scelerate iacebas,
Cum tua mens stygiam caeca bibebat aquam.
Vixisti ad christum ueniens, superisque, redisti,
Et noua iam sensus permeat aura tuos.
Crimine calcato cunei superantur auerni,
Surgit et excitus noctis ab orbe reus.

Z iij Incipe

Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam quae est corpus ipsius et plenitudo eius quae omnia in omnibus adimpletur.

Et vos conuulsi cauitati essetis mortui delictis et peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius: secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios dissidentis.

Incipe te christo donis aptare secundis,
 Corda comes summo iam tua si ge deo.
 Ut tua mens sceleris uictō remeant ab Orco,
 Puluis in æthereas hic tuus ibit opes
 Lazarus effraclæ testis tibi candidus umbræ.
 Pars quoq; diuinæ maxima laudis ego.
 Hostis eram, christumq; sequor, me cōcipe cernens
 Mortua ad æthereos posse redire locos.
 Tu quoq; dum quōdā mundū insipiēter amabas,
 Flendus eras misero corpus inane rogo.
 At deus & genitor diuinæ pacis ab umbra
 Te citat, & mensam pertulit usq; suam.
 Longe aliter ductor sceleris, uitijq; dolisq;
 Vincla iacit populo noctis ab orbe suo.
 Spemq; rapit, uiuumq; animis inuertit amorem;
 Et quatit ultrices torua per ora faces
 Deniq; diffisos e cælo auertit ad ima
 Tartara, & a lætis dat procul esse choris.
 Sed pater illustrās umbratum exterritat Orcum,
 Nec meminit damni culpa paterna tui.
 Orta salus nobis christo moriente uocatis,
 Surgente & cæco sur gimus a tumulo.
 Tendimus in patriam christo ductante, locumq;
 Ascendens famulis preparat ipse suis.
 Preparat æthereos spumantia cymbia rores,
 Acternum membris ut pluet ipse caput.

Sæpius

In quib⁹ & nos oēs a
 liquādo cōuersati sum⁹
 in desiderijs car
 nis nostrę faciētes vo
 luntatem carnis ꝛc.

Deus astitit q̄ diues est
 in misericordiā ppter
 nimiam charitatem ꝛc.

Conuincit nos in
 ch̄so cui⁹ gr̄a estis sal
 uati & cōresuscitauit et
 cōfedere fecit in cęle
 stib⁹ i ch̄so iesu ut ostē
 deret in seculis sugue
 niētib⁹ abundātes di
 uitias gr̄e sue in boni
 tate super nos in ch̄so
 iesu.

Sæpius hoc dicam, meritis ascribere nostris
 Munera foecundi non licet ista dei.
 Dona dedit diues, non ullis præmia factis,
 Quum soluit laqueis pectora nostra suis.
 Hic fidei debetur honos, charitemq; fidemq;
 Spirauit nostris mentibus ille prior.
 Dilexit prior, & caris dedit oscula natis,
 Quos iam ter gemina subleuat ipse manu.
 Nec minus huic debes scelerantibus erute uinclis,
 Quam cum de nihilo te facit esse hominem.
 Ipsi⁹ est q; nunc sumus, & quod fonte renati
 Tartareis canibus non data præda sumus.
 Ipsi⁹ est nostro q; nos seiunxit adamo
 Diuitis & gremio principis inseruit.
 Inq; nouos cultus homines afformat & actus,
 Dissimiles nobis iam noua turba sumus.
 Iam sumus exciti liuinæ ad præmia palmæ,
 Curramus, dextris fert pater illa suis.
 Isacides Moses donum properabat ad istud,
 Nec nisi per nostrum quiuit habere ducent
 Vos tamen Ephesij tenebris uitijq; sepulti.
 Hactenus, in christo iam noua turba meo,
 Este dei memores, & quæ clementia duxit
 Ad radios animo semper habete pio.
 Nam simul ac uictō fulsit pax christea bello,
 Vtraq; sub magno iuncta fuere deo.

Carne

Est enim estis saluati p
 fidē & hoc nō ex uobis
 dei em̄ donū est nō ex
 opibus ut ne q̄s gl̄ief:
 i psi⁹ em̄ sum⁹ factura
 creati in ch̄s̄to iesu
 in operibus bonis.

Quę preparauit de⁹ ut

In illis ambulemus.

Propt̄ qd̄ memores
 estote quod aliquādo

Vos q̄ gentes eratis i
 carne ꝛc. Qui eratis
 illo in tēpore sine ch̄so
 alienari cōuersatione
 Israel et hospites te
 stamētōrū p̄missionis
 sp̄e non habētes & sin e
 deo in hoc mundo.

ificasti in chro Iesu
vos q̄ aliquādo cratis
lōgefacti estis ppe in
sanguine chr̄i: ipse em̄
est pax nostra q̄ fecit
vtraq; vnū et mediū
parietem maceriq; sol
uēs: inimicitias in car
ne sua legē mādatorū
euaciās: dicitis: vt du
os cōdat in semetipso:
in vno nouo hoīe faci
ens pacē: vt reconciliet
ambos in vno corpo
re deo per crucem: in
terficiens inimicitias
in semetipso etc.

Ergo iam non estis
hospites.

Carne sua seruans ueterum mysteria patrum
Verum pr̄scriptis soluit ab inuolucris.
Et christiana nouo firmans documenta sigillo
Ignotos notis miscuit ille uiris.
Communis pater est nascentibus, unicus unum
Perpetuo miris fundat ouile modis.
Isq; aditum pandens miseris ad cœlica regna,
Morte hebetat gladios mors uiolenta tuos.
Iratumq; patrem terræ intractabile numen
Conciliat medio tempus in omne pio.
Ergo age iam domini iā turba domestica magni
Per christum uiuis asso ciata chorus,
Incipe diuinos ad sydera tollere cantus,
Pulsa & amosiacis organa leta sonis.
Ille tuos olim reditus pr̄euiderat, ecce
Tempora pr̄eclaro uisa futura uiro.
Incipe lota cohors cœlestibus incita flammis
Perpetuum dulci corde referre iubar.

CAPVT TERTIVM.

NE tamen interea regno diffide beato,
Si mœrens sensus percutit hora tuos.
Nam uelut antidotum medicus qui condidit orbē
Permittit charis tristia sæpe uiris.
Ut ualeant alij ferrum patiuntur & ignes,
Fert alij tristem succus amarus opem.

Eccē

Ecce manus Pauli duris astricta catenis,
Nec timet officio lingua retenta sacro.
Non meus iste furor diro superatur ab hoste
Dum refero christum, uincula nostra placēt.
Dum nos quæ uerax docuit bonus, alma parentis
Iura canam, nostri lumen opesq; dei,
Participesq; olei gentes ditescere sacri,
Viuq; sub uerbo sceptrā tenere pio.
Nam mihi luce data est promissi gratia christi,
Gentibus æternas pandere diuitias.
Numen & a primis ignota charismata sæclis
Pandere, & a uanis uertere corda deis.
Vt faciam saluo caput innotescere mundo,
Iurq; christanæ dulcia militiæ.
Iam uocat eieclās deus ad sua gaudia turbas,
Et uenit ad certum gloria nostra diem.
At crucior dum uera cano, nec parua canenti
Quod crucior uero pars mihi laudis adest.
Sed rogo, ne nostris nimium perterrite uinculis
Deficias clara noster amice uia,
Vita latet læto furij's pax, itur ad astra
Per gladios passo iam, uia clara deo est.
Morte triumphator nullis horrere procellis
Nos precio fusi sanguinis edocuit,
Nec pudeat sanctos quod uinctus apostolus illos
Hortetur uerbis christe sequende tuis.

CruX

Huius rei gratia ego
Paulus vincor Iesu pro
uobis gentibus si tamē
audistis dispensationē
gratię q̄ data est mihi
in uobis etc.
Si cuti nunc reuelatū
est sanctis ap̄lis & p̄
phetis in sp̄u c̄st̄e gen
tes cohæredes & cōpar
ticipes p̄missionis etc.
Mihi em̄ oīum sancto
rū minimo data ē gr̄a
hęc in gētib; euāgeli
zare inuestigabiles di
uitias christi & illumi
nare oēs q̄ sit dispēsa
tio sacramēti abscondi
ti a sæculis ī deo q̄ oīa
creauit vt inotescat etc.

Propter q̄d peto ne d̄
ficiatis in tribulatio
nibus etc.

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem.

Et det vobis secundum diuitias glorie sue virtutem etc.

Et possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo longitudo et sublimitas et profunditas

Scire etiam supereminentem scientiam charitatem christi etc. Et autem qui potens est omnia etc.

Cruce mihi tota placet, pro christum et dulcia captum
 Vincula non probris sed fero delictis.
 Nec mihi, sed cunctis uera est ea gloria sanctis
 Exemplum summi principis usque sequi.
 Ille in ignis flatu ueniens ad corda secundo
 Coelesti castos imbuat imbre sinus.
 Quique micans noctem miseram depellit, eundem
 Se medicum uotis inserat ipse pijs.
 Dogma dei magni tribuat, uerumque decorem,
 Noscere despectu puluis et aura tuo.
 Ut ualeas domini noto comprehendere uerbo,
 Quam late effusum porrigat ille bonum.
 Quam super hos fines pietas aeterna parentis
 Peruolet infernas usque reuoluta domos.
 Quantum ultra geminos coelorum extenditur axes
 Virtus, quae serui facta ministra sui.
 Ut charitatis opes christo noscantur ab uno,
 Nil nescit, solum qui scit amare deum.
 Haec peto pro uobis, quae sunt licet alta, potestas
 In summo rerum principe maior adest.
 Qui fratrem et seruis famulum se praestitit ipsi,
 Nil est quod socijs deneget ille suis.

CAPVT QVARTVM.

Quando igitur rector luci qui praesidet omni
 Nos uehit obscuris ad bona tanta locis

Te

Te iam ego per nostras quas non mea culpa catenas
 Gloria sed uerbi dat mihi uera boni.
 Obtestor uinctus domino, et pectore firmo
 Christianum factis dogma sequare tuis.
 Muneribusque pijs dignum praestabis amantem.
 Indignus sumptis ne uideare bonis.
 Despiciat caecos christiana modestia fastus,
 Vnum sub flammis utraq; facta pijs.
 Sit charitas pax atque tibi christumque colendo
 Pro signo christi uincula pacis habe.
 Esto comes comiti, capite heu qui pendet ab uno,
 Membrum infert socijs horrida bella suis
 Spiritus unus eris, ceu corpore uiuis in uno.
 Christea communem dat tibi lympham patrem.
 Spes nos una uocat regnum uiuentis ad unum
 Vna fides magni munere missa dei
 Qui super innexis omnibus unus adest.
 Nec debet foedus generosi frangere uincti,
 Quod dat multiplices omnibus unus opes.
 Quod diuersa suis impartit munera membris,
 Nec cunctis uno prouidet ipse modo.
 Hoc decor est, uarijs non est discordia membris,
 Vnum sic multis partibus esse caput.
 Est oculis uisus, sonitusque est auribus, et sunt.
 Membra sub officijs singula laeta suis.

Obsecro itaque uos etiam
 go uincti in domino: ut uin-
 gne abuletis uocatio-
 ne qua uocati estis.

Cum omni humilitate
 et mansuetudine.

Cum patientia: suppor-
 tantes inuicem in chari-
 tate.

Solliciti seruare unitatem
 spiritus in uinculo pa-
 cis: unum corpus et unus
 spiritus sicut uocati estis
 in una spe uocationis
 uestrae: unum deum: una fi-
 des: unum baptisma: unum
 deum: et pater omnium qui su-
 per omnes et per omnia et in om-
 nibus nobis: unicuique
 autem nostrum data est
 gratia secundum mensuram
 suam donationis christi.

Sceptra

Propter quod dicitur ascē-
des in altū captiua: dedit
dona hominibus: quia astitit
cēdit: quod ē nisi quia de-
scēdit: primum in interio-
res partes terre quod de-
scēdit: et ipse est qui ascē-
dit super omnes celos: ut im-
pleret omnia: et ipse dedit
quosdam quidem aposto-
los: quosdam autem prophē-
tas: alios vero euāge-
listas: alios autem pasto-
res et doctores.

Ad cōsumationē sancto-
rum in op' ministerij
in edificationem cor-
poris christi.
Donec occurrant omnes
in unitatē fidei: et agni-
tionis filij dei: in viri p-
fectū: in mensurā gra-
tis plenitudinis christi
ut iam nō sim' paruuli et
fluctuantes: et circumfere-
mur omni vēto docri-
nā in nequitia homi-
num etc.

Sceptrafer & psalter, domi partita beati
Dona uidens, pleetro personat illa sacro.
Ecce inquit deus ecce deus qui ascendit in altum
Morte necans mortem dat sua dona uiris.
Hic est qui populi noctem penetravit auerni,
Scandit & ad summum carne nitente polum.
Inde triumphato uictoria classica læto
Personat e thalamo numinis aula tuo.
Omnia complerit, uiniq; hic munia castri
Ordine diuino diuidit obsequio.
Hos inuict æternæ primos dare nuncia uitæ,
Ventura his uerbo cernere cuncta sacro.
Gesta ducis quosdam calamo depingere uero.
Cœlesti quosdam pascere flore pecus.
Ast alios populis ueridare dogmata christi.
Fac uerum cures dicere, doctor eris.
Omni his species christiani corporis una
Fulget, & ex uarijs una decora bonis.
Donec in æterni perfecto corpore christi
Occurat dulci filia sancta patri.
Et nos iam pleni perfecto robore uitæ
Iungamur nostro qui uocat ante deo.
Cuius in amplexu firmemur, dulcis & ore
Mella fluat nexis uirq; deusq; uiris.
Mella fluat uerus falsos audire magistros
Non licet, an tanti sit leuis umbra tibi.

Hortor

Hortor amans fratrem (ni numina gentis adoras)
Expone ad uerum pectora munda diem,
In uitijs uir noctis eras, iam lumine passo
Cur sedet in uotis somnus & umbra tuis?
Gentibus obscuris decuit nox, emicat almi
Flamma dei puris flamma uidenda oculis.
Insitus est christo furias abrumpe nefandas,
Quar placeat sancto uita proterua uiro.
Iam ni, uana colis, fastosaq; fraudibus æra,
Firmaque sunt animo dogmata sancta tuo,
Pone famem nuni cecæque libidinis æstum,
Infelix binos gens colit ista deos.
Enefastas curas uotoque elata superbo
Pectora, terreni cætera monstra sali,
Pone precor sensum tenebris q; gaudet in ipsis,
Et cape iam radios cordis ad antra pios.
Dissidet a uitijs læti cruciator acerbi.
Exue nocturnum (si cupis astra) solum.
Ille deos uicit, christo ut iungare potenti,
In uitijs clausos tu quoque uince deos.
Rumpe habitus ueteres, hominem depone priorē,
Non facit ad flammam pristina uita nouam.
Salicet est aliud suscepto uiuere christo,
Non nisi cum ueris conuenit ille bonis.
Exue terrenas nebulas carnisque saporem,
Carnea cœlestes non capit urna dapes.

Mente

Veritate astit facietes i
charitate: crescant i il
lo p oia q e caput chris
ti: ex q totū corp' etc.
Hoc igit dico et testifi-
cor in dño ut iam nō am-
bulent sicut gētes am-
bulant in uanitate etc.
Eos aut ita nō didicis-
tis christi si tamē illis
audistis, etc.

Deponite ergo scdm
pistinā conuersationē
ueterem hominem q cor-
rumpitur secundum
desideria erroris.

Renouamini autē spū
mētis vřę: induite no
uū hoiem q̄ secundum
deū creat⁹ est in iusti-
cia ⁊ sanctitate vitatis

Propter qđ deponē-
tes mendacii: loqm̄-
ni veritate: vnusquisq̄
cū proximo suo: qm̄ su-
m⁹ inuicē mēbra. Fra-
scimini ⁊ nolite pecca-
ce: Sol nō occidat sup
irundiam vřam: noli-
te locū dare diabolo.

Qui furabat: iā nō fu-
ret: magis autē laboret
manib⁹ suis: qđ bonū
est vt habeat vnde tri-
buat necessitatē patiēti

Om̄nis sermo malus
ex ore vřo nō pcedat.
Sed si quis bon⁹ ad
edificationē fidei vt dē
grātiā audientibus.

Et nolite contristare
spiritū sanctū dī i quo
signati estis in die re-
demptionis.

Mente nouos habitus diuinum ⁊ sume ni gorē,
Altera sunt armis bella paranda nouis.
Sub duce tartareo sorptis algere chelydris,
Cœperat, ⁊ putridis turba iacebat aquis.
Aetherea sub rege nitens florere iuuenta
Incipe iam, ⁊ uiui regna uidere dei.
Ponere periuræ mendacia falsa loquele,
Hortor ⁊ immunes cædis habere manus.
Parce tuo fratri, uitij non parce cruentis,
Tantum nec uenis ferueat ira tuis.
Claude fores odio, nam dæmon proximus inflat,
Inferat ut morbos cum ualet ira suos.
Claude etiam insano uitam si quæris amori
Hac ultor laqueos ingerit arte truces.
Pone precor frater uetitis ditescere furtis,
Sit licet ex dextris uita paranda tuis,
Nec satis a furto dextras arcere pudendo,
Lingua etiam frænis est cohibenda suis.
Iniustum prauumq; nihil, nil turpe loquatur,
Produntur uerbis pectora sæua malis.
At pia nobilitas dulci spectabilis ore.
Reddit inopino cinnama saxa modo.
Mentis imago sonus, puris ut gratia uerbis,
Sic patet impuro morbus in eloquio.
Syncerum ne pelle deum, qui mentibus albis
Insidet, o signo candida turba sacro,

Non

Non hunc ira iuuat, non clamor toruus, amarum
Non odium, in fratrem si furis ultor eris.
Ultor eris non iam christiana nobilis unda,
Et tuus in cineres læsus abibit amor.
Viueo similis, turpique exemptus ab omni,
Esto pius, morbis sic fuit ille tuis.

CAPVT QVINTVM.

Quid facis in cœno? nitidū reminiscere pa-
En sequitur dulcē cādidus agnus ouē (trē
Dilexit nos christus amans, fundensque cruorem
Traditur ob charos hostia sacra uiros.
Hostibus ignouit christus, gremioque recepit,
Immemor offense tu quoque parce tuæ.
Quin etiam percussus ama, sic te deus ipse
Diligat, ⁊ gnatum comprobet esse piū.
Ex oculis puris quis sit suus inspicit ales,
Et sancto genitos christus amore suos.
Dux tibi mundus adest, uotis insiste pudicis,
Nomina de factis excute fœda tuis.
Scorta, fames numi, portentaque cætera carnis,
Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Qui sequitur purum factis ⁊ nomine castus
Territet a regno turpia quæque suo.
Territet a sanctis ⁊ stulta ⁊ friuola uerbis,
Debet ⁊ a uanis abstinuisse iocis.

AA. Defleno

His amaritudo ira et
indignatio: ⁊ clamor: ⁊
blasphemia: tollat a
uobis cum oī malicia.

Estote autē benigni in
uicē misericordes: do-
nātes inuicē sicut et de⁹
in christo donauit uobis

Estote ergo imitato-
res dei: sicut filiū charis-
simi ⁊ ambulate in di-
lectiōe sicut ⁊ christus
dilexit nos ⁊ tradidit
semetipsum pro nobis
oblationē ⁊ hostiā dō
in odorem suauitatis.

Fornicatio autē et oīs
inuidia aut auaricia
nec nomine ē i uobis/
sicut dicit scd̄s aut tur-
pitudō aut stultitōdū
aut scurrilitas quæ ad
rem non pertinet.

Magis autem gratia
rum actio. Deslendum potius scelus est miserabile, uel si
Gaudia, non uanis sunt capienda iocis.
Timpana Davidico pulsare sonantia pleetro
Hæc potes, ut gemitum leniat hora tuum
Ecce potes grates pro uictō dicere letho,
Et pia de noto gaudia ferre deo.

Hoc autē scitote intelli
gētes q̄ ois fornicator
aut inuid⁹ aut aua-
rus q̄ est idolozū ser-
uit⁹ nō habet heredi-
tatei regno ch̄i et dei
nemo vos seducat in
nanibus uerbis. Infucare nefas ne quis temerarius ausit,
Hæc sciat a summo iura tenenda bono.
Præua Venus furto est, et amor sceleratus habēdi,
Nec datur his sancti limen adire poli.
Qui uel delicijs turpes iacere nephandis,
Numos pro uero uel coluere bono.
Impositam cæcis fraudem, uanosq; docentes
Pelle precor, tecto mors latet alta dolo,
Ecce deus quanquā sceptri calcator auerni
Mittit in aduersos uulnera magna uiros.
Iusta furit pietas, uitijsq; infesta dolisq;
Membra sere infernis pellet edenda lupis.

Propter hęc em̄ ves-
nit ira dei in filios dis-
fidentis. Eia igitur summi suscepto munere doni
Iam semel ex istis corda dirempta malis
Tartareos comites nocturnum Et querere castrū
Vos pudeat magni carne cibata dei.

Nolite ergo effici par-
ticipes eorum. Hactenus erratum est, tenebris oppressa furorum
Languebas stygio subdita turba Ioni.
Orta salus luci te reddidit, aurea sumis
Pocula, iam radios concipe corde pios.

Desine

Desine gurgitibus uitij marcere, deoq;
Vive nitens, oculis lux micat alma tuis.
Nocte suporatis Et iniquo sanguine uenis
Ebria mens rectum non capiebat iter,
Iamq; medicato diuino lumine sensu
Tramite non torto lucis habenda uia est.
Luce iter est, quid frater agis? uestigia cæli
Nostra uident, summus perspicit illa deus.
Fructum lucis ama cælo inspicendus ab omni,
En bonitas claris conuenit una uiris
Conueniunt quæ christus amat, ductorq; paterq;
In tenebris gnatos non sinit esse suos.
Dico iterum, ad lucem confuso exsurge sopore,
Nocturna Et ueris monstra repelle sacris.
Hunc pudeat qui nigra colit, cum lumina uera
Stans procul in factis senserit esse tuis.
Discet opes domini cernens tua dona, pijsq;
Moribus exemplo proderit ille tuo.
Nocte pudendus amor sæcli sceleratus iniqui,
Purus amor cuncto tempore lumen amat.
Surge iacens uani de somno Et puluere mundi,
En tibi dat christus lumina uiua deus.
Prob dolor, infelix letali perdita somno.
Languet, Et in uitijs cæca sepulta iacet.
Languet et urbe procul miseris, pudibūda sub ano
Mens ruit ad stygios irreditura procos. (tris
AA ij Tolle

Et filij lucis ambulatē

Fruct⁹ em̄ lucis est in
oi bonitate et iusticia et
veritate.
Probātes qd sit be-
ne placitum deo.

Et nolite comunicari
operib⁹ in fractuosis
tenebrarū magis autē
redarguite.

Quæ em̄ in occulto fi-
unt ab ipsis turpe est
et dicere.
Quia autē q̄ arguunt a
lumine manifestatur
omne enim quod ma-
nifestat lumen est.

Propter quod dicitur: surge qui dormis.

Et erige et illumina bit te christus.

Videte itaque fratres quomodo caute ambulatis non quasi insipientes sed: ut sapientes redimētes tempus quoniam dies mali sunt.

Propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes quae sit voluntas dei.

Tolle oculos tamen, et christianum respice lumē,
Sol tibi iam veri luminis autor adest.

Er go age iam ad radios uictis confurge tenebris,
Mensque per illapsum iam micet alba deum.

Quae mora? quae tandem uanis dementia notis?
Non dolet hoc somno tempus abire grauis?

Non dolet hoc tua culpa dies facit esse nefandos,
Gratia quos summi principis esse bonos.

Tempus adest damni, duraque rigentior ira
Nunc caro, nunc sanguis, nunc ferus ultor obest.

Ecce duo aduersis tentantur praelia castris,
Elige iam uotis classica grata tuis.

Si sequeris mortem, si diri signa tyranni,
Nocte iace, en somno congruit umbra tuo.

At si uita placet, nitidi si gloria sceptri,
Luce iter est, umbras impie quid sequeris?

Propterea fratres quae sit diuina uoluntas
Quaerite, in hoc uestrae summa salutis adest.

Nam cupit haec omnes aeterna ad gaudia gentes
Per gere, et optati uincla subire dei.

Sed tamē ipse parēs maculis auersus et umbris
Non feret illotos ad sua regna uiros

Durescit limus radio, quo cera liquefcit,
Sic feret a iusto uisus uterque deo.

Vel malus inferni tristissima tempora damni,
Vel bonus empyrei gaudia uina poli.

Sobrius

Sobrius esto igitur, nam quem tenuentia socors
Non faciat casti luce carere dei

Turpe est christianicolas luxu putrescere molli,
Vilia sunt multo tempora quassa mero.

Illecebras mundi mustumque horrescet inane
Ebria mens uiui flamine facta dei.

Ebrietas foelix uerum sorbere tonantem,
Qui uite saturas flumine potat oues.

Fortunam temnet, casusque irridet acerbos.
Qui dederit grato corda regenda deo,

Inuertit rerum uoces per tristia gaudet,
Inuenit in miseris prospera dona malis.

Sine necem uideat rabidis exire cauernis,
Ridet, et in uoto mens manet alta pio.

Vel sua si duro fodiantur uiscera ferro,
Suscepi uiui uulnus amoris ait.

Leta preces sanctas diuinis temperat hymnis,
Et grates domino dat cruciata suo.

Sic precor o fratres diuino psallite regi
A quo per christum sunt bona cuncta deum

Et sanctas seruate uices, christique timore
Cedite praelatis pacis amore uiris.

Femina numen amans electo cede marito,
Quem uoluit dominus coniugis esse caput,

Si timet haec mortem uelut est ecclesia christo
Subdita sit charo pectore et ore uiro.

AA iij Dilis

Et nolite inebriari uino in quo est luxuria.

Sed implemini spiritu sancto loquētes uobismetipsis in psalmis hymnis et canticis spiritualibus;

Cantantes et psallentes in cordibus uobis domino gratias agētes semper pro oibus in nomine domini nostri iesu christi deo et patri.

Subiecti inuicē in timore christi. Mulieres uiris suis subditae sint sicut domino qui uir caput est uobis sicut christus ecclesiae et seipsum.

Et iri diligite vxores
vras sicut et chrus dile-
xit ecclesiam et seipsum tra-
didit pro illa ut eam san-
ctificaret mundas eam la-
uacro aqua in verbo vite
ut exhiberet ipse sibi glo-
riosam ecclesiam non ha-
bentem maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi
sed ut sit sancta et im-
maculata.

Itaque viri debent dili-
gere vxores suas ut
corpora sua quod sua vxor
re diligit seipsum dili-
git nemo enim vnquam car-
ne sua odio habuit sed
nutrit et fouet eam sicut
christus ecclesiam quod mem-
bra sunt corporis eius de
carne eius et de ossibus eius
propter hoc relinquit homo
patrem et matrem. etc.
Sacramentum hoc ma-
gnum est ego autem dico
in christo et in ecclesia.
Meruntamen et nos sin-
guli vnusquisque vxorem
suam diligat vxor autem
timeat virum suum.

Filius obedite parenti-
bus vris in domino hoc enim
est iustum honora pa-
trē tuū et matrē tuam
quod est mandatum pri-
mum in promissione. etc.

Diligat uxorem coniux, sic christus amauit,
Sic placuit nostro candida nupta deo.
Aspice ut hic sponsam diffuso sanguine mundat,
Pro socia qualem pertulit ipse necem?
Aspice ut egreditur maculis intacta cruentis,
Ipse quibus uiua uir suus obstat aqua.
Ecce immixa sacro pulcherrima sancta marito
Imperij sceptrum principis uxor habet.
Tu caput, haec corpus, consortem dilige, nunquid
Seu ijt insultans in sua membra caput?
Nemo suam carnem uoto auersatur iniquo,
Sed fouet hanc, templum christus ut ipse suum,
Conuenit uxorem recto curare marito,
Ut caput excellens ordine corpus amat.
Coniuge pro chara patrem matremque relinques,
Et caro dilectis una duobus erit.
Fratribus hoc sacrum est, christo et sacratum in ipso,
Sponsa deo, sponsae conuenit ille suae
Vxorem sapiens iusto seruabit amore,
Et metuens proprium diligat illa uirum.

CAPVT SEXTVM.

Sicut suo patri subiectus filius, ille
Dum modo comunem sentiat esse patrem.
In domino patres charos ueneretur alumnus,
Speret et a sancto praemia iusta deo.

Et pa-

Et pater ad se uiam genitos non prouocet iram,
Sed doceat uiui dogma subire boni.
Non pater in gnatum credas tibi cuncta licere,
Si furis, imperio perditur ille tuo.
Seruitio duro domiti insiluerit iuueni,
Et faciunt prauos iussa superba uiros.
Debit hos pietas monitis formare benignis
Et domino teneros instituisse dies.
Serui etiam in christo dominis seruite superno.
Non inflat sanctos lumen et unda sinus.
Vir patiens obseruat haerum, metuitque, tremittque,
Quem dominum iustus censuit esse parens.
Obsequium praestate pium, mendatia, pestem
Ut fugite, et charo tecla uenena cibo.
Nec quia uos uinco genitor concessit amaro,
Credite de uestris cordibus esse procul.
Semper adest, oculis et respicit omnia iustis,
Et cum permissis dat bona multa malis.
Vtile quodcumque est si sint modo numina cordi,
Conuenit hoc gnatis quod pater ipse uelit.
Tu quoque, ne se ueni mores imitere tyranni,
Pondera nec seruis sint onerosa tuis.
Debita quin potius misero dimitte dolenti,
Exemplo et domini captus amore tui.
Ecce tibi communis adest dominusque, regensque,
Seruis, ne seruum despice serue tuum.

AA iij At

Et vos patres nolite
ad iracundiam prouo-
care filios uestris.

Sed educate illos in
disciplina et correptione
domini.
Serui obedite domi-
nis carnalibus.

Cum timore et tremore
in simplicitate cor-
dis uestri sicut christo.
Non ad oculum seruien-
tes quasi hominibus
placites. etc.

Scientes quoniam vnusquis-
que quodcumque fuerit bo-
num hoc recipiet a domino
siue seruum siue liber.

Et vos domini eadem facite
illis remittentes mi-
nas scientes quod et illo-
rum et uester dominus
est in caelis.

Et personarum acceptio
non est apud deum.

De cetero fratres con-
fortamini in dño et in
potētia virtutis eius.

Induite vos armatu-
rā dei vt possitis stare
aduersus insidias dia-
boli. qm̄ nō est nobis
colluctatio aduersus
carnes ⁊ sanguinē sed
aduersus principes ⁊
potestates aduersus
mundi rectores tene-
brarū harū cōtra spīri-
tualia nequitię in cele-
stibus,

Propterea accipite
armaturā dei vt possi-
tis resistere in die ma-
lo ⁊ in oibus pfecti sta-
re state ergo succūti lū-
bos vestros i veritate

Et iduti lorica iusticie

Et calciati pedes in p̄-
parationem euangelij
pacis.

At quoniam fratres admota est machina muro,
Vosq; petit uarijs noēlifer insidijs.

Infracto restate animo, capitiq; potenti
Poscite, det membris robor a digna suis.

Induite arma dei, uigiles, patriq; uocate
Auxilium, pugnae iam sonat hora feræ.

Non caro, non sanguis, quorum tolerare labores
Fas erat, ad pugnam sed fera turba uocat.

Indicit bellum furij horrentibus actor,
Pressaq; funestis ingemit aura rotis.

Verò inimica cohors crudelibus ingruit armis,
Et furit in damnum mens generosa tuum.

Uitor terrifico nocturna; lancea læto
Excubat inductis ingeniosa malis.

Hanc contra humano nihil est contendere ferro,
Nil nisi sunt dextris numina tela tuis.

Ecce umbrosa phalanx furij agitantibus instat,
Arma uiro magni sola paranda dei

Succingat lumbos ueri tibi balthæus æqui,
Vt falsi frangas dogmatis insidias.

Iusticia ⁊ pietas animæ præcordia castæ
Contegat, ⁊ thorax numinis imber erit.

Affectu puro suras uincire doceris,
Has ocreas gestans appetet orbe nihil.

Dogmata quæ affectu sorpsit mens christea puro,
Non nisi coelestes appetit illa dapes.

Dum

Dumq; nihil sperat, nihil ⁊ formidat, habebit
A pulchro pulchros cantat ut ille pedes.

His erit ut seuum ualeat calcare tyrannum,
Et tandem læti regna subire poli.

Parma fides uera est, scutum inuiolabile contra
Dæmonas, ⁊ iaculos puluis ⁊ umbra tuos.

Qui domino bene fudit habet, quo tartara possit
Vincere, ⁊ aerios dilacerare lupos.

Vna fides cunctas terreni principis alas
Vincit, ⁊ humanos ueclat ad astra choros.

Deniq; si galeam ueri ad sapientis honorem
Indueris, credas uir mihi numen habes.

Prospice, ⁊ e specula generosi uerticis alta
Insidijs hostes rumpere disce suis.

Dextra gerat gladium q; prauos amputet æstus,
Et ualeat flammis corda ferire nouis.

Hic est sermo dei, cuius constantia nunquā
Cedit ab infernis insuperata lupis

De fluxis mundus loquitur, pictoq; sepulchro,
Sed uerbum domini dogmata firma ferit.

Ille sapit noctem, penetratas luce medullas
Hoc mouet, ⁊ sensus lustrat amore pios.

At quia diuinis candentia follibus arma
Excudit nati conditor arte sui,

Nunc prece nunc lachrymis e toto pectore fusis
Est opus ut cordi, det pater arma tuo.

Eia igitur, uerbis ⁊ numina sancta pudicis
Flecte precans, humiles audiūt ille preces.

In oib; sumētes scu-
ti fidei in quo possitis
omnia tela nequissi-
mi ignis extinguere

Et galeam salutis as-
sumite.

Et gladium spiritus.

Quod est uerbum dei.

Per oēm oronē ⁊ ob-
secrationē orātes om-
ni tempore in spīritu ⁊
in ipso uigilantes.

Eia

MVSA PAVLINA.

In oī instātia et obse-
ratione p omnibus
sanctis ꝛ pro me.

Et deē mihi sermo. ꝛc

Et aut vos sciat q̄ cir-
ca me sunt qd̄ agā oīa
vobis nota faciet tychi-
cus charissim⁹ frater
ꝛ fidelis minister i do-
mino quē misi ad vos
in hoc ipsum vt cogno-
scatis q̄ circa nos sunt
ꝛ cōsolec̄ corda vstra

Pax fratrib⁹ ꝛ chari-
tas cū fide a deo patre
nostro ꝛ dño iesu ch̄so
grā cū omnib⁹ q̄ dili-
gūt dñm nostrū iesum
christū in incorruptio-
ne. Amen.

Eia iterum, uotoq; choris assiste beatis,
Dantur ab occiso iusta petita deo.
Meq; etiā uestrum quem uult deus esse magistrū,
Commendent sacris pectora iusta suis.
Vt uiuentis opem supera mihi mittat ab aula,
Quo iubeor ueri nuncius esse boni.
Detq; pater magnus robur, pacemq; salubrem,
Per christum Paulo tempus in omne suo.
Ne timeam, firmusq; loquar, christoq; fidelis
Vincam sub nostro uincula nostra deo.
Interea quæ uera boni clementia summi
Non uictum uerbo me facit esse pio,
Quæq; mihi a christo uirtus effluxa sereno
Sustinet in medijs integra corda malis,
Nostro ut mirandum sub carcere leta triumphā
Ornet de stygijs christea dextra deis,
Tychicus hoc uobis referet, uerbiq; minister
Conferet a domino gaudia missa meo.
At precor, ꝛ uobis sit pax, charitasq; fidesq;
Quam bonus ob christum det pater ipse deum.
Diuinusq; fauor iustos luceat in omnes,
Syncera ut ueras mente sequantur opes.
Et qui christano plene rapiantur amore,
Gestent de uictis alta tropæa dolis.

FINIS MVSAE PAV-
linae Aluari Gomez in epis-
tola ad Ephesios.

Mittit

AD PHILIPPENSES. Fol. 189.

MVSA
PAVLINA ALVA
ri Gomez in epistola
ad Philippenses.



Itit ꝛ optat amās quo mittitur ira
Salutem
Ad socios Paulus chare Philippe
tuos.

Paulus apostolico cœlestia dogmata uerbo
Qui gerit, a magno gaudia missa deo.
Corpore distac̄i domino lustrante fideles
Iungimur, electos mens habet una duos.
O utinam ueri pax ꝛ pia gratia magni
A patre per gnatum sit tibi missa bonum.
Inq; triumphatis diuino sanguine terris
Fulgecat radius lucis ab arce pius.
Vidisti humani rabiem cessisse ueneni,
Mellaq; mundatis fusa bibenda uiris.
Dæmonis ꝛ fractis ancyliâ rupta catenis,
Delphica nec falsos labra mouere deos.
Auidisti christum flammis cœlestibus actum
Pectora ad æthereos nostra uocasse cibos.
Tantū opus hoc nostros diuina in carmina sensus
Excitat, ꝛ gratum fundit ab ore melos.

Aeter

Ter⁹ Pauli apli.

Paul⁹ ꝛ Timoteus
serui iesu ch̄ri oīb⁹ san-
ctis in ch̄so iesu q̄ sūt
Philippis cū episco-
pis ꝛ diaconibus.

Gratia uobis ꝛ pax
deo patri nostro ꝛ do-
mino iesu christo.

Aeternaſq; preces, quis enim qui nouerit hoſtem
 Quo premitur dominum ceſſet adire piūm?
 Aut quis cum ſūmæ recolat tria muncra dextre,
 Non uelit in domini lege manere ſui?
 Propterea gratus chriſto, mea cura Philippi,
 Et memor æthereas uos habuiſſe manus.
 Pro uobis patrem precibus uotiſq; ſupinis
 Solicito noſtrum per crucis arma deum.
 Et quantum liceat chriſto conſiſus in uno
 Conſcribo empyreis nomina ueſtra choris.
 Quod uos conſortes uerbo tribuiſſis in almo,
 Et pietas ueſtras mouit amica manus.
 At qui uirtutis tam mira exordia ſanctæ
 Preſtitit, hic cœptum dirigat unus iter.
 Donec præuiſis expendens præmia factis
 Adueniat membris tempus in omne ſuis.
 Spes quoq; (nec fruſtra eſt duros tolerare labores)
 Eſt mihi, perficiet lumina ueſtra parens.
 Sic & apud ſedem ſceleris, crudiq; Neronis:
 Qua uolat in Paulo chriſtea fama reo.
 Vos inter duras diriffima uincla catenas
 Proſequor, ut ſocios mentis amore pios,
 Non quia uos uideam plagis miſereſcere noſtris,
 Terreus humanis blandiar illecebris,
 Sed quoniam ieſum conſtanti pectore chriſtum
 Diligitis, ueſtros nec quatit aura ſunus.

Græ

Haec ago deo meo in
 omni memoria vſi ſemp
 in cunctis orationibus
 meis pro uobis omni-
 bus cum gaudio.

Deſcriptionē faciens.

Sup̄ cōmunicatione
 vſa in euāgelio chriſti a
 p̄ma die vſq; nūc cōfi-
 fidēs hoc ipſum q̄ c̄p̄
 pit in uobis op̄ bonū
 pficiet vſq; in diē chri-
 ſti ieſu ſicut ē mihi iu-
 ſtū hoc ſentire pro om-
 nibus uobis.

Et q̄ habeam vos in
 corde ⁊ in uinulis me-
 is ⁊ in deſenſione ⁊ cō-
 firmatione euāgelij ſo-
 cios gaudij mei om-
 nes vos eſſe.

Zeliſ eſt mihi ⁊ deo
 quomodo cupiam oēs
 vos eſſe i uſcerib⁹ ie-

Gratulor, atq; precor, charitas hæc ueſtra ſaluſq;
 Exundet noto maxima facta deo.
 Accedatq; pijs animis prudentia, quæ uos
 Edoccat ueram corde tenere uiam.
 Vitale frater erit uanos cohibere furoros,
 Ne metas domi transgrediare tui,
 Ut charitas patulis amplexa eſt cuncta lacertis,
 Lux prudens torta non ſinit ire uia.
 Donet utrunq; tibi dominus qui chriſtea uere
 Signa colis ſummo ſeruus in imperio.
 Sinceruſq; doli præſſa ſpectabilis uinda,
 Diſcas ablato numen amare metu.
 Ut cum diuinum damnet rea pectora uerbum,
 Liber ab ore lupi candidus agnus eas.
 Utq; iacis iuſtis uberrima ſemina factis,
 Det fructum chriſtus carpere poſſe bonus.
 Ille dedit ſemen, fructum dabit ille, ſuoq;
 Munere, ſit domino gloria ſola pio.
 Ecce meos nexus flatu fulgere ſecundo
 Fecit, & in noſtris plus nitet ipſe malis.
 Dumq; petunt ſæni teneram ſopire ſauillam,
 Surgit, & æthereas concipit ignis opes.
 Non pyra, non ferrum, non toto Cerberus Orco
 Officiunt noſtro quin mecat ipſe deo.
 Quoq; magis preſſo floret patientia Paulo,
 Rex ſtygius damnum ſuſcitāt inde ſuum.

ſcilicet

ſu chriſti et hoc oro ut
 charitas vſa magis ac
 magis abūdet i oī ſciē-
 tia ⁊ in omni ſenſu:

Et probetis potiora.

Et ſitis ſynceri ⁊ ſine
 offenſa.

In diem chriſti.

Repleti fructu iuſti:
 ciq; per icium chriſti.

In gloriā ⁊ laudē dei

ſcire autēz uos uolo
 fratres qm̄ q̄ circa me
 ſit magis ad p̄fectū
 uenerūt euāgelij ita ut
 ⁊ ſinula mea manifeſ-
 ta fierēt in chriſto in oī
 p̄torio ⁊ in ceteris oib⁹

Scilicet esse solet rebus hoc semper honestis,
 Cum premitur uirtus clarior ipsa uolat.
 Fortior exurgit diuerso oppressa furore,
 Et caput e uictō mittit ad astra solo.
 Sic nimium sancto profunt mea uincula uerbo,
 Cum dictis certam facta dedere fidem.
 Fortis in exemplo crescit pia turba, luposq;
 Temnit, dum plagas ut capit arma meas.
 Iam Tyberi Thusco, iam Rhoma Cæsaris aula
 Intomuit gnatus uirgo Maria tuus.
 Et quanq; multi dite stimulante resistent,
 Exturbat latios mortuus ille deos.
 Sed tamen insidijs furisq; agitata iuuentus
 Sæuijt, & nostram tentat acerba uiam,
 Quicquid id est, fuerit quid enim si gloria christi
 Aut uere aut fictis panditur una modis?
 Ergo aut omnipotēs per nostrum christus amorē
 Aut odio Pauli noscitur orbe sui.
 Hoc placet, hoc gratū ē, dū sit tibi christus in ore
 Nil potuit uotis gratius esse meis.
 Atq; utinam semper uel fictis perfide uerbis
 Si magis hoc nostri dogma sequare dei.
 Nam labor & nostræ tua prouenit ira salutē.
 Permanet in uero mens mea firma suo.
 Nocticolis omnis, gladios, furiasq; necesq;
 Cogimur afflicto non trepidare deo.

Hæc

Et plures e fratrib; i
 dño cōfidentes in vincu
 lis meis abbdātū au
 dcrāt sine timore xpi
 dei loq; quidā quidē r
 ppter inuidiā r cōten
 tionē/quidā aut r ppe
 bonā uoluntatē xpm
 pdicāt/quidā ex chari
 tate sciētes qm in dñen
 sde euāgelij possit sū.
 Quidā aut ex cōtatio
 ne xpm annūciāt nō
 syncere existimātes p
 surā se suscitare vincu
 lis meis qd em dñi oi
 modo siue p occasione
 siue p ueritatem xpi
 stus annuncietur.
 Et in hoc gaudeo.

Sed r gaudebo scio
 em quia hoc mihi pro
 uenit ad salutem.

Per uestrā orationē r
 subministratiōē spūs
 icū xpi scdm expecta
 tiōē r spē meā q; i nu
 llo cōfundar sed i om
 ni fiducia sicut semp;

Hactenus in lucrum cesserunt uulnera nostrum,
 Quum miser in uirgis cederet ipse feris.
 Cum paterer lapides, uel cum metuente magistro
 Pertimuit nostrum bestia dira caput.
 Nunc simul obscuris clarissima facta catenis
 Est mea mens, placido chara futura deo.
 Paulus morte nitens capite iungetur amanti,
 Seu christum uiuens hoc canet orbe deum.
 Laus domino, quodcumq; parat, si uiuimus illi
 Viuemus, grato stat mea uita sima.
 Semiorior diro surgit mea gloria læto,
 Cum mihi per uerum mors uenit ipsa bonum.
 Est mihi christus amās preciosum uiuere, morsq;
 Lucro habita, & nullo me premit illa metu.
 Si sic expediat, dum sit mihi christus in ore,
 Vita dolens uinculis est mihi grata meis.
 Seu uelit hoc christus mundo solabor adempto,
 Hoc satis est, christus quod uelit esse meus.
 Deniq; christianus (ducis est ea gloria) miles
 Quolibet euentu non miser esse potest.
 At mihi cum sancti subeunt clarissima coeli
 Gaudia, & eterno qui fluit ore liquor.
 Dulce erit e tantis animum dissoluere curis,
 Intuitum & uisi fronte beare dei
 Dum tamen oppresso dux utitur ipse ministro,
 Gaudeo sic socijs utilis esse meis.

Gau

Et nunc magnificabit
 christus in corpore meo
 siue p uita siue p morte

Mihi est uiuere christus
 est r mori lucrum quod.
 Si uiuere i carne hic
 mihi fructus operis est
 r quid eligam ignoro.

Coartor a sita duob; s
 fiderium habens.

Dissolui r esse est christo
 multo magis melius.

Permanere autem i
 carne necessarium p
 pter uos.

Et hoc cōfidēs scio qz
manebo: et pmanebo
omnib⁹ vobis ad pro-
fectum vestrum.

Et gaudium fidei vt
gratulatio v̄ra habun-
det in christo iesu i me
per meum aduentum
iterum ad vos.

Tātū digne euāgelio
christi cōuersamini vt
siuc cōuēro et videro
vos siue ab iēs audia d
vobis qz stat⁹ vno spū
vnanimes collaboran-
tes fidei euāgelij.

Et in nullo teerrami-
ni ab ad versarijs.

Quē est illis causa p
ditiois vobis aūt salu-
tis ⁊ hoc a deo qz vo-
bis donati ē p christo
nō solū vt in cum cre-
datis sed vt etiam pro
illo patiamini.

Gaudeo qz niueo prodest mea sarcina templo,
Dum per me cecam lux ferit alima viam.

Et scio qz christus curans sua membra beatus
Tempora dat uitæ uestra futura meæ.

Vt liceat laqueis christo regnante solutis
Figere de uicto sancta trophea dolo.

Et socius tandem uestro fruiturus amore
Exponam doctis gaudia mira meis.

Exponam uisō quæ sunt mihi cognita cælo
Sceptra, ⁊ multiplices quas habet vnus opes.

Non uelut est, nostræ non est ea gratia linguæ,
Sed uelut humano dat deus eloquio.

At qui tanta cupis, si te deus incitat ardens,
Incipe iam passi numen habere dei.

Pande locum flammis ut te si forte reuisam
Inueniam domino consona corda meo

Inueniam uerbi foelicia germina nostri,
Et comites domini uiuere pace p̄ij.

Et simili uoto placidum defendere christum,
Horridaq; inferni temnere tela lupi

Nec cruce complexa metues pia turba tyrannos
Non animis, solo corpore uulnus agunt.

Hausistis socij latice e fonte superneo,
Sistite, ad impuros turpe redire lacus.

Nam nec sola fides, simul est patientia uobis
Tradita per nostri uulnera sacra dei

Passus

Passus ⁊ in passos proprij monumeta triumphi
Spirat, ⁊ a letho uita beata pio est.

Bella gerit fidus terreno miles in orbe,
Inq; duces stygios christifer arma tenet.

Hac iter est sanctis, certamina nostra docebunt,
Dimicat in famulis duxq; paterq; suis.

CAPVT SECVNDVM.

Obfecro uos, hæc nos doctori tradite uestro,
Sistite christiana pacis amore uia.

Pax concors, charitasq; potens in nomine christi
Vos fidei nexu colliget una pio.

Non iterum maculate deum, contentio, rixæ,
Et procul a domino gloria uana meo.

Nemo suum socium funesta prouocet ira,
Iurgia terrenis sunt magis apta procis.

Diuinus candor, simplexq; modestia, ueri
Discipulos iusti, non leuis aura decet.

Te quoq; si inferior, uanam qui despicias umbram
Despicit, ⁊ nullo numine motus obest.

Elatos sensus christi moderetur imago,
Quid furis, hæc magnus pertulit ante deus?

Cernis ut indigno dammandus præsede fortis
Subditur, ⁊ summam continet ipse manum.

Non sentis quæ ferta caput, quæ uerbera uultus
Deflorent medijs cum filet ille lupis.

BB Cerne

Idem certamen hæc
bates quale ⁊ uisistis
in me ⁊ nunc audistis
de me.

Si qua ergo cōsolatio
in christo si qd solatium
charitatis si qua socie-
tas spirit⁹ si q̄ viscera
misericordiæ ipicre gau-
dij mei ut idē sapiat⁹
eādē charitatē habent-
es vnanimes idipsum
sentientes nihil p̄ pretio
nē neq; p̄ inanē gloriā
sed in humilitate sup̄
ores sibi inuicē arbitra-
tes: non q̄ sua sunt sin-
guli cōsiderantes. Sed
ea quæ aliorum.

hoc em̄ sentite i vobis
quod ⁊ in christo iesu.

MVSA PAVLINA.

Cerne precor quāto languent pia mēbra dolore,
 Cum fusus tepidum sanguis haberet iter.
 Scilicet & pacem, non pompam christus amabat,
 Et cura ultores uincere maior erat.
 Vera cano iesus qui uera est gloria christus,
 Aequalis summo lumine luce deo.
 Accipiens serui formam seruique labores
 Commeruit uini corporis esse caput,
 Qui sola humanas pellebat uoce tenebras,
 Voce opifex binam qui dabat unus opem,
 En rigidos hostes & acerbas pertulit iras,
 Donec terribilem dat crucis ara necem.
 Vera cano, dignis suscepit premia factis,
 Viuit, & ad summum tollitur usque bonum.
 Verus & ethereæ sublimis in agmine turbae
 Regnat, & in cunctos ius habet ille deos.
 Nomen habet nostris non enarrabile uerbis,
 Illius & iussis flectitur omne genu.
 Aequora terra poli damnatae dedecus umbræ
 Cuncta sciāt christum tempus in omne deum.
 Hac iter est iustis ad summi regna beantis,
 Esto humilis sceptro qui cupis alta tuo.
 Ambitio solers & uana superbia mentis
 Non potuit uotis regna parare suis,
 At uirtus humilis extollit ad ultima, cerne,
 Cerne precor, dulces hac tibi dantur opes.

Rex

Qui est in forma dei
 esset non rapinā arbitrius
 est esse se equalē deo: sed semetipsum
 exinanuit formā serui accipiens
 in similitudinē hominum: et habitu inuentus:
 ut homo humiliatus semetipsum
 factus obediens usque ad mortem
 mortē autem crucis.

Propter quod et deus exaltauit illum.

Et donauit illi nomen quod est super omnem nomen: ut in nomine Iesu omne genua flectantur
 caelestium terrestrium et infernarum: et omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris

AD PHILIPPENSES.

Fol. 193.

Rex erat & semper uina lucebat in aula,
 Nec meruit senis subditus esse uiris.
 Sed patris imperio membris caput utile sanctis
 Hæc tulit ut meriti det pia dona sui.
 Ergo dei memores diuino sistite uoto,
 Et christo inceptam per gite ferre uiam.
 Vestra salus uobis committitur, ipsaq; curæ
 Si fuerit, iactos tollite fæce sinus.
 Nec tamen ob casses claris diffidite coeptis,
 Quos daemon uarijs, nequit ubiq; dolis,
 Est deus, & presens uestros sibi dirigit actus,
 Fecundans uotis semina sancta pujs.
 Non locus est somno, crudelibus ingruit armis
 Hostis & innumeros ingerit ille dolos
 Moribus hunc claris & sancto sternite signo
 Quo charitas urfos conterit una feros.
 Viuite concordēs syncero pectore puri,
 Et procul ex animis murmura sæua pujs.
 Ut pateat ueri genitos a sanguine magni
 Ad genus altum oculos tollere nosse suos.
 Luminis est almi uictis splendere tenebris,
 Et uestrum prauis gentibus esse duces.
 Hauriat ut uestros oculis surgentibus ignes
 Barbarus, & uestro sit bonus ille bono.
 Ipse etiam miserum christo damnante tyrannum
 Glorier ad gratos dogma tulisse uiros.

BB ij Gens

Itaq; charissimi mecum
 sicut semper obedistis, etc.

Cum metu et tremore
 ueram salutem operamini.

Deus enim qui operatur in
 uobis et uelle et perficere
 pro bona uoluntate.

Sicut autem facite sine
 inuentionibus et hypocrisis
 sicut filii dei.

Sine reprehensione in
 medio nationis prauæ et
 querite inter quos lucetis
 sicut luminaria in mundo.

Uerbum uirgine continentis
 ad gloriam meam in
 die christi quia non in uobis

cū cucurri neq; in uacuū laboraui sed et si i-moler supra sacrificiū et obsequium fidei vře gaudeo et congratulor oibus vobis idipsum aūt et vos gaudeat et cōgratulamini mihi.

Spero aūt i dño icit Chimotum me scito mittere ad vos vt et ego bono aīo sui cognitis q̄ circa vos sunt neminē eū habeo tan vnanimē q̄ sincera affectione p vobis sollicit⁹ sit oēs eū q̄ sua sunt q̄rūt nō q̄ iesu ch̄ri e- perimentū aūt ei⁹ cōnoscite qm̄ sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio et. Necessariū aūt existi-maui Epaphroditum fratrem et cooperatorem et comilitonē meū vřum autem apostolū et ministrum necessitatis meę mittere ad vos et.

Gens pia quæ nostris oblata es uictima dextris.
Siste deo, et miserum desere tersa solum.
Firma pete, humanis nihil est nisi mobile regnis,
Mundus et aduersas fertq; referq; uices.
Aspicias ut subito turbentur terrea casu,
O ceanus motas uoluit et urget aquas.
Ast ego nec gladios, nec tartara cuncta pauesco,
Extinguar, christus dum micet orbe meus.
Ipse superq; fidem si iam ferar hostia uestram,
Sunt mihi de electis gaudia certa uiris.
Vos quoq; nobiscum uicto gaudeat tyranno,
Nec turbet uestros hæc breuis umbra sinus
Cætera derbenfi socio mandata loquimur,
Qui feret ad uestras nomina nostra manus.
Quin etiam Pauli referet pia uiscera uestri,
Cum ueniat nobis traditus alter ego.
Ille simul uestre referet mihi gaudia uitæ,
Cum referat gnatos mente ualere meos
Sunt alij ob seuum uenantes dogmata lucrum,
Det deus hoc sanctis mentibus esse procul.
Integer iste tamen christo speculabilis uno
Quem fidum curis res probat ipsa meis.
Huic epaphroditus comiti iungetur, et ambos
Excipite affectu iam ualet ille pio.
Iam ualet a morbo, funestaq; uincla Neronis
Non ueritus rabidis restitit usq; lupis.

Per

Pertulit ad nostros ueniens tua munera uultus,
Ad pia te nostro nomine turba redit.
At non dona feret, nisi donum dicis amorem
Sincerum et uerbi semina uina boni.
Afectu puro donum pensatur honestum,
Hunc tibi quem possit reddere Paulus habet.

CAPVT TERTIVM.

Nunc superest domino grates psoluere uiuo
Quod semper ueram prouebit ipse fide
De cetero fratres mei
gaudete in domino:
Augescunt solo christiana negocia uerbo,
Ut pia, quæ uerum quo tueantur habent.
In melius res nostra palam, licet hoste furenti
Impugnent nostros ethnica tela uiros.
Semisepulta cohors amplexa horrentior umbra
Est potius curæ iam metuenda mee.
Qui uetera admiscet nascenti ligna decori,
Ecce dantes tactu lucida templa suo.
Sæpius admonui, tales pia membra cauetē,
Effugite ut seuos hæc mala corda canes
Oblatrant uero, mordentq; charismata, rectis
Obseruare animis, ne fera turbet hyems.
Quondam erat hæc umbræ generosa potētia sacre,
Nunc cessat uiso tota figura deo.
Nunc refecare animis uitium prestabit auernum,
Debemus pulchram corde referre notam.

BB iij Nil

Quisquā et ego ha-
 beā cōfidētiā in carne:
 Nōs alī viderē cōfide-
 re i carne: ego magis
 circūcisus octaua die:
 ex genere Israhel et tri-
 bu Beniamin hebreus he-
 bzeis scdm legē Phari-
 seus scdm gmutationē
 psequens ecclesiā dei.
 Secundū iusticiā q̄ in
 lege est cōuersus sine
 querella.

Sed q̄ mihi fuerit lu-
 era arbitrat? sū hęc p-
 pter christū detrimēta
 veruntamē existio oīa
 detrimētū esse / ppter
 eminentē sciētiā iesu
 christi dñi mei. ppter quē
 oīa detrimētū feci. et
 arbitror vt stercoza vt
 christū lucrificā. et in-
 ueniar in illo non ha-
 bēs meā iusticiā q̄ ex le-
 ge est: sed illā q̄ ex fide
 est iesu christi: q̄ ex deo ē
 iusticia in fide: ad co-
 gnoscendū illū et uirtu-
 tē resurrectionis eius: et
 societate passōis illius
 cōfiguratur morti eius.
 Si quomodo occurrā:
 ad resurrectionē q̄ est
 ex mortuis nō q̄ iā ac-
 ceperim: aut iā pfectus
 sum sequor a utē q̄ mo-
 do cōprehendā in quo

Nil pecudum sanguis, nil iam tua uicula Moses
 Corde coli puro conditor unus amat.
 Vera scio, legi nec sum male conscius ipsi,
 Abramum scio me carnis habere patrem
 Sum Pharisens amans legem, librumq; secutus,
 Iste mihi quondam feruidus ardor erat.
 At tunc ignoto traclabam carnea christo,
 Hærebatque animo corporis umbra meo.
 Iam didici Solem, radio iam cognita iusto
 Lux mihi, iam uerum est cernere posse iubar.
 Deseruit noctem sæclique umbrosa uetusti
 Lucra fugit passo mens mea fixa deo
 Hunc sibi si quis habet, cōtemnat cætera, quid mihi
 Fons est, perpetuas quo bibit orbis aquas
 Iustitia a christo tota est, si profuit unquam
 Lex, a uenturo profuit illa deo.
 Sola fides christi, sanctorum secula patrum
 In spe promissi fecit honesta dei.
 Hac fretus, quanquā uinclis laniatus acerbis
 Gaudeo pro domini morte perire mei.
 Ille cruci affixus sensum mihi firmat, ut illo
 Compatiens lætum peruehar usque polum
 Exurgam sur gente deo, uictoque sopore
 Incipiam christi regna uidere mei.
 Non dedit hoc fidei terrena potentia nostræ,
 Teque sequens fateor muneris esse tui,

Nec

Nec mihi iam capta est perfecto meta labore,
 Extat adhuc campo fasque nefasque suo.
 Nitior at ipse tamen totisque oblector habenis,
 Assequar ut donum uictima sancta tuum.
 Non segni positæ contingunt præmia palmae,
 Acriter instanti præda paranda duci.
 Et me quem cæco miserum retraxit amore
 Lux pia cum flammis imbuit ora suis.
 Spes, leuat, at nondum, ne uos fiducia segnes
 Reddat, sum uotum certus habere meum.
 Magna sequor, christus promisit grandia certum
 Conditio morbi nec finit esse mei.
 Magna igitur spe ducor amans, cursuque secūdo
 Visa ducis manibus dona priora peto.
 Et cuncta a tergo terrena et carnea linquens,
 Extendo uotum regna per alta meum.
 Qui temere currit uento desertur inani,
 At mihi rex certam dat pius ire uiam.
 Hæc mihi præfixa est et ad hæc mihi christus amore
 Immenso, clarum sanguine monstrat iter.
 En uocat e læto conantem uictor Olympo
 Duxque prior lassæ militis ora fouet.
 Post habui Mossem, ne me remoretur euntem,
 Ne mihi de lapsu coniugete partus eat.
 Non licet ante oculos nisi solum ponere christum,
 Ferre diem seruis contulit ille suis.

et comprehensus sum
 a christo iesu.

Fratres ego me nō ar-
 bitror cōprehendisse.

Unum autem.

Quisquidē retro sunt
 obliuiscēs ad ea nō q̄
 sunt poza extēdēs me-
 ipsum ad destinātū p-
 sequor ad brauiū sup-
 nē uocationis dei in
 christo iesu.

Quicquid ergo pfecti
 sum hoc sentiam? et si
 quid aliter sapitis hoc
 uobis deus reuelabit.

BB iiii Inte

Scruntamē ad quod
peruenimus ut idē sa-
pīamus ⁊ in eadē p-
maneamus regula.
Imitatores mei esto-
te fratres ⁊ obseruate
eos qui ita ambulant
sicut habetis formam
nostram.

Interea fratres suscepto per gite cursu,
Turpius est notum deseruisse deum.
Hoc tamen in cursu falsum obseruate docentem,
Sub ficta rabidos pelle cauete lupos.
Qui sequitur cæcum fouea trudetur eadem,
Nox similis ambos, mors simul una premet.
Militat omnis amans, pugnat mundusq; deusq;
Et liquet aduersis castra tenere locis.
Sub mundo a famulis habitandus q̄ritur Orcus,
Et manet hos dextris pœna parata suis.
Principe sub christo bellanti seruiet æther,
Maiora ⁊ meritis munera danda pijs.
Quis nolit te christe sequi? quis maxime ductor
Non uelit æterni signa subire boni.
At multi ignorant quæ sit uia, quos sibi tandem
Ad sanctum uerus ducet ouile pius.
Cæcus imaginibus terrene percitus auræ
Non sequitur nisi dulcia signa dei.
Et quasi post uitam non sit labor, heu iacet illex
Turpiter humanis sensus in illecebris.
Nec sequitur meliora, cupit male terrea, susq;
Voluit in obsceno pectora prona luto.
Venter ei dominus, nitidumque pecunia coelum
Et nisi terrestres nil meditatatur opes.
Flens refero, mentes lætho condentur amaro,
Qui tantum in falsis spem posuere bonis.

Flens

Flens refero fratres, nil est insana uoluptas,
Et penes hanc cæci cor posuere uiri.
Conclamat uituis charitas fraterna peremptos,
Excutit hæc lachrymas mortis imago meas.
Ah miseros, tumulo quos mors hæc claudit i atro
Hæc mors est animis flenda reflenda pijs.
Scilicet hanc etiam summus deflebat amator.
Cum fera diuino rumperet antra sono.
Nec te comotus lachrymatur Lazare christus,
Sed cæsos miseris quos necat umbra dolis.
At nos o comites ut christea signa sequamur,
Viuamus terris corpore, mente polis.
Ecce caput nostrum superas remeauit ad arces,
Quid facis in stygia perfide miles aqua?
Suspice uictorem, triuuis qui clarus auernis
Pertulit ad uiuum lucida membra polum.
Ille tibi æthereos thalamos reserauit, ⁊ istud
Corpus ab exoso quod graue ducis auo.
Exulsis maculis diuino lumine uite
Conforme æterno conferet esse duci.
Membra quidem capiti miserandis cõsona pœnis,
Lux, decor ⁊ similis, cū ruat umbra manet.
Magnū opus hoc fratres, sed sumæ fidite dextræ.
Qui dabit hoc famulis maximus author erit.
Fidite, perpetui nam summa potentia christi
Decreuit notis nulla neganda pijs.

Dissimulat

Et gloria in confusio-
ne ipsorum qui terre-
na sapiunt.

Nostra autem cõuer-
satio in cælis est.

Unde etiam saluato-
rem expectamus do-
minū nr̄m iesum ch̄i-
stum.

Qui reformabit cor-
p⁹ humilitatis nostrę
configuratum corp⁹
claritatis suę.

Secundum operatio-
nem virtutis suę qua
etiam possit subicere
sibi omnia.

Dissimulat nunc multa potens, præstatq; fateri,
Sed referet pensum iusq; nefasq; suum.

CAPVT QVARTVM.

Itaq; fies mei charissimè desideratissimi gaudium meum et corona mea sic state in domino charissimi.

Quodiam rogo et Sinty chæ deprecor idipsum sapere in domino etiam rogo et te germana. Quod par adiua illas que mecum laozauerit in euangelio cum Clemente et ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro vite.

Gaudete in domino semper pitem in.

Dico gaudete.

HAc spe letus amas dominum desiste moueri
a christo, et falsis ne capiare bonis.
Ne deuicta meæ ludas pia turba corone
Iam domino digitis hostia facta meis.
Eudique et uerbo persistat Sinty ches almo,
Fimis habet factis præmia uera bonis.
Quin etiam germana precor teq; optima Cõpar
Auxilium socijs da mihi grata pijs.
Dichuro socios non est opus indice, constat
Aeternum claros nomen habere uiros.
Nam liber hos uite, quem non abolere uetustas
Vlla queat uiuo tempus in omne deo.
Censuit omnipotens christianam in principe gentem,
Nil ualet a firmi uoce perire dei.
At socij læto este animo, seuosque furores
Vincite, dat charus gaudia uera deus.
Siue insana feri crudebant murmura ponti,
Siue obstet uiso turba canina bono.
Seu uos tartareis affligat cerberus iris,
Cum laxum toto seuiat orbe nefas.
Seu male iam turpes quærat mors uestra colores,
Gaudete in christi nomine luce, mei.

Aequo

Aequo animo proprijs fraudem captare capistris
Qui sequitur lumen lumine teste potest.
Vester odor placido fulgensq; modestia uultu
Alliciat falsos ad bona uera uiros.
Conciliat duos lenis patientia mores,
Ipsa ferox passo frangitur ira pio.
Turba dei furias non ulciscaris acerbas,
Si tibi per dominum semita facta tuum est.
Ne ue his inuideas fortune xenia falsæ,
Mors latet in seuis horrida delicijs.
Instat enim christus, suppremo buccina campo
Iam prope, iam mixtis ultima sacra choris.
Iustis pro uictis tribuet noua gaudia seculo.
Præuis pro irriso tristia uincla polo.
En prope christus adest, modicos perferre labores
Ne pigeat, uoto certa corona pio est.
Vine precor coelis, et curas pelle nefandas,
Vna est de mœsto cura tenenda die.
Ne iudex tandem seculi finitor amari
Irruat, incautos et premat ille finus.
Inuadens medio furum uigilantia somno
Strauit deceptos nocte silente uiros.
Fide pio domino, uana est nisi nixa sub illo
Spes tua, ueraces dat deus unus opes.
Præsidijs ne fide soli coelestibus hærens,
Que cupis a solo instat petenda deo.

Modestia uestra nota sit omnibus hoib.

Dominus enim prope est.

Nihil solliciti sitis.

Sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione precibus uestris innotescat apud deum.

Hunc

Hunc ora, uotisq; suplex ardentibus infla,
 Non nisi de gelida piscis habendus aqua.
 Non segni merces, non constant grandia paruo,
 Si cupis, oranti magna paranda tibi.
 Ne si forte pctens primam patiare repulsam,
 Concidat æthereis spes tua pulsa locis.
 Sed semper summo grates persolue tonanti,
 Quæcumq; in uotis peruolet aura tuis.
 Prospera nulla leuent, te nulla aduersa fatigent,
 Quæ placuere deo sunt bona cuncta pio.
 Quin & ab aduersis reddet tibi prospera causis,
 Si læsus uera non moueare uia.
 Ille uidet caris quid sit magis utile membris,
 Vult tamen oratus fundere dona deus.
 Vt discat meruisse precans, ut numina no scat
 Inuvalidus, lachrymis & colat illa suis.
 Mensq; boni consors uerum meditata parentem,
 Conscia sit dextras nil ualuisse suas.
 Sic erit ut foelix diuinæ pacis honestas
 Conciliet placido pectora sancta deo.
 Arme tin aduersos domino conformia casus,
 Ne metuant forti corda ligata duci.
 Nec sat erit uacuum curis terrestribus esse,
 Est & opus ueras quærere diuitias.
 Ardua uincenti non est uia, te uocat er go,
 Virtus, ad gemmas chare Pbilippe suas.

Scilicet

Et pax dei q̄ exuperat
 oēm sensum custodiat
 corda v̄ra ⁊ intelligē
 tias v̄stras in christo
 lectu.

De cetero fratres: q̄
 cūq; sunt vera: q̄ cūq;
 pudica: q̄ cūq; iusta: q̄
 cūq; sc̄ta: q̄ cūq; ama
 bilia: q̄ cūq; bonæ fa

Scilicet in primis hanc sit quia dura repelles,
 Cūq; illa effugies quæ tibi dantur opes.
 Hæc habet in patulis cœlestia pocula dextris,
 Atq; deum terris quo uelut ipsa trahit.
 Hæc claris superam metitur funibus aulam,
 Hæc ligat ornandis ferta decora uiris.
 Iusticia, & pietas, uerum, pax sancta, decor, lux,
 Quæq; oritur nato cætera turba deo,
 Sint comites uobis terrisq; ad sydera fractis
 Conseruos uirtus inciat una meos.
 Audistis uitam, uerbi uos nuntius alti
 Edocui christi dulcia iura dei.
 Nec docui tantum uerbo, sed & utile mundo
 Exemplum factis cernitis esse meis.
 Vnum oro nostros seruate calentiùs ignes,
 Si datur & radiis me superate bonis.
 Astra super proceres ualidis insurgite neruis,
 Infontes animas qui citat ille fouet.
 Incitat ille suos internis motibus agnos,
 A supero semen semine turba uidet.
 Præuenit illapsu charitis, flammâq; latentem
 Inspirat, uenis conditor ipse pius.
 Adde etiam si parua notes hic terrea præstat
 Munera, ab hoc plenus pullulat omnis ager.
 Diuidit hic campos, & diuitis implet acruos,
 Si quid habes, dominus donat habere tuus.

At tibi

me: si qua uirtus: si qua
 laus disciplinæ hæc cogitac.

Quæ et didicistis: et
 accepistis: ⁊ audistis:
 ⁊ uidistis in me.

Hæc agite ⁊ deus pa
 cis erit uobiscum.

At tibi si qua manent sceleris uestigia primi,
 In te si durum mamonæ seuit onus.
 Concipe præstantes animos, tibi munera summus
 Hæc dedit, ut miseris tu simul illa dares.
 Audijt orantem dominus, tu toruus egenos
 Despicias? cælis ordo benignus adest.
 En eget auxilio qui non tulit, optima lex hæc
 Est duris, uero conuenit illa pio.
 Gratulor hoc fratres domini q. dona superni
 Noscitis & charitas pectora uestra mouet.
 Gaudeo q. non, est regina pecunia uobis.
 Et cura est socios pane leuare pios.
 Nec mihi quæ a largis uenerunt dona Philippis
 Credite sed magno missa fuisse deo.
 Esurit in membris dominus, saturatur, & absens
 Est præsens, uerum concipe turba caput.
 Pauper adest Paulus, sed Paulo i. paup. christus,
 Quæ data sunt misero munera christus habet.
 Pascitur hic pastor, minimos cum cernitis, illum
 Cernite, nam socijs est pater ipse suis.
 Mec mea paupertas sed gloria uestra poposcit,
 Gratuler ut dextras uos habuisse pias.
 Non rudis eger eram, per longa pericula noui
 Sumere de castis robora sancta citis.
 Et si quando nimis deus obtulit, hoc quoq. charis
 Do socijs grato diues in obsequio.

Deprimat

Sauifus sum autē in
 dño uehementer quo
 ritam tandem aliquā
 do resoluistis pro me
 sentire sicut et sentie
 batis. rē.

Nō quasi propter pe
 nuriā dico ego enim
 didici in qbus sum suf
 ficiens esse.

Scio & humiliari: scio
 & habundare. rē:

Deprimat esuries nec me, nec copia reddit
 Elatum, a domino uis mihi tanta meo est.
 At quanquam populo petij non munera uestro,
 Accepi a sanctis munera missa uiris.
 His mihi dempta fames, donis opulentus opimis
 Supplebit iustus debita nostra deus.
 Ille pijs agni diuina tomacula uiui
 Conferet, & magnam quæ leuet unda sitim.
 Pertinet hoc nostro qui pax & gloria christo
 Iam uelit in uestris mentibus esse fauens.

FINIS MVSAE PAVLI
 ne Aluari Gomez in episto
 lam ad Philippenses.

MVSA
 PAVLINA ALVA
 ri Gomez in epistolā
 ad Colossenses.

CAPVT PRIMVM.



Paulo christi caris hæc carta Co
 lossis

Mittitur, ut populo missa le
 genda pio.

Perlege me, & lectum non indignere magistrū,
 Iam christi Paulus, qui modo Saulus eram.

Non

Omnia possum in eo
 qui me confortat.

Teruntamē bene feci
 stis cōmunicantes tri
 bulationi meę. rē.

Repletus sum acceptis
 ab epaphrodito q. mis
 sistis in odorem suauit
 tatis hostiam acceptā
 placentem deo.

Deus autē meus im
 plet oē desiderij vrm
 scdm diuitias suas in
 gloria i christo iesu. rē.

¶ Ter Pauli apłi.

Paulus apostolus ie
 su christi per uoluntate
 dei & Thimotheo fra
 ter his qui sunt Colof
 sis sanctis et fidelibus
 fratribus i christo iesus

Non phrygium me mater agit, nō uana Cyrenes
 Verba cano, aut tēlis delphica iussa dolis.
 Non ego moſeam ueteratis pellibus umbram,
 Vera ſed a chriſto gaudia miſſa fero.
 Cura mihi eluſo diſſoluere ueſtra tyranno,
 Viſcera & ad proprium ducere mēbra caput.
 Laus illi, uobiſq; ſalus, & gratia, paxq;
 A patre ſit, gnatos qui dedit eſſe ſuos.
 Vt qui cœlicolas æterno uinxit amore,
 Vos faciat ſummum ſemper amare bonum,
 Se mihi, & illapſu dat me ſibi gratia uero,
 Hæc ſemper cauſa eſt, cur ego ſemper amen.
 Et quoniam ueſtros non eſt mihi cernere uultus,
 Præſentes chriſto mens mea ſemper habet.
 Illi agimus grates pro ueſtra luce petentes,
 Augeat ut ueſtras luminis author opes.
 Rettulit ipaphras, chriſti eſt ea gloria, puras
 In uobis flammæ, & ſine labe fidem.
 Rettulit incolumes ſtygios calcare decembres,
 Laus ducis eſt claros qui facit eſſe uiros.
 Fons pater in chriſto largitur & omnia magno,
 Nec ſine tam uiuum numine nomen habet.
 Eſt chriſtus, chriſtoq; ſalus hauritur, ab illo
 Vngitur, æternas & bibit unctus aquas.
 Vitæ oleum, ad gentes chriſto descendit ab uno,
 A chriſto in noſtras fuſa medella manus.

Ille

Gratia uobis et para
 deo patre nostro.

Hæc agim⁹ deo ⁊ pfi
 dñi nſi Jeſu chriſti.

Semper p uobis oia
 tes.

Audientes fidem ue-
 ſtram in chriſto ieſu ⁊
 dilectionem quam ha-
 betis in ſanctos oēs.

Ille pius cordi charites immittit amanti,
 Suſtinet & ſtatu pectora caſta ſuo.
 Propterea ueſtris cæpi noua gaudia factis,
 Quod ſperas chriſto candida turba deo.
 Quod charitas, ſpes, atque fides in principe cœli
 Dant tibi, quod ſocij des pia dona tuis.
 Quam bene cōſultum eſt, lar go nam ſœnore uerū
 Per chriſtum ad ueſtras hæc reditura manus.
 Magna pijs uerax promiſit munera chriſtus,
 Sed dare promiſſis uberiora poteſt,
 Et dabit, & nunc dat, iã nos quoque uidimus, ecce
 Chriſtanum toto ſur git in orbe decus.
 En magis atque magis ditiffima regnat egeſtas,
 Cedit & ignifero ſomnus, & umbra deo.
 Ianque lycaoniam, phrygium iam temperat arua
 Lux oriens, Aſiam iam petit ipſa ſuam.
 Augeſcit, ſemperque potens, & latius igne
 Tenditur efflictiſ flamma ſuperna dolis.
 Hæc uenit in uobis, & proficientibus ultro
 Emicat in domino gloria ueſtra meo.
 Mens pia, ſed quãquã faciūt te crimina mœſtam,
 Et noto in fluctum pectore turbat onus,
 Sta pedibus, confide patri, quando arte paterna
 Gratuitam ſentis regis habere manum.
 En tua ſuſcepto perierunt crimina chriſto,
 En tibi depoſito crimine numen habes.

CC Quid

Propter ſpem.

Quæ reſpoſita eſt uo-
 bis in cœlis quam au-
 diſtis in uerbo uerita-
 tis euangelij.

Quod uenit ad uos
 ſicut in uniuerso mun-
 do eſt.

Et fructificat ⁊ creſcit

Sicut i uobis ex ea die
 q̄ audisti ⁊ cognoui-
 ſtiſ gratiam dei in ue-
 ritate ⁊c.

Quid trepidas? folijs australes expulit aestus,
 A vitis populum nunc tegit ipse suum.
 Nube suos quondam direxit signifer, at nunc
 Christus iter flammis edocet ipse novis.
 Agnus erat quondam sceleris lustrator, & ira,
 Et tibi nunc princeps hostia diues adest.
 Corporibus tunc esca, datur nunc mentibus ipsis,
 Nunc se corda pius pascit amica deus.
 Tunc hecatambeo delere piacula fumo
 Non poterat saenis saucia turba minis.
 Nunc medio iuui franguntur crimina saxi,
 Perq; deum uicto culpa furore cadit.
 Solum opus est cordi charitas infusa fideli
 Instituatur sensus non abitura tuos.
 Non abitura, truci ni tu male perditus hosti
 Cesseris, ex pacto ius habet ille tuo.
 Si non admittas, deus est tibi, respice saeuum
 Admittis crimen, pectore numen abest.
 Elige quod cupias, non est modus, effuge terram,
 Si cupis in tuto castra tenere loco.
 At bene q; christo luces pia turba recepto,
 Qui dedit eluso lumen habere dolo.
 Quod mundi fraudes, & inanes temnis honores,
 Figis & in passo feruida corda deo.
 Naq; ego quid referam, populo q; charus amico
 Sim pater, in christo diligor ipse meo.

Non

Sicut didicisti ab epa
 phra charissimo con-
 seruo nostro, q; est fide-
 lis pro vobis minister
 christi iesu q; etiã ma-
 nifestauit nobis dilec-
 tionẽ vestrã in spiritu

Non erat hic tanti Paulus sine nomine christi
 Sum nihil, in christo sum quoq; magnus ego.
 Nec sumus ingrati, si quid sumus, istaq; semper
 Respondit socijs nox mea grata meis
 Vt primum uestrae spes est mihi nota salutis,
 Amplector nostro pectora uestra sinu.
 Et precibus dignis excusso puluere carnis
 Pro uobis domino feruida uota damus.
 Perficiat qui coepit, oues qui fecit, & ipse
 Conneclat formae membra uocata suae
 Plenius ut domini placitum agnoscat, ab ipso
 Edocti magni mystica sacra dei.
 Nec placeat uanae fucatum dogma sophiae,
 Non colitur superis barbara memphis aquis.
 Vana superstitio est fumantibus eruta monstris.
 Nec moucat claros noctis imago uiros,
 At sapientis iter prudenti per gite uoto,
 Spiritus aetheream fertq; refertq; uiam.
 Iam bona pars domi concessa est desuper, at qui
 Vestra peto ad summum corda uenire gradu.
 Christicola ut christi sacros imitetur amores,
 Vitaq; sit socio candida digna deo.
 Hoc petit alma fides animis, hoc carthea poscit
 Virtus optati principis arma sequi.
 Non satis est uerum christi didicisse decorem,
 Vt deus a summo labitur ipse polo.

CC ij Vtq;

Ideo et nos ex q; die
 audiuim⁹ nō cessam⁹
 pro uobis orātes & po-
 stulantes.

Et impleamini agni-
 tione uoluntatis eius in
 omni sapientia & intel-
 lectu spirituali.

Et ambulatis digne
 per omnia.

Placentes in omni
 opere bono.

Fructificantes.

MVSA PAVLINA

Vtque sit hic moriens ligno confixus amaro,
 Abluit ut populos sanguis, & unda reos,
 Vtque triumphatam diuino funera mortem
 Vicimus, ut loqueis bestia capta suis.
 Stat charitas, fidei pulchros quæ terminat actus,
 Qui sapit, illapsum non fugit ille deum.
 Officijque pijs potius quàm numina uerbis
 Electuntur, uani quid iuuat aura soni?
 Quare a gife o fratres sumptis adolefcite donis,
 Et charites domini ferte per astra pijs.
 Crescite constantes diuino semine, christus
 Ut metat e factis quæ serit ipse pijs.
 En furias, sed robur adest, ur gente procella
 Noscitur in medio quæ bona cymba lacu.
 Nil te de christo moueat, ne desere palmam,
 In mentes nihilum dextra neronis habet.
 Heus frater nihil umbra potest nisi corpore terre,
 Stet precor in charo mens tua firma deo.
 Nec uires metire tuas, erit ensibens alta
 Mente uigor, domino ni moueare pio.
 Est deus in sanctis bello insuperabilis omni,
 Opponet summas in fera tela manus,
 Est caput, & placidis constantia robora membris
 Inspirat, dextris & tegit illa suis.
 Quisquis in æthereo calcauit tartara uoto,
 Per uitæ auctorem uictor ut esset habet.

Qui

Et crescentes in scientia dei.

In omni uirtute confortati.

Secundum potentiam claritatis eius.

In omni potentia & longanimitate.

AD COLOSSENSIS.

Fol. 202.

Qui rigida se uos tolerauit mente labores,
 Ascribat domino robur, & arma suo.
 Ergo habiles, fortesque uiri, nihilumque timentes
 Vincamus rabidi tela superba lupi.
 Quin alacres animis contempto occurrite læto,
 Vulneraque ut magni sumite dona dei.
 Et grates offerite patri, qui sanctus honorem
 Hunc dedit, autorem dicere posse patrem.
 Vir pie, qui ritu coluisti ligna nefando,
 En tibi dat notus gaudia uera deus.
 Admissusque sacro uitæ radiantis honori
 Expectas ueri lucida regna boni.
 Hac spe surge precor, nec te quid territet usquam,
 Blandicij nisi ne capiare doli.
 Te pius horrendi cæca caligine somni
 Versatum radijs excitat ille nouis.
 Seruisti inferno foedissima præla tyranno,
 Transiulit ad regnum te deus ipse suum.
 Teque ligat nato, quo nil sibi charius uni,
 Et membrum templi te facit esse sui.
 Non locus est uitæ, si te data regia tangit,
 Si cupis uniti numen habere dei.
 Transijt umbra furentis, scelerati iura furoris
 Diruta sunt, ueras pandit olympus opes.
 Turba micans christo nata est tibi uera perempto
 Libertas, laqueos conterit ille tuos.

CC iij Exlis

Cum gaudio.

Etas agetes deo & patri dignos nos fecit.

In partem fortis sanctorum in lumine.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum

Et transiulit in regnum filij.

Dilectionis sug

In quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum.

MVSA PAVLINA.

Exli gat a monstis, & crimina prisca remittens
 Restituit uiuis te deus ipse choris.
 O foelix, si dona capis, si lumina cernis.
 Si sentis domini uulnera sacra mei.
 Corpus eras quodam rabidi tortoris, & umbra,
 Nunc lux tunc christi corpus, & ara dei.
 Christus et iste tuus pulcherrima patris imago e,
 Per quam sunt oculis cuncta uidenda pijs.
 Ille habitat lucem, cui nulla est proxima lampas
 Ingenij, nullis panditur illenotis.
 Cernitur in gnato, per gnatum cernitur ipsi
 Aequalem, siquidem uox canit una duos.
 Sed neq, sic duo sunt, unus deus, unica uirtus
 Sunt ambo, haec dextris ius habet omne suis
 At proprium sibi quisq, tenet, gnatu ille, patriq,
 Alter habet, solus sed manet ipse deus.
 Estq, pater uerus, sapiensq, potensq, bonusq,
 Summus & a summo gignitur iste bono.
 Verus ut ipse pater, patriq, simillimus unum
 De toto genitus numine numen habet.
 Nec noua nascenti datur omni potentia, natus
 Aeternus, uiuo est gloria uera patri.
 Nec genitus cepit uis infinita, simul sed
 Cum patre dat radios patris imago suos.
 Conditus a nullo est, perq, huc pater oia magnus
 Condidit, & natus condidit illa deus.

Con

Qui est imago dei in
 uisibilis primogenit?
 omnis creatur.

Quoniam in ipso co-
 dita sunt uniuersa.

AD COLOSSENSIS.

Fol. 203.

Condidit en patrium quod sustinet omnia uerbu,
 Nec binum duplici nomine numen adest.
 Suspice fiderei sublimia regna theatri,
 Inspice foecundo semina mixta solo.
 Seu uelis angelicos numeris quadrare maniplos,
 Ut pater his genitus dat simul esse bonus.
 Omnia christus agit, christus mouet oia, seruat
 Omnia, sunt christo subdita cuncta meo.
 Ipse gubernator formati seminis, in se
 Omnia, quae aeternus condidit, unus habet.
 Huic tanto unitus domino capitiq, duciq,
 Quid facis in caeno puluis & aura tuo.
 Eri ge socordes animo, tibi maximus autor
 Virtus membrum te facit esse suum.
 Est dominus quondamq, ferox, ultorq, furorum,
 Et saepe in priscos seuit ille patres.
 Crimina terrifico damnauit tristia uerbo,
 Misit & ultrices falsa per ora faces,
 Sed tunc hostis erat, nunc est caput, ipseque lectum
 Vir sponsae corpus, colligat, atque mouet.
 En caput unitis uiuacia balsama membris
 Spirat, & ad patrem se duce pandit iter.
 Angelicos facit iste choros, firmatque, regitque,
 Vnum cum misero te quoque corpus habet,
 Datque suas unitus opes, uitamque, decusque,
 Stillat & afflatu dona beata suo.

CC iij Pri

In celis & in terra uis
 uilia & inuisiua.

Sive troni: sive dñi
 tões: sive principatus:
 sive potestates oia p
 ipsum & in ipso creata
 sunt.

Et ipse e ante omnes
 & omnia in ipso costat.

Et ipse est caput cor
 poris ecclesie.

Qui est principium.

MVSA PAVLINA.

Primogenit⁹ ex mor-
tuis.

Et sit in omnibus ip̄e
p̄m̄atum tenens.

Quia in ip̄o compla-
cuit omnē plenitudinē
inhabitare.

Primus & oppresso surrexit uictor ab orco,
Ut membrum superas adueberere domos.
Morte micans uicta puro spectabilis ostro,
Dux gerit ad famulos clara trophea suos.
Hic autor princepsque caput, requiesque, decusque
Omnibus est, uires dat pius ipse parens.
Sur gemus sur gente deo, tenet ille decoris
Principium, radios diuidit inde suos.
Ipse prior donis diuinaque dona secundis
Partitur claris, mortus amore uiris.
Fecerat hic, seruos & iam fera funera passos
Instaurat genitos, & iubet esse pios.
Ex nihilo creti, uiuoque ex fonte renati
Debemus christo uiscera nostra deo.
Cui pater aeternas uires summumque uigorem,
Et socium regni contulit esse sui.
Utque pater rex, atque bonus, iustusque, potēsque,
Et tamen electis iungitur ipse uiris.
Scire nefas, nostris nec tanta est gloria neruis,
Que facit ignotus, cur facit illa deus.
Hoc scimus deus est bonitas, deus optima semper
Decernit, summum tempus in omne bonum.
Sic uisum est, sic ipse pater decreuit, ab æui
Principio hæc doctus est data summa uiris.
Hunc & nostra salus aeternis & gloria ueri
Mouit, ab irato labitur ipse polo.

Cōciliatq;

AD COLOSSENSSES.

Fol. 204.

Conciliatque sibi genus hoc mortale, iacentes
Mundat oues, læthum funeris ultor a gens,
Non hæc legifero cessit prouincia mosi,
Sola erat hæc domino digna petenda meo.
Hoc proles diuina decus, summique parentis
Filius hoc tantum sanguine fecit opus.
Supplicioq; graui nostrum mundante uenenum
Contudit antiqui robur onusque mali.
Et scelus & pulchris dirimens obstantia donis,
Æthera cum terris iunxit amore nouo.
En noua sub christo conspirant foedera sancto,
Ceteraque unito sunt quoque iuncta deo.
Vos quoque qui quondã distracti a numine uero,
Infelix falsos turba secuta deos,
Aduersos radio cæcis nox aspera uinclis
Traxerat, & stygijs merserat ora uadis.
Sed tamen & pietas conuictos suscipit hostes,
Victor & iratum temperat arma deus.
Nuncque sibi qui euncta potest astrinxit, & uni
Conciliat natos, & facit esse suos.
Non uenit angelicas hæc gloria sancta per ulnas,
Nec datur æthereis tergere sæcla choris.
Corpore sed uerbi mortem subeunte beati,
A quo multiplices hæc tibi dantur opes.
Hoc captum laqueis fregit tua uincla superbis,
Et moriens læthi tela cruenta tui.

Hoc

Et per eum recõcilia-
ri omnia in ipsum.

Paçificas per sangui-
nem crucis eius.

Sicut que i terris: siue
que in celis sunt.

Et vos cũ effectis ali-
quando alienati: & ini-
mici sensu in operib⁹
malis.

Hunc autem reconci-
liauit.

In corpore carnis ei⁹
per mortem.

MVSA PAVLINA.

Hoc tibi dat patriæ diuina charismata mensæ,
 Hoc potes & seuam fonte leuare sitim.
 Sed quoniam uera deserti pace nocentes
 Non possunt domini regna uidere pii.
 Ut uerus duraret amor, nexuque salubris
 Effet, & in summo te fruerere bono.
 Exibere vos sanctos. Condonat tibi turpe nefas primosque reatus,
 Et tua anaclato culpa remissa deo est.
 Sanctus ut exhibeat sanctum, pulchrumque decorus,
 Et sistat domino tempus in omne suo.
 Immaculat⁹ irrepre-
 hensibiles corâ ipso.
 Ut maculis tersis, & pulsa flâmifer umbra,
 Sit deus in famulis uita decorque suis.
 Si tamē permanetis
 in fide fundati et stabi-
 les et immobiles a spe
 euangelij quod audi-
 stis quod predicatum
 est in uniuersa creatu-
 ra que sub cælo est.
 Hoc erit accepto, si persiles candide, uinclo,
 Perque fidem uiso non moueare deo.
 Nec tibi sed populis patefacta est gratia cunctis,
 Austrum, Eurû, zephirû, labitur atq; Notû.
 Que mora: que tandem miseri dementia somnit
 Munita est uero robore sancta fides.
 Quis ualeat restare deo: consentit in ipsum
 Orbis, & a uero lumine lumen habet.
 Nescio quid ratio uero sibi fundat amico,
 Dum tenet, & nostram comprobat ipsa uia.
 Christea dum priscis concordat tempora chartis,
 Visa uidens christi uatibus acta mei.
 Dum uidet impletam radiis lustrantibus umbrâ,
 Utque parit uerum plena figura suum.

Cum

AD COLOSSENSSES.

Fol. 205.

Cû dominus plagis & sanguine uictor i Orcû
 Irruit, & uastæ conterit ora nescis.
 Quum ferit horrendi cruce loca tesqua barathri,
 Et subito stygias concutit igne domos.
 Cum tot mira potens per se facit, & sibi nullum
 aduocat, & famulis dat quoq; posse suis.
 Cum dolor in saxis, elementaque conscia uero
 Anthori lachrymas non tenuere suas.
 Cum christiana cohors sceleratas territat umbras,
 Et facit in passo maxima gesta deo.
 Cum miseros ægrosque leuat, cæcisque, reisque
 Dat lumen, ueras luminis autor opes.
 Cum silucre Ioues, & Apollinis arma uetusti
 Aeternum nato terga dedere deo.
 Utq; sit hoc paruum, sed non paruû, en tibi signa
 Numinis in Paulo iam quoq; magna tuo.
 Deposui nomen Sauli, tenebrasque furoris,
 Inque meo pulcher pectore christus adest.
 Nunc famulus, tunc hostis eram, conuersaq; uita
 Mens habet hæc domini luce citata sui.
 Utque mihi uite radii illuxere beatæ,
 Post habui tactus ihenua tala tuos.
 Iam nec Aron Paulo satis est, nec Phineus, ipse
 Nec Moses oculis gratus ut ante meis.
 Ecce ministerio uerbi selectus ab illo
 Iussa cano, magni nomen opusque dei.

Cuius fact⁹ sum ego
 Paulus minister.

Nec

MVS B. PAVLINA.

Hec tan constanter nisi uerum docta magistrum
 Hæssisset miris mens mea firma nouis.
 Hebereas charites, & auita relinquere festa
 Quis poterat falsis ductus imaginibus?
 Sed uicit noctem radius, uerumque figuras,
 præcoquæ sum ueri tempus in omne boni.
 Ille uenenatum precioso sanguine mundum
 Qui lauit, maculas ussit & igne meas.
 Subtulit indignos in fonti carne labores,
 Et manet hæc altos gloria certa uiros.
 Nec nos poeniteat diras tolerare catenas,
 Seu aique pro uestris uincla subire bonis.
 Cur pigeat famulū, quæ ostēderit ante magister,
 Signa sequi castris dux erat ille suis.
 Nec solum proprio perpeffus corpore, uulnus
 Ipse etiam nostro corpore sentit amans.
 Datque ferenda caput charis sua uulnera mēbris,
 Ac simul in nostris fletque, gemitque malis.
 Si mala, sed non sunt nisi uera hæc gaudia, dulce
 Qui sequitur christum funere, funus habet.
 Sic ego, cui uerbi mandata est cura beantis,
 Non metuo inferni fauce perire lupi.
 Sto christo, & ualidis coelestia pocula dextris
 Effundo in damnum turpis apollo tuum.
 Pellimus e siccis saturnia toxica uenis,
 Et damus æthereas gentis in ora dapes.

Fraternas

Qui nunc gaudeo in
 passionibus p vobis.

Et adimplebo ea que
 desunt passioni christi
 in carne mea p cor
 pore eius quod est ec
 clesia.

Cuius factus sum ego
 minister secundum dis
 pensationem dei: quæ da
 ta est mihi.

AD COLOSSENSES.

Fraternas acies ueris armare sagittis
 Non sat erat, magnus uult sibi cuncta deus,
 Iungimus arctos iordano flumine lymphas,
 Et saturnigenas iungimus abramidis.
 Hoc dominus quondam diuino sanxit amore,
 Inque pio notum principe lucis erat.
 Sed tamen hoc princeps misero celauerat orbi,
 Parsque fuit meriti luce carere mali.
 At postquam summa dominus descendit ab arce,
 Indulfit radios hac quoque carne suos.
 His arcana patent, iamque exorabile cœlum
 Impluit angelicas ut bibat orbis aquas.
 Nunc manifesta uiris lux emicat aurea sanctis,
 Virque nitet populi duxque, caputque sui.
 Iam patet arcanum, prisca quod nocte latebat,
 En uite dulces iam patuere fores.
 Ecce salus mundi, sacris uix credita flammis,
 Vtraque gens unum, plebs habet una deum.
 Nec tantum Isacide uiuo letentur honore,
 Gens micat a somni nocte citata sui.
 Legifer & Salomon, & Iupiter improbus, uno
 Fonte pares unum iam coluere patrem.
 Non opus est Solymo fumantem puluere legem
 Seruare, aut Normam græca minerua tuam.
 Quid inuat inuolucris oneratos frangere lumbos,
 Vana aut cyrnci uerba tenere lupi?

Dulce

Fol. 206.

In uobis ut impleam
 uerbum dei.

Mysterium quod.

Abscōditum fuit a se
 culis & generationib⁹.

Nunc autem.

Manifestatum est san
 ctis.

Eius quod uoluit deus
 notas facere diuinitas
 gloriæ sacramenti hu
 ius.

In gentibus.

Quod est christus spes
 gloriæ.

MVSA PAVLINA.

Dulce in gum christi uero fundatur amore,
 Ut regnes, dominus seruijt ille tuus.
 Dat christus tibi cuncta potens, hoc auspice recti.
 Per gis iter, falsos despice turba duces.
 Hic tibi poscenti dabitur secum omnia donans,
 Quo fieri foelix te cupiente potes.
 Hunc cano, uitalem miseris prestare liquorem
 Qui solet, & cunctos unicus autor amat.
 Amphilocos, Mopsos & caetera monstra pudenti
 Numinis excelsa percutit ipse manu.
 Ergo age iam sancto Dodonidas excute ligno,
 Turpe uiris tales concelebrare deos.
 Hortor amans, passis christi pia numina uenis
 Accipe, sincero corde colendus amor.
 Nec tantum nostro tentatur adultera cantu,
 Gens, aut Caldeis mittimus ista uiris.
 Omne genus mortale uoco, terramq; polunq;
 Testor ad amplexum christe uenire tuum.
 Nec doceo comptis, aut falsa, aut friuola uerbis,
 Surge, pete, in christo sunt bona cuncta deo.
 Ipse salus, pax, uita, uiris, pastorque, paterque,
 Omnes & patrio confouet ipse sinu.
 Siue syonei recubaras margine riui,
 Siue per acleas pes tuus ibat aquas.
 Quicquid eras, ia linque, tuus no regnat Apollo,
 Non Moses, passo cedit uterque deo.

Sumit

Quae nos annunciamus

Corripientes.

Omni hominem.

Et docentes in omni
 sapientia ut exhibeamus
 omnem hominem perfe-
 ctum in christo iesu.

AD COLOSSENSES.

Fol. 207.

Sumit utrumque uocans, & amoena claudit in umbra.
 Te genitor domino turba redempta tuo.
 Isum ego per seuos terrena pericula fluctus
 Insequor, est animis signifer iste pijs.
 Iste mihi & socijs arcano illapsus in imbre,
 Dat robur, nostras armat & igne manus.
 Huius ope in solo calcamus tartara uerbo,
 Vincimus & cuncti monstra superba mali.
 Hoc solo nos terra pauet, christoque fideles
 Testamur miris uera docere modis.

CAPVT SECVNDVM.

Nec pia mens tumeat nostris elata trophais,
 Quod patior, passi gloria sola dei est.
 Christus amat, cum Paulus amo, cum lumina fido,
 Fundit & haec domini dulcis imago mei.
 Cum miseris patitur, loquiturque loquentibus, atque
 Pro populo in stygios hic tenet arma ioues.
 Hoc immotus agor, puroque accensus amore
 Adieci curae nomina uestra meae.
 Nec minor haec cura est, quam uos in corpore nunquam
 Aspexi, en oculos mens habet ista suos.
 His diuinus amor uidet omnia, curat & unus
 Omnia, de ignotis par mihi cura uiris.
 Dum modo ueraces templo iungantur in uno,
 Viuat & in membris duxque caputque suis.

Sit

In quo laboro.

Lertando.

Secundum operatio-
 nem eius quam ope-
 ratur.

In me in uirtute.

Uolo enim uos scire
 qualē sollicitudinē ha-
 beam pro uobis & pro
 his qui sunt ioadicis &
 quicumque non uiderūt
 faciem meā in carne.

MVSA PAVLINA.

Sit quicumq; boni si agnouerit inclyta summā
 Munera per christum missa fuisse meum,
 Nec iam terreno confidat dogmate, nec iam
 Mose aut caldeis quod lauat, urat aquis.
 Qui christum cepit meus est, eia horrida mōstra
 Vincite, tartareas ne trepitate minas.
 Nec uos decipiat comptæ fallacia lingua,
 Ne cede infernis christea turba uiris
 Imbelles pueros uani captare sopsistæ
 Artibus his, sed non pectora dura solent,
 Simplicium turbat mentes solertia ditis,
 Hanc christiana tamen conterit ipsa fides.
 Fide deo, & phaleras phuci illaqueabis auerni,
 Dæmonis ars christo lusa repente cadit.
 Iam tibi firma fides, arcanaq; numina sentis,
 Iamq; pius dulcem dat tibi nosse patrem.
 Percute christano lemurum phâtasmata sceptro,
 Prodiit a christo luxq; salusq; deo.
 Siste precor, passo nihil est tua gloria rege,
 Si uitium uotis, & placet umbra tuis,
 Vitaque sit concors fidei pulcherrima sanctæ,
 Luceat & factis mens tua clara suis
 Siste precor christo fixis radicibus almo,
 Ne ueniens animum uellicet aura tuum.
 Si semel o fratres christi didicistis amorem,
 Hoc super in ueris figite corda bonis.

Hoc

Et consolentur.

Corde eorum.

Instructi.

In charitate et in oēs
 diuitias plenitudinis
 intellectus

In agnitione mysterij
 dei patris / & christi iesu

In quo sunt oēs the-
 sauri sapiētię & scientię
 dei absconditi:

Hoc aut dico ut nemo
 vos decipiat i sublimi-
 tate sermonum. &c.
 Sicut ergo accepistis
 iesu christu dñm nr̄m.

AD COLOSSENSIS.

Hoc super ut uiuo componite moenia saxo,
 Fixa domus christo non ruet ulla meo.
 Sistite nec tantum, sed fructu crescite pleno,
 Et grati donis corda parate alijs.
 Vos ultor contra uigilat, uos sumite sacra
 Tela alacres, uestris & uigilate bonis.
 Nec specie castæ uerum simulante Sophiæ,
 Fidite iam, solidos non habet illa cibos.
 Prescripta humanis non sunt nisi terrea formis,
 Nec possunt misera fece leuare caput.
 Terrenus terrena sapit, coelestia dona
 Non nisi per christum mens feret ulla deum,
 Ille pios animos fecundo format in æstu,
 Diuino recreans pectora sancta cibo.
 Non herbis fluuio ue salus, non tegmine uili,
 Quid miser in decima sepe lauaris aqua?
 Quid chrysum inducis christo, ritusq; prophanos,
 Et colis ingrati friuola signa poli.
 Circuit ignaro per gyrum templa su surro,
 In nibiloq; suam spes tua fundat opem.
 Sunt nihil hæc christo rerū genus omne dirēpto,
 Nil ualet, hoc uiuæ fonte liquantur aquæ.
 Omnis in hoc habitat diuinæ copia uite.
 Corpore in hoc sacri summa liquoris adest.
 Pendet ab hoc uirtus, & pax, & gratia, non est
 Hunc extra humanam, quæ leuet unda, sitim.

DD Eccur

Fol. 208.

In ipso abulate radica-
 ti et sup edificati in fi-
 ipso & confirmati in fi-
 desicut & didicistis abū
 dantes in illo in gra-
 tiarum actione.

Et idete ne q̄s vos de-
 cipiat p̄ philofophiā /
 & inanē fallaciā sc̄m
 traditionē hoium secl̄i
 dñi elemēta mundi / &
 non secūdam christū.

Quia in ipso inhabitat
 ois plenitudo diuinita-
 tis corporaliter.

Eccur Mosea requiem tibi quæris in umbræ
 Poscis ab humano uel tua regna sono?
 Quicquid id est, quæ quis, habet tibi christus, & ipse
 Fundit in electos aurea uasa suos.
 His cõplenda sitis nostra est, sapiensque, potensque,
 Dat dominus charis, quæ tenet ipse, uiris.
 Est tibi querenti sapientia christus, & idem
 Rex manet, & dono dat tibi regna suo.
 Hunc super angelico ueneratur curia cantu,
 Præsident & summis ultimus ille choris.
 Hunc pete, nec saxo disiecta pelle repulsa est
 Illa per occisum sanguinis umbra deum.
 Res manet in nobis uitium rescantibus, ecce
 Completur scisso lex tibi uera malo.
 Iam terrestre nihil spectat mens christea, sursum
 Ducat amor puro uiscera tacta deo.
 At sunt impuri, studium quos torquet habendi,
 Quique cadunt laqueis liuor amare tuis,
 Qui uentris sectantur iter, mentemque sepultam
 Sub miseræ duro principe carnis habent.
 Tu comes in christo mores abscinde nefandos.
 Non ferro, at factis fit caro sancta bonis,
 Nec modo pars, morbis sed totum corpus auernis
 Eripitur, falsas ponit ut illecebras.
 Ille suum moriens morti concessit iniquæ
 Corpus, & eluso funere uictor ouat.

Tu

Et estis in illo repleti:
 quæ est caput ois principi-
 patus & potestatis.

In quo & circumcissi
 estis circumcissione.

Non manu facta & ex
 poliatione corporis
 carnis.
 Sed circumcissione christi

Sonsepulti.

Tu mundo mundus uitij exurge peremptis.
 Vine deo, radijs cur placet umbra nouis?
 Exurgens corpus non iam mortale recepit,
 Semper in hoc uiuus, si uelis esse, potes.
 Mortuus es christo sceleris iam fraude perempta,
 Hoc est foelicem carne uidere necem.
 Hoc est christi latebras intrare sepulchri,
 Cum domino lachrymis ingemuisse pijs.
 Mors animæ scelus est patimurque a crimine funus,
 Sed patitur passo mors simul ipsa deo.
 Ille tamen surrexit ouans, uicitque tenebras,
 Tu de peccatis iam quoque surge tuis
 Crede mihi, surgis proflicto crimine credens
 In christum, fidei si bene seruit opus.
 Nec meritis hominum rabies uincetur auerna,
 Sed uirtute deum quæ colit una bonum.
 Ille suum christum destructo euexit ab Orco,
 Te quoque de infernis traxit ad astra locis.
 Per se dat christo, per christum robora christis,
 Arbore ut hac celeres poma sequantur aues.
 Morte dei condonat opus mortale, scelusque
 Enecat, ut domino sit tibi uita tuo.
 Ut scelere expulso purum amplexata decorem
 Mens tua magnificum sentiat esse deum.
 Hoc illustre patri debetur munus, & ipsi
 Verbo, quod tetras sanguine lauit oues.

DD vj Refa

Et in baptismo.

In quo et resurrexisti
 per fidem operationis dei quæ su-
 scitauit illi a mortuis.

Et vos estis mortui esse
 tis in delictis & peccato
 carnis vestre.
 Conuulsificauit cum illo

Donans uobis omnia
 delicta.

MVSA PAVLINA.

Delens qđ aduersus
nos erat chirographū
decreti quod erat con-
trarium nobis.

Et spiritum tulit de
medio.

Exigens illud cruci.

Et expoliās principa-
tus et potestates.

Tradidit confidenter
palam triumphans et
illis in seipso.

Respice sub misero iacuiſti marceſcente leſto,
Frangebatq; alas ſomnus et umbra tuas.
Te ſibi nunc author ſummo conecit amore,
Atq; tuum uera luce reſoluit onus.
Soluſt et humano miranda piacula buſto,
Inq; ſalutiferas ulcera fundit aquas.
Decretum, et populis contraria iura cruentis,
Delet hic, in ſtygijs ne traherere domos.
Quicquid erat culpe, quo nos uetus umbra teneret,
Clauſerat, et ualuas ætheris aula ſuas.
Quo ne Sathan ſparſis cruciaret leſtiſer iris,
Corda q; tartareis ferret edenda lupis.
Penditur in ligno chriſto moriente beato,
Et pereunt ſoſſo crimina noſtra deo.
Hac cruce iam noſtræ lacerata eſt forma catenæ,
Cum ſoluſt noſtrum debita noſtra caput.
Non ego iam poſt hac ſolita proiectus in umbra,
Per timeam ſeui uincula ueſtra doli.
Corruit imperium ſcleris, morieſq; preſumptum
Funeris authorum ſub cruce chriſtus habet.
Vere habet, et ſpolijs templa illa pheretria uoſtis
Huius in exemplo turbiniſt inſtar eunt.
Ecce triumphato calcata dæmonem ortem
Victor agit, plenos et tremet umbra dies.
Ecce hic nocturnas rabioſi principis alas
Deſtruit, acreos interimiq; duces.

Grata

AD COLOSSENSES.

Fol. 210.

Grata ferunt iuſti pro uictis thura tyrannis,
Flet ſcelus, et ſummo nox data præda deo.
Ecce trophæa potens ligno ſuſpenderit in alto,
Fixit et infixus tartara uicta deus.
Quin etiam et uerum chriſto uicente triumphū
Frater habes, domini gloria tanta tui eſt.
In te uicta nihil poterit mors, ecce phalanges
Tartaræ morſus continuere ſuos.
Vicisti chriſto, nullum eſt in dæmone robur,
Quoq; ferus uincat te, nihil ultor habet.
Tu ne ſponte ſcelus uita amplectare relicta,
Hoc precor hoc, gladijs ne feriare tuis.
Pone ſcelus, nihil eſt, ſi te ſeducitor inanis
Clamet Moſeas deſeruiſſe uias.
Dicat et immundo nimium ſordeſcere potu,
Hæc nihil, ut Lunæ frigida feſta nouæ.
Umbra olim hæc tantum ueri myſteria chriſti
Signabant, partum lex dedit illa ſuum.
Impleuitq; deus promiſſa chariſmata magnus,
Ceſſit et in uero ſutilis umbra die.
Iam radij luxere pij, quis pertimet umbras
Sub radijs? radios concipe mente pios.
Concipe olympiæ diuina negocia palmæ.
Dat chriſtus rectam, ſi uelis ire, uiam.
Nemo igitur laqueis captet tua brachia, nemo
Vertat iter, uerus quod dedit ore parens.

DD in Nec

Nemo ergo uos iudicet
in cibo: aut potu: aut
in parte diei feſti: aut
in comenſu: aut ſabbato-
rum.

Quæſcit umbra futu-
rorum.

Corpus autem chriſti

Nemo uos ſeducat
uolens in humilitate et
in religione angelorum
quæ non uidit.

Nec tibi pro ueris imponat falsa malignus
 Autor, ut angelicum finxerit eloquium.
 Horrendos cultus dum gutture format anbello,
 Laetatur se miris sacra uidere notis.
 Carnis, & inflatus sensu uerumque caputque
 Deferit, in membris quo datur alma quies
 Quo pietas nexo uerum sortitur honorem,
 Crescit, & augmento per caput acta pio.
 Est nihil, ecce nihil, nihil est, quo fidere possit
 Mens tua, ni christo pendeat una deo.
 Tunc fracta in partes cum terram querit, & una
 Cum uerax pulchrum concipit illa bonum.
 At caelum si christus habet, mundoque furenti
 Mortuus infernos enecat ipse lupos.
 Vosque simul passi studium si carnis, & Orci,
 Terrenumque agiles deposuistis onus,
 Cur nitidas acies terreno figitis orbe?
 Debuit inuisum mentibus esse solum.
 Defixos hebetant animos elementa caduci
 Pulueris, & mundi dogmata uana rei.
 Sal christus, dulcisque deus, cui christea iura
 Desipiunt, uiuae pocula nescit aquae.
 Cur malus & tantum nocturna nixus in umbra
 Praescribit nebulis lumina nostra suis?
 Impuros ne tange cibos, ne sacra prophanes,
 Hic ait, at christum uir tibi quere meum.

Ille

Ambulans frustra in
 flatu sensu carnis suae
 non tenens caput ex quo
 totum corpus p[er] nexu[m] et co
 iunctiones sumministra
 tum et constructum crescit
 in augmentum.

Si ergo mortui estis
 cum christo ab elemē
 tis huius mundi.

Quid adhuc tam vi
 uentes mundo ducer
 nitis.
 Ne tetigeritis neque gu
 staueritis neque contra
 ctaueritis quae sunt omnia
 in interitu ipso usu.

Secundum praecepta et
 doctrinas hominum.

Quae sunt quid ratio
 nem habentia sapientia.

Ille tibi scripsit diuinae dogma salutis,
 Quid petis a uanis impia turba uiris?
 Vana superstitio christianum exuta decorem,
 Iura per angelicos fingit habere sonos.
 Et decus a christo fuerat quod fonte petendum,
 Querit ab elusis nomen inane notis.
 Sit licet hic magnus, de quo tibi numina fingis,
 Quae plusquam domini uiscera frater amas.
 Magnus erit non auctor erit, stat christus in omni
 Culmine, mentis opes quis nisi christus habet?
 Corporis & morbos animo depelle modesto,
 Non opus est uotis perdere membra tuis.

Superstitio et humi
 litate et non ad parcen
 dum corpori.

Non in honore alio ad
 salutatem carnis.

CAPVT TERTIVM.

Vtere turba dei diuini munere doni,
 Nec moueant sensum carnea uota tua.
 Quis caelo conformet humum? uos christea plebes
 Si uicto ad superos tenditis orbe choros.
 Cum capite & christo sublimia surgere membra
 Coepistis, mundis & uigilare oculis,
 Haud indigna polis, aeternaque quae uerite, uestrum
 Est ubi luce sedens tempus in omne caput.
 Assidet en frater christus tibi dexter, eunti
 Monstrat iter, uotis semita facta pijs.
 Illuc & studijs & cura tende priori,
 Quo pater est templi duxque, caputque sui.

igitur si surrexi
 stis cum christo.

Quae sursum sunt quae

ubi est christus in dex
 tera dei sedens et qui sur
 sum sunt sapientia non qui su
 per terram mortui enim
 estis: et uita uestra abscō
 dita est cum christo in deo

DD iij Mor.

MVSA PAVLINA.

Mortuus est mundo, qui coelum diligit, & te
 Cum christo cædi christifer egit amor.
 Arrident terrena uiris, qui terrea curant,
 Vanaq; cultores protrahit aura suos.
 At diuinus amor dilecto uiuere christo
 Te facit, & uanas temere delicias.
 Grande opus est, carnem delusis frangere mōstris,
 Dum caro, dū mūdus, dum ferus ultor obest.
 Sed quanquam misero non sit bene cognitus æuo
 Noster honos, uerbo fide redempte pio.
 Tempus erit, ueri cum sit manifesta decoris
 Gloria, cum saluis emicet aula uiris.
 Christus & merito regalis sanguine uictor,
 Distillet genitis balsama uera suis,
 Interea dum frater habes immixta procellis
 Tempora, nec ueras spes tua cernit opes.
 Dum christiana cohors purgātibus æstuat undis,
 Corpus & humanas fertq; referq; uices,
 Sit cura, ut membrum capiti respondeat ipsi,
 Pressaq; diuinis corda tenere rotis.
 Et terræ affectus uotis moriatur in almis,
 Seruus ut a domino non moueare tuo.
 Est etiam sceleri regnum, surijsq; ligatis
 Nocte suum corpus perfidus ultor habet.
 Huic sunt membra, furor, scortū, scelerata libido,
 Turpis & immundos quæ colit ara deos.

Qui

¶ Cum autē christus ap-
 paruerit/ uita v̄ra/ tūc
 eruos apparebitis cū
 ipso in gloria.

¶ Mortificate ergo mē-
 bra, uestra/ quæ sunt/ su-
 per terram/ fornicatio-
 nem / immūditā / libi-
 dinem / concupiscentiā
 malā / et auariciam / q̄
 est simulachrozū ser-
 uitus.

AD COLOSSENSIS.

Qui se his sponte uadis lethi mersere profundi
 Vniri nitido non potuere deo.
 His deus Abramidas diuina percitus ira
 Sæuijt, & natos abdicat ipse reos.
 Vos quoq; dū quōdā sitis immoderata p̄mebat,
 Cum nec ad huc uiuam terra bibisset aquam,
 Nunc tamen alba cohors paci, uitæq; renata
 Desine tartareis accubitare toris.
 Ejice turpe scelus christanæ dedecus aulæ,
 Sic tibi per christum uita parata deum.
 Ille reos artus, terrestria cuncta magister
 Iam procul a templo censet habenda suo.
 Censet & igne sacro furiosas territat umbras,
 Exulat a domino noxque, scelusque meo.
 Nec sat erit nostris animos seruare pudicos,
 O s decet a uerbis abstinuisse malis.
 Exue iam ueteres habitus, terrenaque pone
 Tegmina, mens oculos iā leuet alma suos.
 Indue sydereum clamidem, charitisque decorem.
 A supera clarus quem uocat arce deus.
 Qui pius extinxit ueteris monumenta tyranni,
 Exornans cultu nos sua templa nouo.
 Quotquot eni christi sumus almo i corpe mēbra,
 Ecce sumus nostri dulcis imago dei.
 Barbarus, & solymis nullo discrimine græcus,
 Cum latio æternas iam bibit unctus aquas.

Siue

Fol. 212.

¶ Propter quæ uerit' ira
 dei super filios increduli-
 tatis i quib' ambula-
 stis aliquando cum ui-
 ueritis in illis.

¶ Sic autem deponite
 vos oia / iram / idigna-
 tionē / maliciā / blasphe-
 miam / turpem sermo-
 nem de ore uestro.

¶ Nolite mentiri.

¶ Inuicem expoliantes
 vos ueterē hominē cū
 actib' suis / & induētes
 nouum eum / qui reuo-
 uatur i agnitionē dei.

¶ Secundū imaginē ei' /
 qui creauit eum.

¶ Abi nō est gētilis / & tu
 deus / circh' cū / & p̄pu-
 tū / barbar' & scythā /
 seruus & liber.

MVSA PAVLINA.

Sive hic chaldei signatus caute ministri,
 Seruijt aut monstris delta dolosa tuis.
 Sive per excinctos coluit sancita lupercos,
 Sive tenebrose sacra pudenda deæ.
 Innocuo sanctæ generatus uentre maritæ,
 Quæ ex omni lotos aduocat axe uiros.
 Sorpsit olympiaco communia fercula potu,
 Et sibi communem sensit adesse patrem.
 Pax data, pacificis æquantur & omnia mēbris,
 Si sequeris christum, uincula pacis habe.
 Ergo decus selecta cohors, christoq; dicata
 Indue, pannosos non decet aula uiros.
 Te dignatus amor puro sacrauit amori,
 Iamq; oriens cultus lux petit ipsa nouos.
 Indue coelestes animos, miseresce dolenti,
 Da facilis, faciles regis habebis opes.
 Iustum numen adest, si numina blanda requiris,
 Esto pius, factis dic tibi iura tuis.
 Esto humilis, positoq; inflectes numina fastu,
 Exagitat mitem uita superba patrem.
 Parce, tuum fratrem seuo damnare furore,
 Parcit ut erranti pastor amicus oui.
 Præcipiti rabie miseros ur gere iacentes
 Non decet, in domino sis pius ipse tuo.
 Sustulit ille rei sine nomine crimina mundi,
 Tu furis in socios ultor inique tuos?

Quicquid

Sed omnia et in om-
 nibus christus.

Induite vos ergo sicut
 electi dei sancti et
 dilecti.

Viscera misericordie
 benignitate humilita-
 em.

Modestiam.

Patiētiam supportates
 inuicem et donates vo-
 bis metipis: si quis ad-
 uersus aliquem habet
 querellam.

AD COLOSSENSES.

Fol. 213.

Quicquid erat, laqueo ne iam tenearis auerno
 Dat tibi magnificus, tu quoq; parce, deus.
 At super hæc animos charitas pulcherrima uos
 Ornet, & auratis uectet ad astra bigis.
 Hæc curat prodesse alijs, nulliq; nocere,
 Sic ligat & nostro uiscera nostra deo.
 Sic ligat & christi corpus candentia membra,
 Innexos capiti nos alit, atque fouet.
 Et comes huic fractis scelerum concordia telis
 Paxque sit æthereis conscia delitijs.
 Non quam conciliat furo sibi mundus inani,
 Sed quæ christianis mentibus esse solet.
 Cordibus in uestris pax hæc exultet, & hostes
 Tartareos oculis effuget illa suis.
 Ecce pater fratres nos corpore iunxit in uno,
 Ne unitum alternis sæuiat insidijs.
 Sed quoniam populis pax non erat ulla superbis,
 Cum domino & iusti causa furoris erat.
 Condonare scelus placuit sibi, cuncta remittens
 Debita, iam dragmas dat quoque ferre suas.
 Non alia pax esse uia, uiuosque furores
 Dissimulans, gladium temperat ipse suum.
 Ergo memor domini bellis horresce cruentis
 Per christum mundas commaculare manus.
 Quid tibi cū gladijs? agnus deus, hūc tibi primū
 Si sequeris, Cyprijs martia lingue procis.

Ille

Sicut et dominus dona-
 uit uobis ita et uos.

Super omnia autem
 hæc charitatem habes
 te quod est vinculum
 perfectionis.

Et pax christi exultet
 in cordibus uestris.

In quo et uocati estis
 in uno corpore.

Et grati estote.

MVSA PAVLINA.

Verbi christi habitat
in vobis abundanter.

In omni sapientia do-
centes.

Et commouētes vos
in multis.

Ille tibi hos artus æterno flumine lauit,
Quid furis a domino serue redempte tuos?
Quin etiam rigidi uitabis prælia uerbi,
Tu ne minor sapiens, si sapit alter, eris?
Verborum iaculis uani certare sophiste,
Aut puer, aut mendax, non pia turba solet,
Sed sermo nostri, qui uera, & sancta magistri
Edocet, & notum dat pietatis iter.
Nos habitet, perstetque potens, callemque salutis
Pandat, in æternis crescite corda cibis.
Hoc sapietis, erit christus uia, dogma, decusque
Mentis, in hoc uerbo uera docete pio.
Tollat & a limo socium tua dextera frater,
Et referat summi uox tua iussa boni.
Conditor erranti doctor tibi traditus ipse
Doctorem socijs te iubet esse pium.
Sub modio claram uile est aptare lucernam,
Quis nisi fraternas claudat auarus opes?
Excute diuina lustratum lampade sensum,
Sumptaque conferuis munera funde pijs.
At tibi dona prior de charo suscipe uero,
Et legem iusti pectore uolue dei.
Non hanc nosse sat est, rebus ne incumbere pudedis,
Sitque fides factis concolor ipsa tuis.
Cerue nouem proceres textis ad amante catenis
Carmina mellifluo fundere grata sono.

Cerue

AD COLOSSENSES.

Fol. 214.

In psalmis & hymnis

Et canticis.

Spiritualibus in gra-
tia.

Cantantes in cordibus
uestris deo.

Cerue iubar sacrum uenas haurire calentes,
Cordaque cælituum docta referre melos.
Expectas par lumen amans, effunde simulter
Corde pio psalmis dulcia mella tuis.
Hymnus, & empyreo purgatis sensibus æstu,
Mittat ad unitum cinnama sancta deum.
Vox interna prior, sed si iuuat ista, sonusque
Gratior, & domino uox placet ista pio.
Nec superas uires terreno perde canore,
Quid mihi cum flammis Troia cruenta tuis.
Spiritus alta uolat, uiuam sopire fauillam
Ni uolumus, plectris est lyra sancta pijs.
Pange precor ueræ processum lucis, & actum,
Perpetuum summi numen, opesque boni.
Ut pater in genitum uirtutem infuderit omnem,
Detque deus nato cuncta tenenda deo.
Utque bonus generans æternum spiret amorem,
Natus & ut donum spiret uterque deum.
Utque trias superis liquefactum instillet amorem,
A quibus in terras gratia sancta fluit.
Ecce salutarem preciose uirginis ædem,
Templaque carnato uiscera facta deo.
Aspice inundatas diuino sanguine terras,
Materies psalmis non data parua tuis.
Obsistere in templis, genua incerare deorum,
Quid iuuat, in uitjs si tua corda iacent?

At

Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia nomine domini nostri iesu christi gratias agentes deo et patri per ipsum.

Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in domino: viri diligite uxores vestras. etc. Filii obedite parentibus. etc.

Servi obedite per omnia dominis carnalibus. etc.

Domini quod iustum est et equum servis prestare sciatis quoniam et vos dominum habetis in celo. Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione.

Orantes sicut vult pro nobis deus aperiat nobis ostium sermonis

At quæcumque facis, domini sit gloria christi,
 Qui sapit, in christo quæ bene fundat opus.
 Hunc tua vox resonet, mensque illi spiret, et illi
 Cor sapiat, genitis sic micat ille suis.
 Infelix si forte tuos angustia sensus
 Turbat, adest passi morsque, fauorque dei.
 Sæpe ille a mœstis extraxit gaudia curis,
 Et vitæ a nili cæde pendit honos.
 Sit quodcumque, regens cœlum decrevit, et orbem,
 Te gratum dextræ convenit esse piæ.
 Sit coniux subiecta viro, sobolesque parenti,
 Grataque plebs domino sanguine lota suo.

CAPVT QVARTVM.

Servi etiam dominis cura servite modesta,
 Sitque pius servus, qui regit ipse suis.
 Respice, iudicio pensantur singula vero,
 Respice qui sævis, tu quoque pondus habes.
 Et vigilans domino precibus insiste pudicis,
 Grataque susceptis pectora redde bonis.
 Ut leuibus ventis fragiles vibrantur ariste,
 Frigida populæas ut quatit aura comas.
 Immemores domini sic nox horrenda beati,
 Destruct ut veteres alta ruina lares.
 Mitte preces castas christo pia turba, patrique
 Pro nobis magno da pia vota deo.

Ve

Vt dignetur amans gravibus me solvere vinculis,
 Et mea det verbo pectora fida suo.
 Spiret et eloquij uinacia semina sancti,
 Et christi factis facta referre pijs.
 Vos etiam fratres prudenti pectore turbas
 Ducite ad optati regna uidentia dei.
 Moribus ut uestris fax uero accensa magistro
 Ostendat ueram uestra per ora uiam.
 Alliciatque ipsos pietas christiana furentes,
 Cum uideant maculis nostra uacare suis.
 Tempus adest lucis, somno pia turba fugato
 Insta operi, pueris crescere tempus adest.
 Cede bonis leuibus, quæ sunt uelut umbra, ruuntque,
 Iactura hæc animo non metuenda pio est.
 Tempora terrenis sed perdere mœsta sub umbris
 Præcauant nato membra renata deo.
 Hoc tempus uitæ diro concedere læto
 Quis uelit, et noti clade perire sui?
 Vir pie delicijs tempus ne perde pudendis.
 Insta operi, e dextris hæc fugit hora tuis.
 Nunc tibi casta dies meritis aptissima sanctis,
 Ni uigiles, tenebris te premet umbra suis.
 Si uigiles, ipsumque hostem sine uulnere tractes,
 Forte per exemplum uixerit ille tuum.
 Flectit non domitos animos prudentia, flectit
 Sermo pius, nostros non decet esse truces.

ad loquendum ministris christi propter quod etiam uinctus sum: ut manifestetur illud ita ut oportet me loqui.

In sapientia ambulate ad.

Eos qui foris sunt.

Tempus redimētes.

Sermo uero semper in gratia sale sit conditus ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere.

Sed

Sed sale perpetui uoces condire magistri,
 Responſa & ſanctis reddere digna uiris.
 Sic Paulus chriſti facit hoc in carcere, flatu
 A uero in duris non cadit ille malis.
 Tychius in ſancto iam cetera frater amore,
 Ad uos de uinclis perferet acta meis.
 Huic mitto Oneſium ſocium de gente uirumq;
 Iam doctum chriſti dulcia frena pati.
 Fidus uterq; deo, charus mihi, uos ego fratres
 His iubeo domini pace uidere mei.
 Ut uos ſolati referant mea gaudia uobis,
 Dentq; mihi in chriſto gaudia ueſtra meo.
 Vos, & Ariſtharcus, Marcus, Inſuſq; ſalutant,
 In quibus eſt ueſtro digna fauore fides.
 Eſt pietas, ſaluere iubet uos ueſter Epaphras,
 Et Lucas medicus corpore mente pius.
 Inde Nipham, totamque domum, cœtūque beatū,
 Qui ualeat domini firmus amore precor.
 Hęc facite in cunctos uulgetur epiſtola fratres,
 Et legite ad charos cetera noſtra uiros.
 Dicite & archippo, uerbi memor eſto beati,
 Heus tibi paſcendas dat tibi chriſtus oues.
 Reſpice ne ſteliris diuina negocia cures,
 Foetum de uerbo uult deus eſſe ſuo.
 Agnoſcis dextram Pauli, chriſtumque, deumque,
 Percipe me, & curas pectore conde meas.

Hoc

Quę circa me ſūt oīa
 uobis nota faciet. Tychi
 chariſſim⁹ frater
 & fidelis miniſter & cō
 ſeru⁹ in dño / quę miſi
 ad uos: ad hoc ipſum
 ut cognoſcat / quę cir
 ca uos ſunt.

Et cōſolēt corda vſa
 cū Oneſimo chariſſi
 mo & fidelis frater / q̄ ex
 uobis eſt / qz oīa q̄ hic
 agitur nota faciēt uo
 bis. Saluat uos Ari
 ſtar⁹ cōcapti⁹ me⁹:
 et marc⁹ cōſobrin⁹. &c.
 Saluat uos Epaphras
 q̄ ex uobis eſt. &c.
 Saluat uos Lucas
 medic⁹ chariſſim⁹. &c.
 Salutate fratres qui
 ſūt laodicē / & Niphā /
 & q̄ in domo ei⁹ eſt ec
 cleſia: & cū lecta fuerit
 ap̄ uos epiſta hęc / faci
 te ut in laodicenſium
 eccleſia legatur.
 Et dicito archippo uide
 de miniſteriū qd̄ acce
 piſti in dōmīno ut illd̄
 impleas / ſalutatio mea
 manu Pauli.

Hoc ſibi uult chriſtus, moribūdi hoc littera Pauli,
 Turba crucem memori pectore ſemper habe. Memores eſtote uin
 culorum meorum
 Aspice corde dolens æterni uincula regis,
 Exuret ſenſus chriſtea flamma tuos.
 Aspice quam patiens ni grantes perferat iclus,
 Ut feriat tenerum ſpina cruenta caput.
 Ut caſus uirgis, & arundine plexus acuta
 Suſtinet horrentum murmur a ſeua canum.
 Ut tandem chriſtus crudeli morte peremptus,
 Qua moritur, noſtram deſtruit ipſe necem.
 Ut uirtutis opes plagis inſundat ab ipſis,
 Pace quibus uera noſter abundat amor.
 Ut ſamulis illuſtre decus, roburque, iubarque
 Diſtillent magni uulnera grata dei.
 Que uero affirmāt hoies, raptantque, nouātque,
 Ne poſſint ullo corda dolore premi.
 Nonne uides illum proſticto dæmone Saulum,
 Qui lupus agricolas durus agebat oues.
 Ut ſemel æterni guſtauit baſama ligni,
 Et didicit caſum corde tenere pium,
 Morte alitur, uinclis gaudet, paſſusque dolore
 Geſtū in optatum ſic properare ducem.
 Hoc robur chriſtus peperit, tu concipe chriſto
 Vincla pati, & paſſum ſis memor eſſe deum.
 Dulce pati poſtquam paſſus deus, ante furebat
 Mors nimis, a chriſto iam pia facta meo.

EE Diſce

Disce necem domini passis gustare medulis,
Nullaq; tam grati mellisaporis erunt.
Deniq; uos christi domini pax, gratia, uirtus
Confoueat, uacuos nec sinat ire dies.

FINIS MVSAE PAVLINA
na Aluari Gomez in epistola
lam ad Colossenses.

MVSA
PAVLINA ALVA
ri Gomez in epistola
ad Theſſalont
cēſes Primā.

Gratia dñi nostri iesu
christi uobiscū. Amen.

¶ **C**ertus Pauli apli.

Paulus et Siluanus et
Timotheus ecclesie The
ſſalonicensium in deo pa
tre nro et domino iesu
christo.



D Macedos Paulus ueram dat me
te salutem
Quae tribui christo non nisi dan
te potest.

Salue, quae uiuum christano pectore uerbum
Turba tenes, curae sancta ministra meae.
Lux tibi sit, magni foecundaq; gratia christi,
Seruet et afflatu uiscera casta suo,
Mundet et a uitijs stygijsq; a fauce furoris
Eripiat claros, ut facit usq; uiros.

Gratia uobis.

Pax

Pax Macedis, gratesq; pio reddantur amanti,
Qui fuit in nostrum uictima sancta scelus.
Gauceo, funestum q; Theſſala turba tyrannum
Viceris, optati uoce uocata dei,
Quod fidei sanctae rutilos accenderis ignes,
Quod charitis puro pectore signa geris,
Quod miseros casus et inanem funeris umbram
Temis, in hoc passum nempe secuta deum.
Salicet ut patrium charos aduectet olympum,
Dat deus hoc dictis pondus inesse meis.
Dat deus haec nostro caelestia robora uerbo,
Quo uenit ad uestros paxq; salusq; sinus.
Rector, et omnipotens diuina flauit ab arce,
Et sacrum sancto pandit amore inbar.
Pandit et a pleno septena charismata cornu,
Datq; pijs nostram corde tenere fidem.
Dat Paulum, christumq; sequi, caeloq; dicatos
Ponere de infernis pulchra trophea dolis.
Spiritus en sanctus famulis arrisit, opusq;
Perficit, et donis sustinet ipse suis.
Missus ab Ar giuis hospes mihi Theſſalus oris
Leta facit uestris uiscera nostra bonis.
Narrat ut in uestro constans patientia uultu
Vicit tartareas monstra superba minas.
Narrat ut effractum persflanti pneumate guttur
Daemonis ad stygios cogitur ire lacus.

Et pax.

Gratias agimus deo
semper uobis oib; me
moriam vri facientes in
orationib; nostris si
ne intermissione.

Memores opis fidei
vri; et laboris charita
tis; et sustinens dñi nri
iesu christi ante deum
et patrem nostrum.
Scientes frares dile
cti a deo electione ue
stra q; euangelium no
strum non fuit ad vos in
sermone tantum; sed in
virtute; et spiritu sancto. et.
Quales fuerimus in
uobis propter vos.

Et vos imitatores nri
facti estis; et dñi excipie
tes uerbi in tribulatio
ne multa cum gaudio spi
ritu sancti; ita ut facti
sitis forma oibus cre
dentibus in Macedo
nia et Achaia. a uobis
enim diffamatus est sermo
dñi non solum in Mace
donia et Achaia; sed
et in omni loco fides vra q
est ad deum perfecta est
ita ut non sit nobis ne
cesse quicquam loqui.

EE ij Vtq;

MVSA PAVLINA.

Vtque lubens victo fraudis scelerisque ueneno
 Iam seruis uiuo gens pia facta deo,
 Letaque promissis domini confisa beantis
 Pro nibilo cumulos temporis huius habes.
 Docta deum, rectique tenax, & certa futuri
 Mens tua consilijs non eget ipsa meis.
 Non eget, ecce alto fulget tua fama decore,
 Quam studeant socij mente referre pij.
 Qua studeant placuisse deo, pariterque sub illo
 Ludere tartareis, ut facis ipsa, deis.
 O felix princeps, ergo & tua regna manebunt,
 Et merces factis plena futura tuis.

Expecta aeternae gratissima tempora uitae,
 Cum deus a summo uenerit ipse polo.
 Quem pater excitem super altas extulit arces,
 Per caput ut seuis abstraherere dolis.
 Vtque dei thalamo, terris potiare reliquis,
 Si grauis haec animum non uorat unda tuum.
 Felix & nimium felix, quem gur gite in isto
 Non turbant imis caerulea uersa uadis.
 Nec metuit mundi finem, flammisque furentes,
 Sed uiget in domino corde manente suo.

CAPVT SECVNDVM.

Scitis ut i tumido no gradia murmura fastu
 Protulerim, nostri sed pia iura dei.

Non

Ipsi est de uobis annu-
 nunciant qualem in-
 troitum.
 Habuerim ad vos: &
 quomodo conuersi est
 ad deum a simulachris
 seruire deo uiuo & uo:
 & expectare filium eius
 de caelis, quem suscitauit ex
 mortuis iesu qui eripuit
 nos ab ira uentura.

Ma & ipsi scitis frates
 introitu nrum ad vos
 quia non inanis fuit.

AD THESSA. PRI.

Fol. 218.

Non phaleras, fraudeque gerens, pesum ue sophie,
 Passus per uerbum sed fera tela pium.
 Intraui simplex ad uestros aduena muros,
 Et faciens certam sanguine, & ore fidem
 Cedor ab ingratis per uerbera seua Philippis,
 Quod phiton nostro sub duce pulsus erat.
 Sic mens tam turpes querebat adultera questus,
 Vt lucro partas demone ferret opes.
 Non tamen abstini meriti bellare secundis,
 Christea prostratis orgia ferre lupis.
 En me purus amor cuncto restare furori
 Iusserat, & domini pangere sacra mei.
 Et sine scirem ueri monumenta decoris
 A coelo aut animum uerteret umbra meum
 Non capitis discrimen ouans non uincla tulissem,
 Iam mihi maclato dulcia facta deo.
 Peribit authorem, potuque excita beanti
 Mens fugit amplexo gaudia falsa bono.
 Qui nu gas, fucumque ferit, si senserit iclum,
 Subtrahit a uerbis peclus, & ora suis.
 At qui lucis ope, & diuino saucius igne
 Vir calet, ob nullas frangitur ille manus.
 Certe quo nostrum fundetur dogma, sepulchrū
 Temnit, nec uiles uult sibi Paulus opes.
 Non magicas artes humili caelamus amictu,
 Non facimus tecto candida nigra dolo.

EE iij Non

Sed ante passi multa
 & contumelias affecti
 cui scitis in philippis

Fiduciam habuimus in
 deo nostro loq ad vos
 euangelium dei i mul-
 ta solitudine.

Exhortatio enim nra no
 e errore neq; e immu-
 dicia neq; in dolo: sed
 sicut pbati sumus a deo
 ut crederetur nobis
 euangelium.

Ita loqmur no qsi ho-
 minibus placentes sed
 deo qui pbat corda nra

MVSA PAVLINA.

Necq̄ em̄ aliquādo fui
m̄ in sermone adula-
tionis sicut scitis: necq̄
in occasione auaricię
ocus testis est.

Necq̄ querētes ab ho-
minib⁹ gloriā necq̄ a
vobis necq̄ ab alijs.

Et possem⁹ vobis onē
ri esse vt christi ap̄t̄i.

S; facti sum⁹ paruu-
li in medio vsum tāq̄
si nutrit foueat filios
suos. Ita desiderātes
vos cupide volebam⁹
tradere vobis nō solū
euangeliū dei sed etiā
animas n̄ras: quoniā
charissimj nobis facti
estis.

Memores enī facti
estis fratres laboris n̄ri
et fatigatiōis nocte die
q̄ operantes. et.
Qualiter vnumq̄ v̄s
v̄sum sicut pater filios
suos deprecātes vos et
cōsolātes testificati su-
m⁹ vt ambularetis di-
gne deo q̄ vocauit. et.
Ideo et nos gr̄as agi-
m⁹ do sine intermissio-

Non titulo christi rabiem captamus ahenam
Miscentes uerbo lucra pudenda pio.
Sed sumus ut uitę delecti ad munera sanctę,
Synceri innocuo per gimus officio.
Non petimus mundo laudem, non pręmia nobis,
Sufficit ad summum facta referre deum.
Obsequiū fugimus, numosq̄; relinq̄mus Oro,
Testis adest factis christe beate meis.
Scis, qui cuncta uides, ut puro corde fidelis
Procurem soli semper adesse tibi.
Dux mitis, sequor ipse ducem, pius ille, superbum
Dumq̄; parat mundum uincere, pauper erat.
Affectu sancto, quo nos pater ille mouebat,
Cępimus ad uestras dona tulisse manus,
Dona, deiq̄; dapcs, et pabula mentibus alma,
Visceraq̄; in uestrum traderenōstra cibum.
Vos quoq̄; testor amans, ut nulli conscia culpę
Gessimus, et uerbo pectora digna sacro,
Non mihi, sed regi uera pietate petiui,
Vt turba eterno sis pia digna bono.
Edocui formam, qua uicta morte ualeres
A nocte ad clarā corda leuare diem.
Ad gremium remeare patris, templumq̄; salubre,
Quo datur æthereis fertilis ara cibus.
At bene quod uelis doctrina hæc nostra secundis
Labitur, et superis nauigat acta notis.

Pro

AD THESSA. PRI.

Fol. 219.

Prospera diuini cerno pia semina uerbi,
Agnoscis proprium Thessala turba deum.
Agnoscis summi preciosa charismata doni,
Aureaq̄; expulsis sæcula uersa dolis.
Laus domino laudis, qui sacro afflauerit ore
Pectora, qui lymphę nos alit imbre nouę
Nam licet ad uestros ueniens sine robore uultus
Pauper eram, et nullo fulgidus eloquio.
Vera salutiferi cępistis dogmata uerbi,
Et uictō illustres corpore mentis opes,
Scilicet a domino per nos pia uerba locuto,
Tam uiuum nostro dogmate robur erat.
Scilicet empyream tribuit sapientia flammam,
Qua ueri notum mundus haberet iter.
Que simul atq̄; hausta ę, uestrisq̄; intesa medulis
Torporem puri decutit igne dei.
Nec iam Parnasus, nec iam furialis Erythro,
Thesalus æmonias aut bibit uultus aquas.
Dat deus in uobis æternę pocula lymphę,
Vestraq̄; mens superis concolor aula choris.
Iam similis nobis, flatusq̄; agitata sub uno
Gēs Macedū, ad cęlos sanctus anbellat athos.
Ergo et quū uestre domino præcognita flammę
Sit uia, dat Paulo robora sancta suo.
Ad gelidas cautes preciosum fundere mustum
Nil erat, in surdo pectore signa uacant.

EE iij Quin

ne qm̄ cū accepissetis
a nobis uerbum audi-
tus dei.
Accepistis illud nō vt
hōm̄i hōm̄i sed sicut ę
uere hōm̄i dei qui ope-
rat i uobisq̄; credidistis

Hos enī imitatores
facti estis fratres ec-
clesiast̄i dei que sunt i
iudga in christo iesu.

MVSA PAVLINA.

Quæ eadē passi estis & vos a cōtribulib⁹ vris sicut & ipsi a iudeis. Qui & dominum occiderunt iesum & prophetas.

Et nos psequuti sunt,

Et deo non placent & omnibus hominibus aduersantur prohibētes nos gentib⁹ loqui: ut salui fiant: ut impleāt peccata sua semper.

Quin etiam & duros animo patiente labores Fertis, ut a grato gaudia missa deo.
 Mos fuit hic mundo rabidis incescere uincis,
 Aut furijs claros, & sine labe uiros.
 Sic fuit Esaias ferro truncatus iniquo,
 Et plangens socios marmora seua tulit.
 Sic iugulum diui dirissima dextera ianni
 Amputat, hæc sanctis est uia nota uiris.
 Præstat pro christo seuos tolerare furores,
 Iur in astreas per mala passa domos.
 Nosque quibus regni commissa est cura beati
 Persequitur, uarijs & premit ira modis.
 Plebs furit, & duro lacerat nos impia motu,
 Et slygio auersum prouocat igne bonum.
 Prouocat, & uero dirissima turba resistens
 Vult flammam uerbi stinguere nocte sui.
 Utque nihil fuerit inueos trucidasse prophetas,
 Nec satis, in magnum q̄ scelus ausa deum,
 Tentat reliquias tumulo subuertere sanctas,
 Et pia ter geminis ledere membra malis.
 At gaudete, boni species hæc alta triumphi,
 Pro christo pœnas sustinuisse graues,
 Quin & tempus erit, cum dulcem mortis honore
 Auferat, inuisas ut premat astus oues.
 Et causata nefas alios pudibunda neronis
 Suscitet a slygio turba reuersa lacu,

Non

AD THESSALO. PRI.

Fol. 220.

Non tamen hæc cœlo nec quicquã spectat ab ipso
 Librator, prauum quis putet esse deum?
 Stat phlegetonico rabies plectenda sub orco,
 & male susceptis gens luct usa bonis.
 Utque est amplexus domini pia dextera iustis,
 Sic est punitis iusta decora malis.
 Nec piget horrendi lacerari dentibus apri,
 Quir pigeat christus hæc tulit ante meus.
 Hæc est, sydeream quæ nos uia ducit ad aulam,
 Dux bone te impressis posse referre notis.
 Interea uestris opto solatia curis,
 Hæc supera gratus spiret ab arce deus.
 Utque meos gnatos uultu solarer amico
 optaui ad uestras posse uenire casas.
 Obstuit his uotis bibito plebs aspera læto,
 Quæque sacris libris nil nisi uirus edit.
 Quod licet, hoc animo socijs coniungimur ipsis.
 Dulce meos, dulcem, dulce, uidere patrem.
 Turba oculis animi generosum cerne parentem,
 Est & in hoc natos dulce uidere pios.
 Dulce erit emotis mundo flagrante sepulchris,
 Ob lucrifactos sumere dona uiros.
 Deque meis christo nitidam texente corollam,
 Tu uenies domi pars mihi magna mei.
 Perque tui similes pompa spectabilis alma
 Ponam de uictio læta trophea solo.

Prouenit enim ira dei sup illos usq; in fine.

Mos autem fratres & solatia uobis ad tēp⁹ horꝝ aspectu nō corde abundanti⁹ festinabimus faciem uestrā uidere cū multo desiderio: quoniam uoluim⁹ uenire ad uos ego q̄dem Paulus & semel iterum: s; impediuit nos Sathanas.

Quæ est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriæ. Hinc uos ante domum nostram iesum christum in aduentu eius. Nos enim estis gloria nostra & gaudium.

Sed

CAPVT TERTIVM.

Propter qđ nō susti-
nētes amplius placuit
nobis remāere Athe-
nis solis et missi? Ti-
motheum fratrem no-
strum et ministrum dī
in euāgelio christi ad
confirmandos vos et
exhortandos pro fide
vestra.

Et nemo moueatur i
tribulatiōib⁹ istis ipse
enim scitis quoniam in
hoc posui sum⁹: nam
et cū apud vos essem⁹
p̄dicebam⁹ vobis pas-
suros nos tribulatio-
nes sicut et factum est
et scitis.

Sed cū nulla datur dextrā affectare potestas,
Ne mihi fas, charos carne uidere viros.
Mansimus antiquis (uoluit sic christus) Athenis,
Ut mihi det sceptrum falsa Minerua suum.
Missus est uestras pro me Timotheus ad urbes,
Qui simul angelico fungitur officio.
Scit deus, in uerbo nobis erat utilis almo,
Utilis exemplo nec minus ore pio.
Misimus hunc ad uos, ne moestis noctifer horis
Irruat in uestros, qua solet, arte sinus.
Audieris lacerum ne si pia turba magistrum,
Diminuant animos uulnera nostra tuos.
Hic referet Paulum nullo cessisse furori,
Nec licuit nocti uincere posse iubar.
Est deus in Paulo, rabidos qui sustinet ictus,
Hoc tibi dat se uos uincere posse lupos.
Tu ne cede neci, sed contra audentior ito,
Vulnera sunt sanctis dona parata uiris.
Sta precor, hoc sibi uult Paulini nuntius acti,
Ut memor ob plagas non moueare meas.
Territat a castis clementia carnea uotis,
Et iacit infernas mortis imago minas.
At uiget a christo constantia missa beato,
Vtq; nihil timeas, in duce robur habes.

Non

Non decuit membrum capiti distare labore,
Quod uitam, et capitis gaudia uera cupit.
Non noua te rabies crudelibus excitat iris,
Hoc est, quod socijs uaticinatus eram.
Cernitis hos fratres, quos casus ante futuros
Prædixit christi buccina sancta mei.
Ergo et si fuerim uestro confusus in ore,
Res est solliciti plena timoris amor.
Hunc mihi ut fidei præstaret gaudia uestre,
Et mihi de uestris traderet illa bonis.
Sepe solet castos tentare furentius ignes,
Emeritas demon et reuocare manus.
Laus domino et capiti, redijt Timotheus ad me,
Et tulit a socijs nuncia læta meis.
Et superas uires fidei monumenta beate
Narrauit, uestris inelyta pectoribus.
Ut spolijs uicti rutilet mens uestra tyranni,
Et rapiat passos ut uiolenta polos.
Vtq; memor Pauli puro teneatur amore,
In uero christi lumine numen amans.
Iam nihil est plagis quod me mihi tollat in istis,
Aequo animo gaudens, quod libet esse, feram.
Dum mihi uestra fides cumulo noscatur in alto,
Cœlestem stygio præposuisse ducem.
Viuimus, atq; inter furias lætamur acerbis,
Si uos magnifici sistitis ore dei.

Propterea et ego am-
plius nō sustinens mi-
hi ad cognoscendum fi-
dem uestram.

Ne forte tētaueritis
is qui tentat et inanis
fiat labor vs.

Hunc autem uenien-
te Timotheo ad nos
a uobis et annuncian-
te nobis fidem et charita-
tem uestram.

Et quia memoriā nrī
habetis bonam semp
desiderātes nos uide-
re scit et nos q̄q; uos:
ideo consolati sumus
fratres i uobis in om-
ni necessitate et tribu-
latione nra propter fi-
dem uestram.

Quoniam nūc uiuim⁹
si uos statis in dño.

Si

Si pia gens uno perſiſtis candida uero,
 Pœna erit in uinclis nomen inane meis.
 Perpetiar phariasque rotas, uiresque ſuperbi
 Funeris, & morſus ultor amare tuos.
 Dum modo tam pleni pulcherrima gratia doni
 Luceat, & uerbum gignat in orbe pium.
 Quis ualeat grates ductori ſoluere chriſto,
 Qui dedit in medijs ſiſtere poſſe malis?
 Gratulor ex fructu ſumens noua gaudia ueſtro,
 Et mihi ſum uiſum uiſus habere deum.

Ille precor tandem noſtro concedat amori
 Ad ueſtros Paulum poſſe uenire ſinus.
 Præbeat ut ſanctis cœleſtia dogmata uerbis,
 Detur & in reſta forma decora uia.
 Interea ueſtram diuinis dotibus urbem
 Augeat & donis ſeruet, alaque ſuis.
 Et pater & chriſtus flammis det ueſtra beatis
 Entheca carnatum corda tenere deum.

CAPVT QVARTVM.

Quod ſupeſt hortor p̄ ſūmi uiſcera naſi,
 Et per fœcundi dogmata ſacra boni.
 Sit tibi cura iocis oculos auertere uanis,
 Sit ſtadium, placido plus placuiſſe deo.
 Concipe lucis opes diuinam & concipe flammā
 Si tua mens radijs non calet aſta tuis.

Frigida

Quā enī grarū actio-
 nē poſſumus deo retri-
 buere pro uobis in oī
 gaudio quo gaudem⁹
 propter uos ante deū
 noſtrum.

Nocte ac die abūdan-
 tius orantes ut uidea-
 mus faciēm ueſtrā et
 compleamus ea q̄ de
 ſunt fidei ueſtre.
 Ipſe aſit deus ⁊ p̄ nr̄
 ⁊ dñs ieſus chriſt⁹ di-
 rigat uianſam ad uos

Eos aſit dñs multipli-
 cet et abundare faciat
 charitatē vſam ī iuicē
 ⁊ in oēs quēadmodū ⁊
 nos in uobis ad cōfir-
 māda corda vſa. ⁊c.

Decetero ergo fratres
 rogamus uos et obſe-
 cramus in dño ieſu: ut
 quemadmodū accēpi-
 ſtis a nobis quōd opoz-
 teat uos abūlarē ⁊ pla-
 cere deo ſic ⁊ abūletis
 ut abūdetis magis.

Frigida mens culpa eſt, ſupero exardeſcit amore,
 Nec flammam motu perbibit ipſa ſuo.
 Cryſtallum Sol fuſus agit, mens lumina Sole
 Inſuſciæ, amoto nil uidet illa deo.
 Ergo humiles charitis fœcundo creſcite fluxu,
 Primum iter eſt dulci noſſe placere patri.
 Conſtanti ſtudio uitam, pacemque, decuſque,
 Et ueſtrum puro corde uidete caput,
 Dogma pium (meminiſtis enim) patriſq; uolūtas
 Hæc eſt, terrenas temnite delicias.
 Caſti animū & carnem domino ſeruate pudico,
 Et uenus a ueſtris exulet ipſa toris.
 Exulat a regno mens omnis adultera ſancto,
 quæque ſurens uitijs numina falſa colit.
 Exulat impurus, miſero qui ſeruit amori,
 Ledit & inceſtu nomina caſta ſuo.
 Corpora ſunt animi gratiſſima templa decori,
 Hoſpitiū eſt pulchri mens generoſa dei.
 Utque petit puros animos uenerabilis hoſpes,
 Sic decet & carnes mentibus eſſe pias.
 Vas igitur luteum digno ſeruate decore,
 Nec date tartareis uiſcera ueſtra rotis.
 Senit amor terræ, cœlique inceſtat amantem,
 Vtraque uis uno perditur uſta foco.
 Nec tibi cuncta putes, quæ poſſis, furta licere,
 Vltor adeſt damno conditor ipſe tuo.

Scitis enim que præ-
 cepta dederim uobis
 per dominum ieſum:
 hæc eſt enim uolūtas
 dī ſanctificatio ueſtra:
 ut abſtineat̄ uos a for-
 nicatione.

Et ſciat unusquiſq; ue-
 ſtrū uas ſuum poſſide-
 re in ſanctificatione et
 honore: non in paſſio-
 ne deſiderij ſicut ⁊ gē-
 tes q̄ ignorāt deum.

Et ne q̄s ſupgrediat̄
 neq; circūueniat ī ne-
 gocio fratrē ſuū quoſ

Figē

niam vindex est domi-
nus de his omnibus.

Sicut predicti vobis
et testificati sumus.

Non enim vocavit nos
deus in immundicia sed
in sanctificatione.

Itaque quod hoc spernit non
hominem spernit sed deum:
qui etiam dedit spiritum
suum sanctum in nobis: de
charitate autem fraterni-
tatis non necesse habui
in scriptis vobis: ipsi
enim vos adeo didiscitis:
ut diligatis invicem.

Figite pedem sacris, si te domus aurea movit,
Si iuvat infusi flumen, amorque dei.
Si Baccho & Veneri preestas tua membra nefandae,
Purificans artus quid valet unda tuos?
Si semel in sordes voluaris lotus eadem,
Quid valeat, puramque bibis agnus aquam?
Quid tibi caece iuvat maculam posuisse priorem,
Tingis in obsceno si tua membra luto.
Candida nascenti puero uelamina mater
Donat, mundiciamque tueare datam.
Ut pia mens sancto conseruet membra marito,
Instruat atque humilem candida uestis ovem.
Haec testatus eram domini praecepta superni,
Non mea, rex dictis dixerat ista meis.
Obtestor, Paulum non aspernere magistrum,
Edocet et Paulo stat deus ipse suo.
Praesitit irradians diuini flamina uerbi,
Afflatus radios ut sequerere pios.
Si sequeris, fugienda uenus, turpisque libido,
Effuge, ne membris haereat illa tuis.
Saepe docens dixi, charitas quid sancta ualcret,
Est prior, et uestri mater opima boni.
Fulgeat haec uestris uirtus accensa medulis,
Detque phrenandreo summa tenere gradu.
Littera diuitias capiat nisi nostra beatas,
Coelitus edocetos, sit satis, esse meos.

Spiritus

Spiritus a christo, quem uerum hausistis, amato
Aeternum puri monstrat amoris opus.
Lucis amator amat, qui sit sibi proximus, he cur
Vir macedo macedos nolit amare suos.
Oibus unus amor, quibus est pater unus, et una
Mater ab uniti lumine foeta dei.
Ergo precor mundum claris accendite factis,
Si licet et geminis nos superate bonis.
Semper et in melius diuino currite flatu,
Ut magis in christo uester abundet bonos.
Summa opera frater christane accumbe quieti,
Et paret innocuos dextera sancta cibos.
Turbant illustres urbana negocia mentes,
Solutus cum socio quis timet esse deo?
Embeata mens positus foecunda silentia curis
Efficit, ad superos itaque, reditque, choros.
Et licet in nebulis clarum meditatur amorem,
Nunc prece, nunc alis carne leuata pijs.
At ne pigra tuos eneruent ocia sensus,
Et torpore graui sis male factus inops,
Cura habiles dexteras operis armare pudicis,
Non opus est miris sollicitare deum.
Non licet ignauo dominum tentare potentem,
Nec misera ad turpes aera petisse fores.
Si ualet arte manus pectus satiare modestum,
Pendet ab externa, quis nisi uilis, ope?

Et enim illud facitis
in omnes fratres in uni-
uersa Macedonia: roga-
mus autem vos fratres
ut abundetis magis

Et opera detis: ut deti-
fictis: et uestrum negociis
agatis.

Et operemini mani-
bus uestris sicut praece-
pinus uobis.

Vine

Et vt honeste abule-
tis ad eos q̄ foris sūt: r̄
nulli aliqd̄ desideret
Nolum⁹ aut̄ vos igno-
rare fratres de dormi-
entib⁹: vt nō cōtristemi-
ni sicut ceteri: qui spes
non habent.

Si enim credimus.

Quod dñs iēsus mor-
tu⁹ ē: et resurrexit: ita
r̄ de⁹ eos qui dormie-
runt per iēsum addu-
cet cum eo.

Hoc enī vobis dicim⁹
in verbo domini.

Vine precor, vitis ut quum moriari preceptis,
Diuitias summi possis habere boni.
Parce precor lachrymas gelididas efflare sepulchris,
Mortuus in domino uir manet ipse suo.
Qui domini iussis uitam formauit honestam,
Et coluit uotis numina sancta pijs.
Viuat & heros inter, uitaeque, deoque
Perfruitur, plangit ridet ab arce tuos.
Ne dubites, ueniet pompaeque immixtus ouanti
Cum christo hos artus, quos tulit ante, feret.
Haec caput, haec nobis spectacula sancta reliquit,
Et fore sic membris credimus esse bonis.
Utque bonus pastor laeto indignante resurgit,
A morte excitas hic quoque ducet oues.
Ecce resurgentes eterno sistet honori,
Membra ligans uero tempus in omne duci.
Cur precor haec, mulier ridendo praefica plangit
Pectus & emeritas dissecat ungue comas?
Cur cineris dotes lacerato narrat amictu,
Damnat & effleto fata superba sinu?
Quae precor ob placidū doleat daementia somni?
Dormit enim, caesum quis putat esse uirum?
Non refero ignoti mendacia carmina Nili
Graeca uel, aut partum thetyos unda tuum.
Vera cano, et noto quae sunt mihi cognita christo,
Quaeque etiam medio sunt mihi uisa polo.

Do

Do tibi, quae a sancto didici intemerata magistro,
A uerbo & ueri luminis hausta colo.
Quos deus adueniens uiuos hoc cernet in orbe,
Non sinit umbratos ante uenire uiros.
Sistemur pariter, summiq; ante ora regentis,
Viuus cum caesis infimul ibit auis.
Nec poterit necesse Pharyum tardare sepulchrum,
Quin properent magni iussa subire dei.
En tuba diuino mortalia semina cantu
Conuenit, & clangens funditus ossa ciet.
Experrecta nigri exurgunt corpora claustris,
Confixa in domino uiuere posse suo.
Tunc resides uiui, subitoq; per aera motu,
Occurrent christo tempus in omne deo.
Ipse uehet secum, pugnaeq; in premia clare
Donabit populo serua decora pio.
Sic de uenturo capimus noua gaudia letbo,
Mors bona est sanctis non male flenda uiris.

CAPVT QVINTVM.

Sed quando humanis fines imponere curis
Vult deus, haec soli tempora nota sibi.
Imminet interitus, quali nescitur in hora,
Hic modus est, omnes inui gilare dies.
Eur uenit, ut segnes inopina perdere nocte,
Vltimus in terras irruet ille dies.

FF Physia

Quia nos q̄ uiuim⁹ q̄
residui sum⁹ in adue-
tu dñi nō p̄ueniem⁹
eos qui dormierunt.

Quoniam ipse dñs.

in iussu r̄ i uoce archā
gelit in tuba di dēscē-
det de celo: r̄ mortui q̄
dē q̄ in ch̄so sūt resur-
gent p̄m̄i: inde nos q̄
uiuim⁹: q̄ reliquimur si-
mul rapiemur cū illis
in nubib⁹ obuiā ch̄so i
aera: r̄ sic semper cum
domino erimus.

Itaq; cōsolamini inui-
cem in uerbis istis.

De tēporib⁹ aut̄ r̄ mo-
mētis fratres nō indi-
getis: et scribam⁹ uo-
bis: ipsi enī diligenter
scitis qz dies dñi sicut
fur in nocte ita ueniet.

MVSA PAVLINA.

Physicus, extremos mundi observare labores
 Non valet, incautos opprimet ille dies.
 Opprimet obscuros, & inani carne quictos,
 Respice sub medijs funera delicijs.
 Tum quum tuta magis, pacatq; crimina cernis,
 Exitiale malum (si sapias ipse) time.
 Ceu gravidæ matris subitus dolor occupat aluñ,
 Non expectatum cum uenit ante diem,
 Sic erit ille dies populo metuendus iniquo,
 Et cito depressis non erit effugium.
 Heu miserum captum uitijs, qui nocte profunda
 Dormit, & hoc furi non sibi tempus agit.
 Hic timeat nulla uulnus medicabile dextra,
 Cum sero infernos senserit ille canes.
 Non tamen & uobis hæc est metuenda uorago,
 Quos gremio christi conditor unus habet.
 Non christiana phalanx sacris accensa fauillis
 Pertinet ad tenebras tartara sæue tuas.
 Nos lucis uitæq; decus, diuina sequamur
 Signa, dei clarum per pietatis iter.
 Viuamus patrio soboles dignissima celo,
 Stertere sub tenebris christica turba potest.
 Quin uigilate deo, sensusq; accendite castos,
 Lampada de summi dat deus arce boni.
 Casurum uigilans trepidat clementius orbem,
 Nec timet inferni tela superba Iouis.

Nil

Si enim dixerint pax et
 securitas tunc repentinus
 eis superveniet inierit
 sicut dolor in utero ha-
 bentis.

Et non effugient.

Nos autem fratres non
 estis in tenebris ut vos
 dies ille tanquam fur com-
 hendat omnes enim vos si-
 lium lucis estis et filium dei
 non sumus noctis: ne-
 que tenebrarum.

Igitur ne dormiamus
 sicut et ceteri sed uigi-
 lemus et sobrii simus.

AD THESSALO. PRI.

Fol. 225.

Nil quo offendat habes, nil quo offedatur habebit,
 Non pauet ad senas sobrius ille minas.
 Qui iacet in uitio tenebrosis dormit in antris,
 Fert Babyloniaco tempora quassa mero.
 Sobrius, atq; animo uigilans solemq; diemq;
 Sustinet, aduersi nec tremat ora lupi.
 Hostis in occursum diuinis teclis in armis
 Stat domino, pugna nec cadit ille fera.
 Victor & huc princeps specula prospicit ab alta,
 Datq; placens uoto robora sancta pio.
 Scilicet, electos superis afflatibus ornat,
 Dona quibus uiui prestet opima dei.
 Electus, quicumq; bonus quicumq; magistro
 Consonat, infernis discrepat atq; lupis.
 Nec tu fata iacens ullum aut causere rigorem,
 Ex animo pendet quod uelis esse tuo,
 Elige quodcumq; est, uotis explenda uoluntas,
 Quid facis in tetro nomen inane luto.
 Nil dubita, dabitur, regno potiere petito,
 Dat christus socijs optima quæq; suis.
 Ergo alacris comites terreni irrumpite tyranni,
 Si cupis innocui lumen habere dei.
 Ac te si qua mouent summi uestigia regis,
 Frater eris socijs gratus ubiq; tuis.
 Et qui diuino tua curant ulcera uerbo,
 Hi referant factis premia digna suis.

FF ij Hos

Qui enim dormiit no-
 cte dormiunt et qui ebrii
 sunt nocte ebrii sunt.
 Hos autem qui dei sumus
 sobrii sumus induiti lo-
 ricam fidei et charitatis
 et balneam spem salutis.

Qui non posuit nos
 deum in iram sed in adqui-
 sitionem salutis per os
 nostrum iesum christum.

Qui mortuus est pro
 nobis.

Et sicut uigilemus siue
 dormiamus simul cum
 illo uiuamus.
 Propter quod consolamur
 in inuicem et edificare al-
 terutrum sicut et facitis.

Rogam⁹ aut vos fra-
tres: ut noueris eos q̄
laborat inter vos ⁊ p̄-
sūt vobis dño: ⁊ mouēt
vos vt habeatis illos
habūdanti⁹ in charita-
te propter op⁹ illorū: ⁊
pacem habete cū illis.

Rogam⁹ aut vos fra-
tres corripite inquietos

Consolamini pusilla-
nimes.

Hos licet indignos digno obseruabis honore,
Et christos domini noueris esse tui.
Respice ut his placeat durum tolerare laborem,
Dum uigilant casti pandere dogma dei.
Et si quando scelus uerbo pius arguit almo,
Profit, ut errores arguit ille tuos.
Hunc odisse nefas, qui dat tibi lumina fratri.
Quin potius charum parte iuuabis eum.
Corripe ⁊ hunc, uano qui turbat ouilia motu,
Inquies electos non decet ista uiros.
Moribus infandis aduerso obfistite uoto,
Cernite, nam uarijs mors latet una locis.
Quosdam animo misero superis diffidere donis
Hostis agit, multas ⁊ trepidare neces.
Nunc Acherontei dirissima uincla capistri
Monstrat, nunc slygios impia iura lacus.
Nunc proprium pensare scelus, iustumq; rigore,
Sic facit horrifico languida corda metu.
Hos tua uox frater domino soletur in alto,
Omni quippe bono turba redempta deo est.
Si trepidas Orcum, rabidi si regna sepulchri,
Concipe iam dextris christea tela tuis.
Dat ueniam culpis ter maximus ille sacerdos,
Si uelis ad uerum corde redire bonum.
Aridus es uitijs, christianas concipe lymphas,
Est mare qui eternam det tibi christus aqua.

Fr̄s

Frigidus es torpens, animosum concipe lumen,
Ignis consumens est tibi christus amor.
Verte oculos uigilans, eternum ⁊ suspice patre,
Fide, pete a domino summa petenda tuo.
Ast eget auxilio, qui non tulit, inclyta poscis
Munera, ne socios temne superbe tuos.
Infirmis prestabis opem, curamq; salubrem,
Qualem languenti iam uelis esse tibi.
Sunt tibi consortes, unoq; in corpore membra,
Quis precor est membris, qui neget, ulla suis?
Qui socium tempfit, summo damnatus amore,
Audiet a socio uerba tremenda deo.
Cogetur domini uoces audire furentes,
Qui durus socijs hoc fuit orbe suis.
At quoniam nox alta furit, ueroq; rebelles
Sunt aliqui, ⁊ iussis dissona turba bonis,
Si quando a socijs nimium ledare superbis,
Esto humilis, norma nec moueare pia.
In christo patiens ipso effringe furores,
Qui patitur, uitae praemia uictor habet.
Christus in exemplo est rabidū suspendere motū,
Respice, peccatis non furit ille tuis.
Quid furis in fratres, horrendaq; praelia misces,
Tam patiens tortus si fuit ipse deus?
Turpe est pro saeuis te damna rependere damnis,
Si te tam mitem dicis habere patrem.

Suscipite infirmos.

Patientes estote ad
omnes.

Videte ne q̄s malum
p malo alicui reddat.

FF ij Scr̄s

MVSA PAVLINA.

Serpentis soboles iratum eruclat auernum,
 Felle caret christi sponsa columba mei.
Sed semp qđ bonū ē Quosq; pius sancto genuit de semine christus,
 sectamini in inuicem. Et decet innocuos felle carere uiros,
Et in omnes semper At tibi si christi lex sit nimis arcta decori,
 gaudete, Gaude mortiferis abstinuisse malis.
 Gaude animo Et domini mysteria uolue superni,
 Et cape de noto gaudia uera deo.
 Triste, nihil christo fidentibus, omnia suffert
 Que manet in uero mens animata bono,
 Sistet Et in uinclis, Et funere martyr acerbo,
 Euincet mundum quo calet igne reum.
Sine intermissione Interea dominum precibus mulcere beantem,
 uate, Cura sit, Et grato sistere uota deo.
 Grande putas aliquid, dum thura calētia fundis,
 Quid fuerit curia corda cremare bonis?
 Nūc p̄ce, nunc psalmis, lemures uincuntur auerni,
 Et bona presentem mens habet aēta duce.
In oibus gfas agite. Hoc motu mundum qui condidit ipse gubernat,
 Ut mare, diuersas ferq; refertq; uices,
 Sit modo, quicquid crit, summi nos numē amoris
 Pangamus, uerbi uoce potente p̄ij
 Si bona tanta dedit ueri tibi dextera magni,
 Quur hora hęc animos turbet amara tuos?
Hęc est est uoluntas dī Absulit, ipse dedit, placuit sibi, soluere grates
 in christo iesu tā omni- Nos decet atq; p̄ij dicere gesta dei,
 bus uobis,

At

AD THESSA. PRI.

Fol. 227.

At tua, si quis habet diuini flamina domi,
 Cui tribuit sanctum spiritus eloquium,
 Noctiuagis almam uitij ne extingue fauillam,
 Sunt data, si ad nostrum sunt bona lusa malū,
 Nec motu arcano uentura sperne uidentes,
 Cui uoluit summus dat bona magna deus.
 Sed ne crede malis, ut iniquam despice mentem,
 Quæcumq; scriptis obstitit illa sacris.
 Deniq; quicquid erit christo quod dissonet almo,
 Teclum de stygio quod gerit umbra lacu,
 Quod specie sancti pulchro aduersatur honesto,
 Hoc pelle a membris candida turba tuis.
 Vosq; deus pacis puro conseruet amore,
 Et faciat genitos ut decet esse suos.
 Sanctificetq; suo uos membra mitentia flatu,
 Seruet, Et extremum dirigat usq; diem.
 Spiritus ut uester uitali luce potitus
 Neclatur domino tempus in omne pio.
 Ipse fidelis amans Et qui uos sponte uocauit,
 Conferet ad mensas uelle uenire suas.
 Hęc precor ad socios cantetur epistola sanctos,
 Et pia uos christo turba ualete deo.

Spiritum nolite ex-
 tinguerē.

Prophecias nolite
 spernere.

Omnia autē pbate qđ
 bonum est tenete et ab
 omni specie mala.

Abstinetē uos.
 Ipse autē deus pacis
 sanctificet uos per oia

Et iteger sp̄s uester
 et aia: et corp⁹ sine q̄rel
 la in aduētū dñi nostri
 iesu ch̄ri seruet. fidelis
 est qui uocauit uos q̄
 etiam faciet.
 fratres orate p̄ nobis
 salutate fratres oēs in
 osculo sancto adiuro
 uos p̄ dñm ut legatur
 epistola hęc oib⁹ san-
 ctis fratrib⁹ gratia do-
 mini nostri iesu ch̄risti
 uobiscum Amen.

FINIS MVSAE PAVLINAE

Aluari Gomez in epistolam ad

Thessalonicēses primā.

FF iij Pau


MVSA


PAVLINA ALVA

ri Gomez in Episto-
lam ad Galathas.

¶ Tertio Pauli apli.

Paulus apostolus non
ab hominibus neque pro-
minens sed pro Iesum Chri-
stum et deum patrem susci-
puit eum a mortuis et
qui mecum sunt omnes
fratres ecclesie Salu-
tibus.

Gratia vobis et pax. rē.

Sumpta occasione in-
terpretando illud ver-
bum gratia colligit poe-
ta sensum anagogicum
istius epistolę immo et
omnium Pauli episto-
larum: et primo introdu-
citur ipsa gratia exhor-
tans hominem per divi-
norum mysteriosam con-
templationem obligationem
que tenet redemptori
deo: ut surgat a vitis:
dein sequuntur verba
ipsius Pauli pro ut in
ceteris epistolis.



Aulus Olympiacę decretus aposto-
lus aule,

Inter christianos inclutus ipse
duces.

Quem deus instituens vite pacisque magistrum,
Præconem verbi censuit esse sui.

Ad Galathas lapsos, Paulique inuocę docentis

Hęc ait a domino gratia missa pio.

Sume prius charitę, tunc et mea verba placebunt,

Si tibi ad optatum dulce redire deum est.

E triadis potam uitali fonte salutem

Mittit ad ingratos gratia sancta uiros.

Mittit et optat amas quo mittitur esse, simulque

Nubila per radios pellere tetra duos.

O utinam tum, quum rabido serpente latebat,

Victus in oppressis esset adulter aquis.

Et soboles pueri, generoso conscia patri

Hęcisset capiti non temerata suo.

Non ego malchonicis iacuissim frigida campis,

Nec peterem ualvas sepe repulsa tuas.

Sed

Sed iam cum cæcus terrę impatienter amator

Imiecit diras in sua membra manus.

Alta iacet noemis, perijt pulcherrimus andron,

Terra cęlestes occulit herba lares.

Et paradisiaca spaciatus noctifer aula,

Dilacerat castris uiscera nostra suis.

Fleendus amor meus est, audi nunc flebile carmen,

Executiat lachrymas nostra querella tuas.

Pro dolor, empyreis radiantia moenia castris,

Atque irroratas numinis imbre domos,

Diuinam pacem, cordi inspiranda sereno

Gaudia per uisum tempus in omne deum.

Ab nimium meminisse dolet, quę perdidit Adā,

Quę patitur telis uulnera facta suis.

Ab nimium meminisse dolet, forsaneque nocebit,

Ni frangant animos hęc memorata tuos.

Diruta sunt tandem nocturnis tabida telis

Agmina, et in stygias dat furor ora faces.

Pro nitidis flammis dirę incubuere tenebrę,

Pro lymphis putridos dat grauis urna lacus.

Hinc et sanguineum quatiens nox atra flagellum

Peruolitat, męsti signa dedere poli.

Intonat illudum terreno sanguine cœlum,

Sol latet et męstis nubilat aura polis.

Tristia saraphici cecinerunt carmina cygni,

Mensque perit partu uipera facta suo.

At

At bene consuluit summo deus altus amori,
 Aetherca medicum misit ab arce pium.
 Tartarci genuere Ioues, & rector auerni,
 Morq; dedit uinctas in mea iura manus.
 E Limbo rediere patres, letatur Olympus,
 Ut data sunt christo tartara præda deo.
 Grata ferunt cæli pro cæsis dona tyrannis,
 Angelicæq; tubæ christea facta canunt.
 Ditescunt motiq; senes, genitiq; sub undis,
 Chara dei coniux pendet ab ore uiri.
 Hinc memoranda pijs dantur tibi prælia mensis,
 Pinguescunt sacro pectora munda mero.
 Dat ueniam culpis atq; alba ueste sacerdos,
 Exligat in signis crimen inane nouis.
 Hæc sat, plusq; satis, ne tu seclerate iaceres.
 Hæc satis, ut somno iam moueare tuo.
 Sed nihil hoc, sancti licet almo sanguine uerbi
 Communis toto uertitur orbe salus.
 Heu nihil, & morbos funestaq; castra secutus
 Influctum toto pectore uulnus habes.
 Nil nisi uirus amas somno furiosus & umbra,
 Claudis & ad radios lumina torua pios.
 Iamq; sponte negans placido parere medenti
 Deludis facilis pignora tanta tuis.
 Respice diuinis calcatum uiribus Orcum,
 Iuraq; nocturni dilaniata doli.

Iam

Iam Chaos, & Phlegeton stupefacte iamitor umbræ
 Cesserunt telis dite ruente sacris.
 Iamq; iacet Derthon, si sit tibi cura pudoris,
 Nec poterit priscis te illaqueare modis.
 Uicisti stygios christo uincente furores,
 Inq; necem membris dat caput arma suis,
 O nimium felix, uoto est explenda uoluntas,
 Gloria certantis pendet ab arbitrio.
 Respice tanta tuum (christi est ea gloria) sceptrum,
 Tanta est christanæ gloria militiæ.
 Victor eris semper cupias cum uincere miles,
 Et uinci nunquam te renuente potes.
 Nunquam numen abest, quod det tibi iusta uolenti
 Robora, in hoc si uis uincere, uictor eris.
 Uictus es ipse tamē, pulchrumq; relinquere uerū,
 Non puduit, falsis uictus imaginibus.
 Uictus, & amplexus tenuis iam perfide nostros,
 Dum sequeris dominæ gaudia uana feræ.
 Teq; suum raptat duro morimenna capistro,
 Exigit & rigida pensa seuera manu.
 Horrida, turpis, iners, maculis immunda nefandis,
 Quæ nisi ferre tuas nil meditatur opes.
 Hanc sequeris? me cæce fugis? cui candida cernix,
 Et facies nitidis imuidiosa polis.
 Nonne uides sobolem, qualem decet esse creantis?
 Sum pulchra & magnis una sequenda uiris.

Gratia

MVSA PAVLINA.

Gratia sum ueri de sanguine nata magistri,
 Quam genuit pulchra mente perennis amor.
 Sum, quæ sceptrâ paro gaudētibz inclyta cœlis,
 Et dextra æthereas diuidit ista domos.
 Misceo sola placens æterno pocula regi,
 Fitq; bonum, toto quicquid in orbe meum est.
 Te, licet ebronici cinis es de puluere campi,
 Inter delicias dignor habere meas.
 Teq; uoco ad sacre foelicia prandia mensæ,
 Ad regnum & thalami dulcia uina mei.
 Ergo age rumpe moras cœlestibus excite flâmis,
 Nil mihi rescribas attamen ipse ueni.
 Ecquur terrena iaceas distentus in umbra,
 Cui regna empyrei stant penetranda poli?
 O miser & uitæ gnatis inuise decoris,
 An uitium tanti, tota ue terra fuit?
 Vita breuis, uelut umbra leuis, qd grâde uel unq;
 Dulce dabit, salis ut capiare bonis?
 Quid morimena iuuat fūco pudibunda reteclo,
 Quæ lachrymas blandis occulit insidijs?
 Nec me despicias, q; sic accensa relictum
 Te sequor, ut labris ebria facta tuis.
 Hoc mihi iussit amans rubeo formosus amictu,
 Summus amor tantam dat mihi ferre uiam:
 Teq; licet nostræ preciosa cacumina famæ
 Tempseris, indignis percitus illecebris.

Et

AD GALATHAS.

Fol. 230.

Et recolam, seruemq; sequens per inertia rura,
 Perq; niues flammis usq; secuta meis.
 Hoc amor unus agit nullo superabilis euro,
 Qui toties miris dat sua signa notis.
 Qui potuit cœlo dominum deducere ab alto,
 Inq; crucem summi tollere membra dci.
 Hic tibi me placidam iunxit, sociamq; ducemq;
 Et semper foribus cogor adesse tuis.
 Si reuocas, tua sum, notisq; ingentibus adsum,
 Inq; pio uerum pectore numen ago.
 Ergo age rûpe moras, si te bona præmia tâgūt,
 Et decor, & mammis ubera lata meis.
 Ecquid erit, patrio cum te deus euocet ore,
 Esse peregrino captus amore potes?
 Huc ades o nimium, nimiumq; oblite bonorum,
 Quæ tibi per uiuas præparat emptor aquas.
 Ergo & tartareis iaceat male perditâ uinclis,
 Mens habilis domini morte redempta sui?
 Et solitam toties epulis accumbere diuum
 Terriorem tetro non pudet esse luto?
 Ab quoties timui iustæ minitata gehemæ
 Vulnera, sub stygijs ne ueherere uadis?
 Inte cernebam uiolentos ire daceos,
 Et petere horrifico languida membra sono.
 In te diuinam iaculari fulmina dextram,
 Quæ pensat iusta, fasq; nefasq; manu.

Iusticiâ

MVSA PAVLINA.

Iusticiam timui, si iam furiosa caleret,
 Nomine inultoris pallida semper eram.
 Sive unquam arctos tentares nauita fluctus,
 Extimui notum te pereunte fretum.
 Et dixi, toties qui læsit numina, iam nunc
 Iste dei, æquorcas ebibet hostis aquas.
 Sive in Getulis audirem prælia campis.
 Iam mihi sum casus uisa uidere tuos.
 Deniq, quisquis erat duro iactatus in æuo,
 Excitum curis pectus amantis erat.
 Nam mea mens libram iusti meditata regentis,
 Semper erat plagas uaticinata tuas.
 At quoniam pietas uindictæ tempora sancte
 Distulit, & gladium temperat ipsa suum.
 Huc ades, & quanq̃ nostro nõ dignus honores,
 Te excipiam placido candida sub gremio.
 Huc ades, ecce uoco, teneat mora nulla uocatum,
 En tibi me sociam tempus in omne tuam.
 Ne timeas, q̃ mensa rudis, q̃ sordida uestis,
 Nec tua sit thalamo concolor aula meo.
 Omnia mundat amor, surgentem pectore toto
 Excipiam, passis obuia liminibus.
 Non opus est dura longarum ambage uiarum,
 Clarum iter ad uite limina pectus habet.
 Quod cupis itus habes, libeat modo surgere, meq;
 Sumere, & hanc oculis lampada ferre tuis.

Te

AD GALATHAS.

Fol. 231.

Te sequor, en tua sum, duras aperire fenestras
 Communi flammæ si uelis, accipies.
 En mecum mellitus amor, paxenthea mecum,
 Præueniunt sensus robore luce tuos.
 Ne ue quid optato moriens causere magistro,
 En Paulus pulsu te citat ipse meo.
 Surge iacens, quæ te? quæ te dæmentia ludit?
 Quis docet ignifero terga dedisse deo?
 O Galathe, christo quondam pia turba recepto,
 Nunc sub tartareo uilis habenda duce,
 Quam bene conueniunt, cæcis tua nomina factis,
 Inscriptum proprio crimine nomen habes.
 Admiror, quæ tanta tuos insania sensus
 Lusit, ab dulcem tenuis iniqua patrem.
 Deseris heu ueræ clarissima præmia uitæ?
 Deseris heu christi dogmata sancta dei?
 Turba ruens subitoq; ad prisca uersa tenebras
 Ecquis te misero subdit adulterio?
 Deseris authorem cœliq; hominumq; parentem,
 A quo perpetuæ dona salutis habes.
 Quid facis? ah pulchro præponis terrea cœlo?
 Præponis placido tartara mœsta deo?
 Liber eras christo, nexiq; sponte catenis
 Nunc seruis, miseri non uiden antra doli?
 Cur tibi sic placuit falsos audire magistros?
 Quid dedit a stygio prodita turba lacu?

Quis

Hactenus uerba gratiæ sequuntur uerba Pauli.

Miror q̃ sic tan cito transferimini ab eo.

Qui uos uocauit in gratiam christi.

In aliud euangelium quod non est aliud nisi sunt alii qui uos cõ-turbant & uolunt conuertere euangelii christi.

Quis tibi Moseas christi fulguribus umbras
 Inuoluit uariam nun putat esse fidem.
 Vis rationis iter, constanti percipe uoce,
 Pendet ut a christo uita salusq; meo.
 Hoc uates dixere omnes, hoc enthea pubes
 Approbat, hoc almi candida turba chori.
 Hoc Moses probat ipse prior, chri inclyta magni
 Numina qui quondam uaticinatus erat.
 Ipse uidens proprie prescripsit tempora legi,
 Que fuerit missio iussa tacere deo
 Et legis partus, & ueri aeterna prophetae
 Robora, & a uicto sumpta trophea dolo.
 Venturoq; duci suafit seruire potentes
 Abramidas, sceptrum cum daret ipse nouum.
 Non opus est ueris ambages querere dictis,
 En Moses christum dat tibi nosse meum.
 Dat Salomon uates, & honori gloria templi.
 Et quicquid legis mystica signa uolunt.
 Hoc Aron, sanguisq;, latens sub sanguine Mosi,
 Quodq; sub inuolucris delitet umbra tuis.
 Quin uirtutis opus totoq; patentia mundo
 Signa tenes, christus q; sit & ipse deus.
 En misera gelidum reuocauit morte cadauer,
 Dat caecis radios cernere posse pios.
 Inualidasq; manus armat, linguasq;, pedesq;,
 Effugat infernos uoce potente duces.

Quoq;

Quoq; magis stupeas, christianaq; arma capeffas,
 Praestat & hoc famulos nos quoq; posse suos.
 Absit, ut a domini uerbo moueare superni,
 Sis te deo, ante oculos lux micat alma tuos.
 Quin, tibi si a caelo ueniens huc angelus alto
 Praedicet, hoc nostri frangere dogma dei,
 Is quicumq; cadat, tenebrisq; oppressus & umbris
 Cogatur, uiuo ponere sacra bono,
 Sit quicumq;, tamen christo si aduersus amanti,
 Presumat nostram, si uiolare fidem.
 Is ruat, & iusto mcerens anathema furore
 Indignum facinus tempus in omne luat.
 Sto dictis, iterumq; cano, persistite uero,
 Quae dixi, a magno sunt mihi iussa deo.
 Non commissa meae terrena negocia curae,
 Sed dominus uerbum praestitit ipse suum.
 Accepi a christo, christo placuisse laboro,
 Quid mihi cum phaleris terra superba tuis?
 Humano affectu uiolatus doctor ad umbram
 Ducit, ego ad radios christe beate tuos.
 Quondam erat in caeco similis daementia Saulo,
 Haerebam Moyse peccatore, uoce duci.
 Circa mihi quondam christianum rumpere templum,
 Et gelidae carni posse placere fuit.
 Nunc alio deus ipse uocat, cupioq; probari
 A christo, est uotis unicus ille meis.

GG Nec

Sed licet nos aut an-
 gelus de celo euāgelis-
 set uobis pter id euā-
 gelizauim⁹ uobis ana-
 thema sit.

Sicut pdicim⁹ & nunc
 iterū dico uobis si q̄s
 uobis euāgelizauerit p̄-
 ter id quod accepistis
 anathema sit.

Nōdo enim hom inia-
 bus suas deo an deo,

An q̄ro hominibus
 placere.

Si hominib⁹ placere

Christi seru⁹ nō essem

Motū em̄ vobis facio
fratres: euāgelii qđ
euāgelizati est a me:
qđ nō est scđm̄ hoīem:
neq; em̄ ego ab homi-
ne accepi illud: neq; di-
dici: sed per reuelatio-
nem iesu christi.

Audistis em̄ cōuersa-
tionē meā aliquādo in
Iudaismo. &c.
Cū autē placuit ei qui
me segregauit ex vte-
ro matris meę: & voca-
uit p̄ gratiā suā: vt reue-
laret filiū suū in me: vt
euāgelizare illū in gē-
tib; cōtinuo nō acq̄ie-
ui carni & sanguini. &c.
Sed abij in Arabiā.

Et iter reuersus sum
Damascum.

Deinde post ānos tres
veni Hierosolimā vi-
dere Petri: et mansi
ap̄d eū dieb; quinde-
cim: aliorū autē aposto-
lorū vidi neminē nisi
Jacobū fratrem dñi.

Nec mora diffugiunt lemures, adsumq; uocatus,
Et charitem pleno protinus ore bibo.
Nulla mora est, fractis & carne & sanguine do-
Assumo officij lumen, onusq; mei. (Et or
Nam simulac purum uenis afflauit amorem
Iustus homo, & flammā dat mihi nosse suā,
Exsurgo, posuiq; ferum cum nomine Saulum,
Mutato affectu iam noua tela paro.
Miles eram Mosi socijs feruentior ipsis,
Feruidus & christi nunc quoq; miles ero.
Et quia diuino suscepi hoc munus ab ore,
Flauerat atq; animo conditor ipse meo,
Non egui a nostris uoces audire magistris,
Aut ab apostolica sumere lora manu.
Sat mihi lucis amor, ueroq; instructus ab ipso
Incepi indoctis gentibus esse iubar.
Tunc arabas uersus uitales fundere lymphas
Incubo, tunc primum chrisoris unda calet
Effera gens monstris, & nulli conscia luci,
Terruit haud animos barbara turba meos.
Inde Damascenis diuinum moenibus ignem
Struxi, iterum uiuam lampada mente gerens.
Hinc ascendo Petrum solymas uisurus in arces,
Qui pastor christi nomine primus erat.
Hunc, & quem fratrem domini dixere Iacobum,
Vidimus, audita est cetera turba mihi.

Nec

Nec, quamuis coetu floreret primus in omni,
Scintillam flammis addidit ille meis.
Nam mihi quod christus uiuo insuflarat ab ore,
Non poterat rectis displicuisse uiris.
Ex hoc in Syriam pauco post tempore, testis
Ejst mihi me sanctus fungere nulla deus,
Hinc cilices uenio, charites, uitamq; salubrem
Effundens, domini pignora chara mei.
At qui me primum defensa lege superbum
Audierant, passi castra secasse dei,
Nūc uero amplexum penitus defendere christum,
Et uerum uerbo dogma docere pio,
Omnipotentis opus precibus, uotisq; supinis
Laudantes lachrymas uix tenuere suas.

CAPVT SECVNDVM.

Iamq; quaterdecimo lustratis gentibus anno,
In uero christi nomine doctor eram,
Ad solymas rursus flatu compellor ab almo,
It mecum Titus, Barnabus atq; comes.
Testis uterq; deo pariter uisurus in uno
Lumina, que a summo numine Paulus habet.
Confero cum sanctis patribus bona nūcia, doctor
Que mihi iam proprio dixerat ore deus.
Et refero in gentes diuina charismata summi
Luminis, a domino missa fuisse pio.

GG ij Ne

Que autem scribo vo-
bis ecce coram deo: qđ
non mentior.

Deinde ueni i partes
Syrię.

Et Cilicię eram autē
ignor; facie ecclijs iu-
deę que erant in chfo.
Tantū autē auditū ha-
beāt: qm̄ qui persequē-
batur nos aliquando
nūc euāgelizat fidem:
quam aliquando ex-
pugnabat.
Et in me clarificabāt
deum.

Deinde post ānos q̄-
tuordecim iterū scđi
Hierosolimā cū Bar-
naba assumpto & Tito

Ascendi autem secun-
dum reuelationem.

Et contuli cū illis euā-
gelium qđ p̄dico in
gentibus.
Secusū autē his qđ uide-
bant aliqd esse ne for-
te in uacū currerem
aut cucurrissem.

Sed neq; Tit⁹ q̄ mecu
rat cū gentilis esset co-
pulsus est circumcidi.

Sed nec ppter subin-
troducios falsos fra-
tres q̄ subitoierūt ex-
plorare libertatē no-
strā quam habem⁹ in
ch̄ro iesu vt nos in fui-
tūte redigerēt qb⁹. r̄.
Ab his autē q̄ videban-
tur esse aliqd̄ qualcs
aliquando fuerint mi-
hi mea interest.

Deus em̄ personam
hominis non accipit.

Ne qui gentiles æquo priuabat amore,
Censeret, nostras in simulare vias.
Exemplumq; sato gentili sanguine Tito
Feci, ne priscum gentibus esset onus.
Absterfo quid enim preciosi sanguine christi,
Esset opus, uanam scindere pelliculam?
Græcus erat, non est, ad uincula Prisca coactus,
Quamuis qui contra diceret alter erat.
Sed neq; per duos mentito nomine fratres,
Struxerat, insidias quæ mihi turba feras.
Cæssimus ad tempus, uera sed libera christo,
Mens mea mandatum recta peregit opus.
Quod si nec magnis fuerat, diuina uoluntas
Nota uiris, domini quæ mihi nota mei.
Si nec adhuc gentes æquo gaudere decore,
Constitrat, nostris, quid mea? Paulus habet.
Paulus habet, super hoc summi decreta magistri,
Qui me communem se docet esse patrem.
Sat mihi defuncto uideo noua sæcula Mose,
Ne se iam nostro misceat umbra deo.
Sat mihi, nostra uiris placuit sententia sanctis.
Constat & a uero dogma fuisse bono.
Non deus ex alto personam spectat Olympos,
Quod bonus est, dextris dat sua dona pijs.
Optima q; pietas, nostros miserata labores,
Munera, per placitum dat mihi tanta suum.

Saus

Saulus eram nuper stygias casurus ad aras,
Nec meruit nostri dona uidere dei.
Sed uoluit, fecitq; potens clarescere Saulo
Lumen, & auctori gloria maior ero.
Sit me Petrus amans claue excellentior ipsa,
At fidei sanctæ tradita summa mihi est.
Tradita, nec quicquā quod me pia turba doceret,
A nobis aliquid quod didicisset erat.
Non quia sum maior socijs, sed maxima uirtus,
Hæc mihi dat, christi iura ferenda mei.
Atq; ubi nostra deo uiderunt dogmata nato,
Edita, meq; sacrum gentibus esse iubar.
Et decus accensis tantum mihi surgere siluis,
Quam proauis culto Petrus haberet agro.
Quod charis ex æquo terras diffusa per omnes
Decreuit, noto notior esse reo,
Tres mihi quos sancti dixere, columnina templi,
Iunxerunt, dextras in pia uota suas.
Ipsam ego, sic gētem Solymos pia turba doceret,
Vt faceret domini munus uterq; sui.
Umbrataq; faces aboleto extinguere libro
Cura mihi, & socijs uincere monstra pijs.
Cura mihi & socijs superam prestare medelam,
Pauperibusq; dapes unicus ardor erat.
Hoc citius Paulo suasit plebs candida, sed non
Rumpere, sub gladijs inguina Græca suis.

GG iij Nam

Mihi em̄ q̄ videbant
esse aliquid nihil cōtra
lerunt sed econtra.

Cū uidissent: q̄ mihi
creditiū est euāgelii p̄
putij sicut & petro cir-
cuncisionis: q̄ em̄ ope-
rat⁹ est petro in apo-
stolatu circūcisionis: o-
perat⁹ est & mihi inter
gētes: & cū cognouisset
gratiā q̄ data est mihi:
Iacob⁹ et Lepphas et
Ioanes q̄ videbantur
colūne esse dextras de-
derunt mihi & Barna-
be societatis.
Et nos iungentes ipsi
autem in circuncisionē

Tantum vt pauperi
memores essemus.

Quod etiā sollicit⁹ fui
hoc ipsum tacere.

MVSA PAVLINA.

Nam neq; mortali domino plus creditur ulli,
 Qui exemptos solito nos docet esse iugo.
 Hac tenus ob plantas teneras conceditur illis,
 Pauli sper uerum dissimulasse modum.
 Nunc pia lux gemino radios effundit ab ortu,
 Non licet impuris ledere sacra notis.
 Sed licet hoc Petrus flatu bene nouerat almo,
 Censuit Isacidis dissimulare uiris.
 Motus ego laqueos, infernaq; monstra uidendo,
 Seuaq; sic socijs uincla parata meis,
 Hortatus Petrum, ritus cohiberet imanes,
 Arguo & hunc, quâquâ maximus orbis erat
 Scilicet is metuens teneros ne offenderet agnos,
 Si sciat & Solem gentibus esse parem,
 Communem mensam renuit cum gente, uelut si
 Hanc deus in genitis non uelit esse suis.
 Et licet hic ritus iusta sit mente profectus,
 Et simulat uotum duxq; paterq; piuum.
 Durior illa quidem uenturo improvida seculo
 Forma erat, & christo non bene digna meo.
 Qui nuper totum diuino sanguine mundum
 Abluit, en domino est lotus uterq; suo.
 Constanti fortiq; animo, uerboq; uirili
 Restitit huic uero mens mea si sa bono.
 Maximus ut patiens audit mea uerba sacerdos,
 Nostrum erat exemplo grandis uterq; suo.

Abfit

Et si uenisset Petrus Antiochiam.

In facie ei resistite.

Quare reprehensibilis erat: prius enim quod ueniret quodam a Jacobo cum gentibus edebatur: cum autem uenisset subtraherebat et segregabat se timens eos: quod ex circumcisione erat: et simulatione eius consenserunt ceteri iudei: ita ut Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem: sed cum uidisset quod non re-

AD GALATHAS.

Fol. 235.

Abfit ut ad somnum sole illustrante relictum,
 Rursus eas umbræ uel tibi cura patri.
 Non opus est aliam christo curante medelam
 Querere, ab occiso uita petenda deo.
 Iusticiam christiana fides, non pagina legis,
 Non hominem cortex, spiritus unus alit.
 Unus christus adest, animos seruare fideles
 Qui queat, ad uerum nil ualet umbra bonum.
 Querimus in christo ueracia pharma solo,
 Nos extra hunc nullus, qui beet, alter erit.
 Mortuus est legi, coepit qui uiuere christo,
 Foelix, qui domini uiuit amore sui,
 Mortua lex omni, qui christum credit, amanti,
 Pro lege æternum coepit adesse bonum.
 Hac tenus umbrifero curabam uiuere Moyse,
 Nunc mea lex uiuo uiuere nosse deo est.
 Nec iam carnalis, nec crasse mortuus umbræ,
 Sed mihi iam uero lumine christus adest.
 Cum christo affixus, per christum uiuus, ob illum
 Non teneor laqueis noxq; timorq; tuis.
 uiuat amor christi, uiuit mihi christus, & in me
 Vincor, & euicto corpore uictor ego.
 Mortuus ille ferox sub amara cortice Saulus
 Nubifera stygias nocte bibebat aquas.
 Sed simul ac hausto christo spirauit amore,
 uiuit, & huic solus fit noua uita deus.

GG iij Sic

te ambularēt ad uita
 tē euāgelij dixi Cephe
 corā oibus: si tu cū in-
 de? sis gētiliū uiuis: et
 nō iudaice: q̄ modo gē-
 tes cogis iudaizare. et
 Sciētes autē q̄ nō iusti-
 ficat homo ex operib⁹
 legis: nisi p̄ fidem iesu
 christi: et nos i ch̄so te
 su credim⁹: ut iustifice-
 mur ex fide christi: et
 non ex operib⁹ legis.

Propter quod ex operi-
 bus legis non iustifi-
 cabitur omnis caro.
 Quod si quætes iustifi-
 cari i ch̄so inuēti sum⁹
 et ipsi peccatores: nun-
 quid ch̄sus minister pec-
 cati est: abfit. Si em̄ q̄
 d est ruxi iterū regdifi-
 co p̄uaticatorem. et
 Ch̄sus crucifixus sū
 cruci.

uiuo a fit iā nō ego: ui-
 uit uero in me ch̄sus.

Quod autem nunc ui-
uo in carne,

In fide uiuo filij dei,

Quia dilexit me & tra-
didit semetipsum pro
me,

Non abijcio gratiam
dei.

Sic domino uiuens, nunc uere uiuit, & optat
Ante mori, a uiuo quam procul esse deo,
Ex Saulo Paulus, de Paulo christus, eodem
Sub duce, qui recto pectore uiuit amans.
Nam si ex carne satus miseræ contagia carnis
Sentio, terrenis & petor insidijs.
Sed quia uita, fides, spes & certissima letum
Me tenet, in medijs en beor ipse malis,
Et quasi foelices terræ iam mortuus horas
Sortior, a passo qui mea uita deo.
Ille mihi uitam tribuit, lucemq;, fidemq;,
Spes mea quo superas iam sibi sumit opes,
Ille mihi æternam preciosi sanguinis undam
Præstitit, hac maculas terfit & ille meas.
Ille mihi, paucis complectar ut omnia uerbis,
Ex Saulo Paulum me facit esse suum.
Hoc illi debemus opus, sua gratia, nostris
Non meritis plenum dat deus ipse bonum.
Non legi debemus, eat, sine sanguine christi
Noctis adhuc uinctos ira teneret auos.
Quid petitis sterilem? confecta; iussa citatis?
Non nisi per christum lux datur ipsa meum,
Hic sceleris condonat opus, crimemq;, remittit,
Largitur regnum tempus in omne suum.
En quid agam? nōne hæc gratissima munera sumā,
Aut dabo non plenas in mea dona manus?

Proijciā

Proijciam charitatis opes, gemmasq; beatas,
Aut te non toto pectore christe sequar.
At sequar, & quia nam uiui post sumpta lauacri
Flumina, ad impuros cura redire lacus.
An mihi non christus satis est abolere nefanda
Crimina, qui uerbo condidit astra suo?
Quid petimus legem? uel quid speretur ab illa,
Si christus cunctæ uasa salutis habet?
Aut dare si uitam ualet obseruantia legis,
Quid facit in nostro mortuus orbe deus?
Nemo mihi comitem lystris signasse pudori
Censeat, indigno uel simulasse metu.
Purificos ritus solymis pellente Iacobo,
In cenchr̄is rasam det mihi nemo comam.
Nam dominus quōdam simulans se longius ire,
Impulit affectu flammea corda pio.
Non simulans quicumq; nocet, si corda, animosq;
Ædificet, iustus, non simulator erit.
At simulator opem charitis si perdit, iniquas
Decipulasq; animis ponit in orbe pijs.
Debuit huic sapiens horrenti obstare procellæ,
Liber, & in magno pandere uera deo.
Cum Paulus ueterem carnis simulabat honorē,
Illud adhuc umbris pergere tempus erat.
En pia nostra parens subito pulcherrima partu
Principio plenos occulit ipsa sinus.

Si enim per legē iusti-
cia ergo gratis christus
mortuus est,

Vt

MVSA PAVLINA.

Vt metuens ne iam summo fœcunda decore
 Ex nimio genitos perderet igne suos.
 Sol oriens terris animosos temperat ignes,
 Omnia ne flammis destruat ora novis.
 Sed solitas acies nocturnas ferre tenebras,
 Paulatim ad radios attrahit ipse suos.
 Inualide fronti subitum si ostenderis ignem,
 Plus noceas, nimio pondere uicla gemit.
 Flammiifer incēdit mediū iam christus Olympū,
 Et quasi iam toto creditur orbe deus.
 Plenaq; discincto panduntur dogmata uero,
 Non opus est uanis loedere sacra notis.
 Non potes ostensis oculos offendere flammis,
 Incipe iam totum pectore ferre diem.

CAPVT TERTIVM.

O Galatæ uisu quis uos mihi fascinat atro?
 Miscet & in ueris toxica dira fauis?
 Heu, quos sancta fides oneroso pondere legis
 Eripit, & uiuo iussit adesse deo.
 Sponte pium pbarias per christum exuta catenas
 Vultis ad exosum colla referre iugum?
 Quis fuit ille furens, diuinæ proditor aulæ,
 Qui docet ad uomitum corda redire suum?
 Quis ferus hic cantor? quæ seuæ carmina noctis
 Dementant sensus morbida turba tuos?

Confugis

Insensati Galathæ quæ
 vos fascinauit nō obe
 dire ueritati.

AD GALATHAS.

Fol. 237.

Confugis ad miseræ tutamina frigida terræ,
 Temnis & heu sumi robor a sancta dei.
 Clara fides ubi nunc impressaq; uiscera sacris,
 Quisq; tibi christi uiuidus ardor erat?
 Spes ubi, qua ueræ precioso sanguine uitæ
 Sperabas alti scandere regna poli?
 Legis & auxilijs, q̄ sunt uelut umbra, reiectis,
 Cernebat dominum mens tua firma suum.
 Cernebat toto radiantia numina mundo,
 Inq; tuis animis unicus auctor erat.
 Vitalemq; uirum ligno inspiciebat acerbo,
 Pectora iam lymphis sancta rigare nouis.
 In cruce confixis dirumpere tartara dextris,
 Ducereq; ad uiuum nos sua membra caput.
 Aeneus hic serpens nostro sublatus amore
 Pendebat iustis uita, salusq; oculis.
 Nunc subito motos oculos auertis ab illo?
 Vertis & ad nigros improba turba lacus?
 Si quid adhuc mentis Galathæ perpendite uiuas
 Diuitias christi, nomen, opusq; mei.
 Hic terit hic laqueos sceleratæ mortis iniquos,
 Purificans populos hoc datur unda reos.
 En pater, en gnatus, sup̄mi & munus amoris,
 Tres tibi multiplices dat deus unus opes.
 Accipis & flatum, ceu turba domestica, uerum,
 Summaq; per nostras sunt tibi dona manus.

Hæc

Ante quorum oculos
 christus iesus profici-
 ptus est.

Et in uobis crucifixus.

Hoc scilicet a vobis vo-
lo discere ex operibus
legis spiritum accepistis
an ex auditu fidei?

Sic stulti estis ut cum
spiritu ceperitis nunc
carne consumamini.

Tanta passi estis sine
causa: si tamen sine cau-
sa.

Hæc docuere palam uirtutis robora summæ,
Non esse humanis tradita præstigijs.
Spiritus iste potes unde est tibi, dic precor, almus
Christus, uel Moses tradidit hunc animis?
Dic mihi, uera precor, liceat te iudice somnum
Scire tuum, charitum quis tibi dona dedit?
At christiana fides sacro ditissima flatu
Si dedit hæc, aliam cur tibi fingis opem?
Quid petis? aut qua spe sterili iam lege moraris?
Si satis, ut christus det tibi summa deus.
Pignus habes christi ualeat quid dextera magni,
Ecce quæ iam durum nunc repetetur onus?
A tam præclaris nunc lethi signifer orsis,
Laberis, abiecto perfide serue bono?
Abnegat is acidas alius, somnoq; relicto,
Pro christi electos nomine linquit auos.
Tu contra sacramq; fidem, uitæq; decorem,
Regali immundas appetis ore dapes.
Siste precor uani facit hoc dementia uoti,
Non nisi cœlestes unctus anhelat opes.
Non opus electo fuerat dare nomina christo,
Tam cito, si famulis ille pudendus erat.
At quid tot gladios & tanta pericula passus
Pro christo es, dominus ni fuit ille tuus?
Si non credebas radijs, hominiq; deoq;
Fidebas, tantus quis tuus ardor erat?

Quis

Quis dabat has animo uires, ne tempore sceno
Mors esset, menti dura timenda tuæ?
Quid iuuat a christo pro uicis poscere monstris,
Aeternos latices & sine nocte diem?
Si nunc expulso sequeris funebria uero,
Præsumisq; alio uiuere posse duce.
Absit, & hoc nunquam uini patiatur imago
Principis, extrema non ruit illa manu.
Sed fraudata cadens, iam iam respiscat acerbo
Vulnere, tam fragiles non decet esse uiros.
At deus hic uestris tribuit, qui flamina turbis
Declarans, miris iusq; piisq; modis,
Non facit ob Mosen, iam gloria transit ab oris
Ysacidis, pharyos cum uocat unda deos.
Cum dabat Egiptum septena perdere plaga
Christus, qui quondam mysticus agnus erat.
Ob iustam facit ipse fidem, cui contulit uni
Per se, diuinas conditor unus opes.
Nec nouus est fructus fidei quæ conterit Orcum,
Floruit, in cuncto tempore clara fides.
Author Abrahamus nascentibus iniqua primis
Cedere, quem iustum mos habet iste patrem.
Iustitiæ dulces non pignore legis honores
Veræ habet, ante suo iam placet ille deo.
Iustus erat, nec adhuc cultros aptauerat illos,
Credidit & domino tunc placet ille pio.

Filius

Qui ergo tribuit vo-
bis spiritum & operat
virtutes i vobis ex opi-
bus legis an ex auditu
fidei.

Sicut scripti e Abra-
am credidit deo et re-
putatum est illi ad iu-
sticiam.

Cognoscite ergo: q̄ ex
fide sunt: hi sunt filij
Abraę.

Prōuidens autē scri-
ptura q̄ ex fide iustifi-
cat gētes: dicitur: p̄gnū-
ciauit Abraę: quia be-
nedicentur in te om-
nes gentes.

Igitur qui ex fide sūt
benedicētur cum fide
li Abraam.

Quicūq; enim ex opi-
b; legis sunt sub ma-
ledicto sunt.

Filius abrami mens est quęcumq; fidelis,
Sola quidem tanto digna parente fides.
Promissum christiana fides expectat, ad illam
Pertinet a magno munera ferre deo.
Munera, quę quondam patri iurata fideli,
Expectant nati uoce potente pij.
Gentibus ista tamē, calamum dignoscite sanctū,
Non solum lumbis danda sub abramidis,
Ille dei dono magicis ereptus ab urfis
Promissa a domino sperat habenda suo.
Dumq; deo credit, uero & confidit in uno,
Et recolit summi pignora sancta dei,
Venturam signasse fidem ualet, ille fideles,
Et christo natos nos facit esse suos.
Nam caldæa feri sceleris gerit ara figuram,
Quo christus cunctos liberat ipse reos.
Terraq; promissis nimium uulgata supernis,
Vrbs est diuinis plena quieta bonis.
Vrbs cælum, pacisq; domus, mel, gratia, noster
Quam spirat natis christus ab arce suis.
Ergo fides Abraam donis succedit in ipsis,
In christo hæredes nos facit esse fides.
Quiq; solet tumidus carnem iactare parentis
Fallitur, indignum iam facit umbra nothum.
Legitimum facit una fides, iustoq; propinquum
Non caro, sed iusti luxq; fidesq; dei.

Viderat

Viderat hoc olim, quę præspicit omnia, uirtus,
Hunc ait & cunctis gentibus esse patrem.
Sed neq; q; gentes unus generauerit omnes,
Ille fide noster dicitur esse pater.
Filius at fidi fidus, patremq; fidelem
Qui sequitur, christum non negat esse patrem.
Dico rogo quid lex est: quę nõ nisi praua coercet,
Quę tenet armatas in rea facta minas.
Iusticiam nulli præstat, quatit horrida quamuis
Verbera, seruanti quid dedit illa tibi?
Nome fuit satius tenebris gaudere relictis,
Et colla horrendis axonerare iugis?
Vita fides iusto est, pepererunt crimina mortem,
Iusticia & uitam, iusticiamq; fides.
Non ex lege fides, nec enim lex sufficit omnis,
Ut faciat monitu pectora iusta suo.
Iustus lege potest torquentibus esse magistris
Liber, at æternum non tenet ille bonum.
Nec uere est iustus, nec uera huic uita, fide ni
Iusta insons placido concipit alta deo.
Quis deus hic, christus, qui nulli obnoxius iræ
Liber ab impuris nil metuebat anis.
Nos sumus imbelles, & acerbo crimine fracti,
Quos deus a seuis eripit ore minis.
Eripit a maculis, alienaq; pendere iustus
Debita, pro populo non negat ipse suo.

Inspice,

Scriptū est enim ma-
ledictio omnis qui nõ
permanerit in omni-
bus quę scripta sunt
libro legis: ut faciat eas:
quoniam autem in le-
ge nemo iustificatur a-
pud deũ manifestū ē.

Quia iustus ex fide ui-
uit.

Lex autē non ex fide.

Sed qui fecerit ea ui-
uet in illis.

Christus.

Nos redemit de mas-
ledicto legis.

MVSA PAVLINA.

Sacr^o p nobis male-
dicit^r. qz scriptū est ma-
ledict^o omnis qui pec-
det in ligno.

Et in gentibus bene-
dictio Abraz

Sieret in chro iesu vt
pollicitationē spiritus
accipiam⁹ per fidem.

Frates secundū ho-
minem dico.

Tamē hominis cōfir-
matū testamentū ne-
mo spernit aut super-
ordinat.
Abraz dicit^r sūt pmissi-
ones ⁊ semini eius.

Inspice, si uoluit priscis onerare catenis
Te, patitur nexus ut terat ille tuos.
In fontem ligno morientem suspice seuo,
Supplicio ut soluat debita nostra graui.
Noxius ⁊ nulli, scelus in se transtulit omne,
Proq; sua est habitus plebe nocente nocens.
Exosus quisquis ligno penderet amaro
Lege rat, in ligno pendet ⁊ ipse deus.
Vt cruce confixus ueteres affigeret actus,
Regnaq; macclatos ferret in alta uiros.
Crimine sublato pauitantes expulit iras,
Lustrat ⁊ immundas luminis auctor oues.
Reddit ⁊ innocuas radijs presentibus auras,
Promissa ⁊ fidei dat sua dona sacræ.
Namq; sub Abramo fidei promiserat idem
Iusticiam rectis duxq; paterq; uiris.
Sic promissa deo sortimur munera christo,
Filius Abrami qui fuit ille sui,
Hic est quo nobis promissum numina flamen
Numinis, ⁊ pleni uasa dedere boni.
Si cupis exemplum, lustrato percipe uisu,
Maxima si paruis assimilare licet.
Testamenta uiri ueracia scindere nemo
Audeat, nec uerbis quid cumulare suis.
Vt domini pactum seruetur in ordine uerum,
Et rata sint iusti singula uerba dei.

Semi

AD GALATHAS.

Fol. 140.

Seminibus non iurat opes, ceu multa probaret
Semina, sed numero simplice semen amat.
Semine ait, perpende sacrum, christumq; sub illo
Tegmine uelatum, si sapias, ecce uides.
Semen ait uera scripto non semina sancto,
A multis unam ne pet. remus opem.
Designat christū (frustra ē tibi quærere Mosem)
Cum semen iusti dixerit ille patris.
Ille pater deus est, fidei pater atq; beatæ
Iusticiæ, natus ⁊ simul ipse deus.
Ipse deus christus, qui iusti uera parentis
Proles, cœlestem conuehit unus opem.
Quodq; semel pactus deus est, multosq; per ānos
Antea quā Mosem mitteret ipse ducem.
Non potuit, lex ipsa nouis dissoluere uinclis.
Condita promissum post fuit illa deum.
Iam rata lux christo fuerat uentura beato,
Cum lex umbrosos intulit orbe metus.
Post pactum ueniens diuino obistere pacto
Lex nequit, est firmus ut fuit ante deus.
Nondū erat hæc animis cœcū quæ arceret amorē,
Promissa a magno cum tibi dona deo.
Lex ueniat, nihil obstat, habes promissa, recedat,
Expulsis nebulis hæc nihil obstat, habes.
Lex eat, aut ueniat, uero promissa potente
Sunt uere in christo firma futura meo.

HH Quod

Non dicit seminibus
quasi in multis.

Sed quasi in uno.

Et semini tuo.

Qui est christus.

Hoc aut dico testamē-
tū confirmatū a deo q̄
post q̄dringētos ⁊ tri-
ginta ānos facta ē lex
nō irritū facit ad eua-
cuandā p̄missionem.

Mā si ex lege heredi-
tas iā nō ex p̄missione.

Abraz aut p̄ p̄missi-
onem donauit deus.

Quod si promissum fuerit lex lata priusquam
 Non strictum legis conditione datur,
 Non opus est legis, fidei si accenderis ignes,
 Promissa hæc legi non bona, sed fidei.
 Sponte pius quanquã dominus promiserit, at quis
 Hunc timeat ueram ludere uelle fidem.
 Ius equidem ad uitam promissaq; principis alta
 Ex sola fidei conditione uenit.
 Lex tamen illa dei non prorsus inutilis almi,
 Quamuis ad uerum non uehat ipsa bonum.
 Esset ut iniusti contraclã licentia facti
 Lex datur, arcendis profuit illa malis.
 Nec nisi duriciem duris arcere lupatis
 Vellet, amans uinctos lege teneret auos.
 Nec lex, ut semper populos obstringeret illis
 Ritibus, ad tempus sed data, tempus habet,
 Hactenus hæc uerum potuit signare magistrum,
 A scelere & rectos arcuit ipsa uiros.
 Ad uirtutis opes animos hortata uiriles,
 In tot promissis sedula facta bonis.
 Donec iam uerax ueri decumberet Abrã
 Filius, in terris uasa salutis habens.
 Et præuissa dies perfecto temporis orbe
 Panderet, arcani signa decusq; dei.
 Lexq;, per angelicas mentes defertur ad orbem,
 Illius ut finis tu bone christe fores.

Quid igitur lex.

Propter transgressionem posita est.

Donec ueniret semen cui promiserat.

Ordinata per angelos in manu mediatoris.

Et clauis

Et clauis David completam soluere legem
 Posset, & in sacris hic prior esse nouis.
 Sic medius duo sancta tenens hominesq; deumq;
 Conciliat, ueram sic dedit agnus opem.
 En dominus contra maculas pugnat auitas,
 Dissidet a factis & deus ipse suis,
 Hic medius, medicus, maculas absterfit & omnes,
 Vir deus, irato uictima summa deo.
 Quod deus est summi precij estimatus honore,
 Placauit, patrius hostia grata sinus.
 Cum sit homo fratres uitali morte redemit,
 Et thabit ad socium uiscera nostra deum.
 Lex ergo in dominum acies nõ ductat acerbas,
 Nec nos promissis irritat ipsa bonis.
 Sed spe uenturi tenuit nos, usq; sub alis
 Aeternis natus, nunc habet ipse deus.
 Nec quia lex fuerit christo radiante remota,
 Credite, quod ueris obstitit illa sacris.
 Sed quia tempus erat uero cessisse figuram,
 Cedit, & ignifero iam uetus umbra deo.
 Lex sceleris declarat opus, præscribit honestum,
 Arcet, & a notis pectora nostra malis.
 Dum scelus ostedit, rabiem dum terminat omnẽ,
 Et polluta nigris agmina cuncta dolis.
 Declaratq; nefas, at non lauat ipsa nefandos,
 Quod sit opus medico sed docet esse pio.

Mediator autẽ unius non est.

Deus autem unus est.

Lex ergo aduersus præmissa dicitur absit, si enim data esset lex quæ posset uiuificare uere ex lege esset iusticia.

Sed cõclust scripturã omnia sub peccato.

HH ij Dumq;

Et pmissio ex fide ic-
su chri daret credētib⁹

Idius autem quam
veniret fides sub le-
ge custodiebamur.

Cœclusi in eam fidem
quę reuelanda erat.

Itaq; lex p̄dagogus
noster fuit i chris̄to vt
ex fide iustificemur.

Est vbi venit fides iaz
non sumus sub peda-
gogo.

Om̄es em̄ filij dei estis.

Dumq; minans mortē uitā non pr̄stat, ad Abra
Promissum chris̄to nos uocat ipsa deo.
Et fecunda fides uenturi principe regni
Duxit, honoratos ad pia dona uiros.
Nam tunc quum pecoris legali sanguine templū
Flagrat, & immundas inspicit ara boues,
Morte hominis sperata salus uentura, fidesq;
Ducitur, ad uerum dulciter acta bonum.
Lexq; uelut teneris cœlestia fercula pappas
Paulatim uelo contegit ipsa suo.
Donec ab æthereo ueniens uir sanctus olympo
Instruit ad solidos agmina cuncta cibos.
Iam patet arcani uirtus intermina uerbi,
Luxq; micat, flammis gaudet & aura nouis,
Non opus inuolucris, nudo concurrere sancto
Fas tibi iam uiuum concipe mente deum.
Lumine iam plenus, iam grandia fercula doctus,
Vtere promisso tempus in omne bono.
Quid petis hic Mosē tantū fuit umbra, sacerdos
En tibi iam ueras Mechisedechus adest.
Qui quondam typico satiasti sanguine pectus,
Iam potes, & sacro pascere corda deo.
Vtere iam uero mens dona ad cuncta magistro,
Summo habilis chris̄ti robore facta mei.
O fratres geniti precioso sanguine chris̄ti,
Incipite, ad uerum uelle uenire patrem.

Quosq;

Quosq; metu pappas pueros frenauit honesto,
Nunc amor allectos corrigat igne uiros.
Quid Pappas docuit, ueri nisi paruula patris
Dogmata? nunc firmo quærite plena gradu.
Transijt ille timor, ueri iam pignus amoris,
Sume tibi summum candida turba bonum.
Vir foelix chris̄tane, tuum super astra cacumen
Vera fides chris̄to iam locat ipsa meo.
Induis & chris̄tum purgantibus excite flammis,
Abluit & maculas principis unda tuas.
Indutusq; deum, iam chris̄to es chris̄tus, & illum
Dum sequeris fido pectore, numen habes.
Seu genitrix pharyo nascentem foemina Nilo
Tinxerit, aut dubia fortis Hiberus aqua.
Siue Hypanis currens, uel si fuit unda sienes,
Que ue micat gelido parrhasis ur̄sa Polo.
Quisquis eris, te iam nec sperent tartara ciuem,
Filius es chris̄ti, chris̄tus & ipse dei.
Omnibus una fides, corpusq; est omnibus unum,
Vnum cum domino candida turba suo est.
Heredesq; fides Abramo pr̄stitit alto,
Nos facit & natos hæc simul esse pios.

CAPVT QVARTVM.

IVs erat hoc nobis uero uitaq; potitos
In chris̄to pleni regna tenere boni.

HH iij Sed

Per fidem quę est in
chris̄to iesu.

Quicumq; em̄ in chri
sto baptizati estis.

Chris̄tum induistis.

Non est iudeus neq;
græcus nō est seruo ne
q; liber non est mascu
lus neq; fgm̄ina.

Omnes vos em̄ unū
estis in chris̄to iesu.

Si aut̄ vos chris̄ti er-
go semē Abrahæ: estis
scdm̄ promissionē hęc
redes.

Dico aut̄ quāto tēpo-
re hęcres paruul⁹ ē ni-
hil differt a seruo cum
sit dñs om̄nū s; sub tu

MVSA P AVLINA.

hoiibus & actoribus e usq;
ad p̄finitū tempus a
patre ita & nos cū esse
mus paruuli.

Sub elemētis mundi
gramus seruientes.

Et ubi venit temporis
plenitudo.

Misit deus;

Filiū suū.

Factum ex muliere: fa-
ctum sub lege.

Sed quia nō sceptrum teneris bene conuenit amnis,
Sub tutore graui paruulus ipse gemit.
Dum sciat instructus uitij regnare preemptis,
Illæsa & membris tradere iura suis.
Sic deus omnituens promissum distulit almum,
Ne puer indignis adfructere bonis.
Hactenus ut seruus hæres, loraq; metuq;
Territus in frenis non erat ille suis.
Nunc data libertas, tutoribus ipse repulsis
Incipit in propria lora tenere manu.
Tunc epulis crassis, terræq; assueta iuuentus,
Nondum cœlestes nouerat illa dapes.
Sed uelut hæc infans primis elementa sub amnis,
Prima ferens alijs non erat apta cibis.
Tunc pecudum sanguis nobis erat hostia seruis,
Carnea tunc duræ signa dedere notæ.
Ast ubi plena datur præuisi temporis hora,
Emicat & flammis duxq; paterq; suis,
Optimus omnipotens animus non passus inertes,
Soluūt ab ingrato pectora nostra iugo.
Promissum cœlis doctorem emittit ab altis,
Qui ueniens charos ductet ad astra uiros.
Hic deus & domini consors, & filius almi
Vnicus, est populi uita salusq; pij.
Sed neq; per somnū, mambrea aut uisus in herba,
Hunc parit ex utero femina casta sacro.

Verus

AD GALATHAS.

Fol. 245.

Verus homo ut ualeat nostros perferre labores,
Sitq; potens socijs uera medela suis.
Præsens præsentis foueat, flatuq; benigno
Contegat, & iustis sit nouus orbe parens.
Ut redimens seruos infernas conterat arces,
Et faciat natos tempus in omne suos.
Utq; scias q; sis domini certissima proles,
Expectans primo regna paterna gradu.
Spiritus ipse dei uero perflatus amore
Flat, tibi dans uiui gressum esse dei.
Cordibus hic nostris infusus desuper, idem,
Testatur, nobis q; deus ipse parens.
Quod christus frater, flatu qui motor amico
Exhilarat, radijs uiscera nostra suis.
Spiritus, & seruus, spirant contraria, signa
Dantq;, modis uarijs, hic amor ille timor.
Ille tremat, dominoq; preces effundit, & orat,
Ah pater ah uerbo clamat iste pio.
Primo & fratre ualens animose uocis in igne
Aggreditur fido teclata paterna sono.
Et pater ipse pius uoces admittet ouantes,
Nec te iam seruum dixerit ipse suum.
Dixit hæredem genitum, nam filius hæres,
O decus o christi gloria magna dei.
Antea seruus eras sceleris, fraudisq; nefandæ,
Et tua nocturnis seruijt ira deis.

HH iij Beli-

Et eos q; sub lege erāt

Redimeret.

Et adoptionem filio-
rum reciperemus.

Quoniam autē cœlis
filij dei.

Misit deus spiritum
filij sui.

In corda uestra.

Clamātē abba pater.

Itaq; iam non est ser-
uus: sed filius.

Quod si filij ei hæres
per decem.

Sed tunc quidē igno-
rantes deū his q; natu-
ra nō sūt dij seruicbarj

MVSAPAVLINA.

Beli genos lemures summo obseruabat honore,
 Gens data, terrenis inscia præda dolis.
 Insicia, quæ domini uerum ignorabat amorem,
 Cui bonitas magni non bene nota dei.
 Nunc tamen in gentes radijs lux emicat altis
 A patre, fulgentem pandit & ipsa patrem,
 Iamq; deum noscis puris exercita flammis,
 Immo etiam grato cognita turba deo.
 Nam quicumq; uelit patrem cognoscere regem,
 Nunc pater & natum suscipit ipse suum.
 Eia igitur ueri soboles clarissima magni
 Chara patri, & domino cognita grata tuo,
 Cum tibi iam dulcis pateat clementia patris,
 Teq; deo genitam curia sancta uocet.
 Ad uacuas iterum tenebras, sub carcere primo
 Volueris, ad putridos fæce sepulta lacus.
 Sublimis pctis ima ruens, seruire peremptis
 Mauis quam uiuum regis habere locum.
 Ad miseras umbras tempto descendere sole
 Quid iuuat, & mixtis ledere uera dolis.
 Ista superstitio non est christiana, recepto
 Chrysmate, confusis uanuit umbra notis.
 Si fidis christo, cur seruas tempora, uanos
 Et ritus, claro non placet umbra deo.
 At si non fidis, miscereq; sabbata tentas,
 Veb tibi quem motis percutit æquor aquis.

Ab

Ita sic autē cum cogno
 ueritis deū imo cogni
 ti sitis a deo.

Quomodo,

Conuertimini iterum
 ad infirma & egena cle
 mentia quibus denuo
 seruire uultis.

Dies obseruatis & mē
 ses: & tēpora & annos.

AD GALATHAS.

Fol. 244.

Ab timeo fratres tantos ne forte labores
 Perdiderim & natos sit nihil esse meos.
 Quin potius dociles nitido persistite uero,
 Turpe nefas notum deseruisse deum.
 Esse mei similes, nam me Mosea tenebant
 Dogmata, iam rabies legis & ardor erat.
 Lux semel ut christi fulsit mihi candida sacri,
 Incipio ueri dona uidere boni.
 Abieci carnis sensus tenebrasq; uetustas,
 Excussi, & laqueos somnius & umbra tuos.
 Assuetusq; die mensis accumbere sanctis,
 Non iam nocturnas uertor ad illecebras.
 Non ego si uobis hoc iam uehementius opto,
 Credite, q; famæ sit mihi cura mee.
 Sed quia me miscret uestri, genitosq; patresq;
 Pœnitet a cœptis heu cecidisse bonis.
 Surgite constantes, melioraq; tendite uota,
 Si iuuat æthercam uos didicisse uiam.
 Cum uobis uitæ referēbam nuncia ueræ
 Præstauī, ut tenerum dogmata casta cibum.
 Non mea magnificum fundebant pectora carnē,
 Sed rudis & tenui uoce modestus eram.
 Insuper & multis inuisus nomine christi,
 Sed patiens uarijs tortus ubiq; modis.
 Nil nisi transfixi dicebam uulnera nostri,
 Et sermone pio nil nisi christus erat.

Sed

Timeo uos ne forte si
 ne causa laborauerim
 in uobis.

Estote sicut & ego: q;
 ego sicut uos.

Fratres obsecro uos
 nihil me læsistis: scitis
 autē quia per infirmis
 tatem carnis euāgeli
 zauī uobis iam pridē
 & tētationem uestram
 in carne mea nō spre
 uistis neq; respulistis.

MVSA PAVLINA.

Sed me uestra fides diuino sedula dono
 Non spreuit, quãquã uox noua nostra nimis
 Nam durum quamuis maclatam dicere uitam,
 Et dominum gladijs occubuisse feris,
 Sicut angelum si cepistis me.
 Me uelut empyream charitem excepistis amore
 Ingenti, ut gratis quæ daret astra iuris.
 Sicut christi iefum. Vestraq; christisonum cernentia lumina Paulum
 Sunt sibi, carnatum uisa uidere deum.
 Ubi est ergo beatitudo uestra.
 Nunc quæ tanta pium mutat daementia uotum?
 Tam cito tam gratum deseruistis iter?
 Poenitet æterni lustrare cubilia magni,
 Cum christo angelicos inter & esse choros?
 Vestra fides ubi nunc, uero data corda beato
 Et charitas, sanctos quæ facit esse uiros?
 Testimoniis enim perhibeo uobis.
 Pax ubi? tranquillo commissaq; dextera Paulo?
 Quiq; dei focijs optimus ardor erat?
 Quia si fieri posset oculos uestros eruisse-
 tis & dedissetis mihi.
 Tunc oculos mihi fossa daret, si forte petissem,
 Nunc sequeris alium turba perempta duccem?
 Nocticolas ursos sequeris? Paulumq; relinquis,
 Qui tibi tam puro peçtore frater adest?
 Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis.
 Quid dulcis tibi Paulus eram, nunc senior hostis.
 Seruus & in domino displicet ipse suo.
 Emulantur uos non bñ: sed excludere uos uolunt uillos emulc-
 mini.
 Quid tibi turba quicunt falsi præstare magistris?
 Prisca mouent animos uanaq; signa tuos?
 Cum tibi sit præsens æternæ gloria uitæ,
 Hec placet heu uotis morsq; seclusq; tuis?

Hec

AD GALATHAS.

Fol. 245.

Heu lustrata dei radijs purgantibus umbram
 Diligis, amplexo præda futura dolo?
 At te cum falsi studeant captare ministri,
 Ne sequere insanos emoritura duces.
 Quod rectum est, dignum est solū, quod mète sequaris,
 Nec tibi, mi, christus signifer alter erit.
 Siste bono fulgens, ruptisq; hinc indetenebris
 Esto memor uerbi dum potes esse pij.
 Tempus erit cum iam supremos ira furores
 Clauserit, & natos nox tegat alta suos.
 Regnat adhuc pietas animosq; infusa calentes
 Exagitat, cunctis optima semper adest.
 Optima quærenti præsto est, constanter ab illa
 Posce bonum, uilis ni tibi noster amor.
 Hoc precor hoc Paulo quæ me præsentem petebas
 Nunc pete, nec domino dimoueare tuo.
 Absit abbinc Paulus, uiuit deus, ipse docente
 Me docet, hæc nostri suscipe uerba dei.
 O utinam nostras liceat tibi cernere curas,
 Inq; meo internos figere corde sinus.
 Aspicias utinam quæ sit scribentis imago,
 Pene dolor calamum detinet ipse meum.
 Torqueor, utq; iterum pariens, te reddere uitæ
 Dum studco ad christi ducere sacra mei.
 Te nuper christo genui, natumq; dicaui,
 Nunc doleo natum fraude perire meum.

Nunc

Bonum autem genu-
 lamini.

In bono semper.

Et non tantum csi præ-
 sens sum apud uos.

Silloli mei.

Quos iterum partu-
 rio donec formet christi
 filius in uobis.

MVSA PAVLINA.

Nunc dolor est, iterum morientem perdere natū,
 Plenus adhuc partus non erat ille meus.
 Cœlestis tuus ille pater gratusq;, mitensq;,
 Degener obsceno quid facis ipse solo?
 Degener, o quando diuini ad regna parentis
 Ibis, hic in cineres & malus ibit amor?
 Hei plene affectum non fundit epistola nostrum,
 Nec mea per chartas dicere uota licet.
 Nō lachrymās ullis possum me effundere uerbis,
 Quod dolor in medio comprimit ora sono.
 Dulce nimis duos animis efflare dolores,
 Telaq; funesti flere cruenta mali.
 Incipio fusa mentem exonerare querella,
 Sissit & ad gemitus lingua retenta suos.
 O utinam nostrum liceat mihi cernere fratrem,
 Et uiua christum pandere uoce meum.
 Adderet his uultus nimium, gemitusq;, dolorq;,
 Et furor, & casto uiscera aperta sono.
 Christano affectu, lachrymisq;, rigantibus ora
 Tentarem cunctis te reuocasse modis.
 Nunc absens passis patior, curaq;, metuq;
 Distrabor, an morbo sint satis ista tuo?
 Dic mihi si tanta est Mosi tibi cura docentis,
 Si placet & fronti littera prisca tuæ.
 Legisti legem, cur non intelligis? Abram
 Dic mihi cur natos edidit orbe duos.

Vellem autē esse apud
 vos mō et mutare uo-
 cem meam: quoniā cō-
 fundo: in uobis.

Dicite mihi qui sub le-
 ge uultis esse.
 Legē non legistis scri-
 ptum ē enim quoniā
 Abraā duos filios ha-

Huic.

AD GALATHAS.

Huic ancilla parens, alium parit altera lege
 Libera legitimo sola recepta thoro.
 Ismael ancillæ carnali natus amore,
 Tantum ex Abrami corpore natus erat.
 Natus ab effœta & uetulo, mirabile uisu,
 præter nature ius fuit alter opem,
 Promittente deo genitus, quo tempore nulla
 Vis inerat patribus pro genitura suis.
 Filius hic fidei, carnis fuit alter, utroq;
 Continet abstrusum littera mysterium.
 Nonne putas aliud quam carnea littera monstrat,
 Diuinum sacras intus habere notas?
 Ecce duæ matres duo sunt testantia uerum,
 Moses & christus dictus uterq; parens.
 Ille dedit seruum populum, uinctosq; catenis,
 Et peperit natos Agar ut ipsa reos.
 Libera dat christus per uerbum semina sanctum,
 Inq; fide genitos liberat ipse suos.
 Monsq; Sina ancillæ signato nomine seruæ
 Seruit cum natis carcere lege suis.
 Coniunctusq; Sion urbem quæ nomine prisco
 Iebus, nunc etiam carnea signa colit.
 At nescit uinclum nunquam seruire coacta
 Hierusalem, ueris quæ cessit Ysacidis.
 Iherusalem superi typus, & figura theatri,
 Quæ micat, & supero tollitur alta loco.

Fol 246.

buit unum & ancilla &
 unum de libera.

Sed qui de ancilla se-
 cundum carnem natus
 est.
 Quis autem de libera

per reppromissionem

quæ sunt per allego-
 riam dicta.

Hæc enim sunt duo te-
 stamenta.

Unum quidem in mō
 te Sina in seruitutē ge-
 nerans q est Agar.

Sina autem mōs est
 in arabia.

Quis confictus est ei
 quæ nunc est Iherusa-
 lem & seruit cum filiis
 suis.
 Illa autē quæ sursum
 est Iherusalem libera
 est quæ est mater no-
 stra.

Hæc

MVSA PAVLINA.

Hæc superis patria est, & ad hæc gēs libera semp
 Aspirat, summi uoce uocata dei.
 Libera nostra parens nullis infecta sub umbris,
 Hæc ualet hæc nostros luce fouere sinus.
 Lex Mosi terrena iacet, lex asper auinclis,
 Lex serua, & seruis non nisi grata uiris.
 Lex christi coelestis amans foecunda decorem
 Perpetuum, natis quem parat ipsa suis.
 Seruit utq; animo corpus, dominatur in umbram
 Spiritus, & uictō pondere liber adest.
 Lex Mosæ prior peperit, sed serua sub umbris,
 Semina seruitium dat subitura graue.
 Post enixa dei christi lex, inclyta, uictrix,
 Regia, dat radios & sine fine pios.
 Dat tua seruili ne, sint onerata labore,
 Pectora dat cunctis ut potiare bonis.
 Illa ctiam paucos genuit, sed & ista per omnes
 Tenditur, & summam totius orbis habet.
 Creuerat Esaias, flatuq; exultat in ipso,
 Agmina ad optatum cuncta uenire deum.
 Nec miseris gentes nitidis arcebat ab aris,
 Cui uisus uero lumine christus erat.
 Letare sterilis quæ non parit, inquit, & ahnum
 Rumpe sonum, & placido cantica grata deo.
 Ingenti sonitu syrias irrumpe cauernas,
 Et cape de magno gaudia magna uiro.

Deserta

Scriptum est enim.

Letare sterilis quæ non
 parit.
 Erumpe & clama quæ
 non parturis.

AD GALATHAS.

Fol. 247.

Deserta innocuo ueniens noua nupta marito,
 Non ultra in uiduo sola futura thoro est.
 Nupta licet prius est paucos habet altera natos,
 Tu longe plures quæ noua mater eris.
 Ecce duas matres en sunt duo semina, bini
 Autores, tenebras hic dedit, ille patet.
 Herentes Moyse seruilia semina tantum
 Curant, & partus Agar acerba tuos.
 Nos sumus in christo uinclis umbraque relicta
 Isacide, grato iam noua turba deo.
 Libera promissis proles sumus inclyta sanctis,
 Quam genuit uera luce percemis amans.
 Posteritas sapit ipsa patrem, prior uile rigorem
 Gestat adhuc socium persequiturq; suum.
 Ismael Isacum teneris insultat ab annis,
 Ecce pios tentat lædere sæua caro.
 Et quasi iure suo, natu q; grandior extet,
 Umbra furens optat pellere nocte diem.
 Non probat hoc cōmunis amās, geni torq; deusq;
 Ancillæ, natum sed fugat ipse reum.
 Eicit ancillæ puerum, matremq; superbam,
 Heres cum domino non erit ille suo.
 Non sumus ancillæ soboles, attendite fratres,
 Ingenui matris condicione sumus.
 Libera nostra parens christo soluente catenas
 Exiit, & pharias non timet illa minas.

Libera

Quia multi filij ster
 te magis q̄ eius q̄ ha
 bet virum

Mos aut fratres secti
 dum ysaac promissio
 nis filij sumus.

Sed quomodo tunc is
 qui secundum carnem
 natus fuerat perseque
 batur est qui secundis
 spiritum ita nunc.

Sed qd dicit scriptu
 ra: ecce ancilla et filius
 eius non enim heres
 erit filius ancillæ cum
 filio liberæ.

Itaq; fratres non su
 mus ancillæ filij sed li
 beræ.
 Quia libertate christi
 nos liberauit.

MVSA PAVLINA.

Libera mens nostra est, vitijs seruire nefandis
Nos pudeat, socios quod deus unus habet.

CAPVT QVINTVM.

State et nolite iterum iugo seruitutis contineri

Siste igitur christo iam libera turba perempto,
Siste semel sumpto candida facta deo.
Nam quae tanta precor fuerit daemantia, liber
Si sua funesto subderit ora iugo:

Ecce ego Paulus dico vobis.

Experti tenebras radio gratamur Eoo,
Tu gemine noctis perfidus antra cupis?
Inspice, dumque potes, ne te malus auferat error,
Hoc dictum Pauli suscipe mente tui.

Quoniam si circumdamini.

Ni frustra ad gentes missus, si culmine caeli
Me docuit magnus christea sacra deus.
Non tibi fas carnem legali scindere cultro,
Nil tibi cum priscis christea turba notis.
Tunc tibi cum Mosem uano mediteris amore,
Nil ualet in maculas flammen et unda tuas.

Christus vobis nihil proderit.

Non terget te christus amans, si iungere christo
Vis, aliud uitam non nisi christus habet.
Si fuit iste satis, ueteratum iungere Mosem
Quid iubat? an summi dextera manca deit
Non eget auxilio, qui condidit omnia, uinum
In ueteres utres non dedit ille nouum,
Vt tribus inque nouis antiquum fundere mustum
Non probat, in uotis ille, uel ille tuis.

Vult

AD GALATHAS.

Fol. 248.

Vult solus placidae thalamum sibi quisque puellae,
Si iungis, nexu laedis utrunque tuo.
Si seruire cupis, quae speras praemia legis,
Falleris, a solo cuncta petenda deo.

Seruitium si forte placet, nec praemia poscis,
Quae causa est miseris subdere te laqueis?
Nil lucri est, bene cerne, precor ne delige noctem,
Sunt indelectu maxima damna tuo.
Iam neque te fallat uel paruula legis imago,
Incumbit parti sarcina tota suae.
Si semel et saxi gladios admittis inanes,
Legis onus totum totius ipse feres.
Testor et hoc, totum meruisti perdere christum,
Si placcat uoto quaelibet umbra tuo.

Quaelibet umbra pios radios inuertere, caecum
Reddere te, et quaquam sit leuis umbra potest.
Iustitiam si a lege petis, iam desine christo
Poscere, tunc sordes non lauat ille tuas.
Cum pecudum sanguis placcat tibi, purior esca
Non placet, et fidei iam tibi friget honos.
At nos non uanis uitam componere rebus
Discimus, aut geminas mens mea querit aquas.
Expiet ut culpas deus ipse potentior, omnis
Quam ponti hebraeis si fluat unda cadis.
Spiritus atque fides sacro nos edocet ore,
Iusticiam a solo posse uenire deo.

II Christo

Testificor autem rursus
omni homini circumcidenti se.

Quoniam debitor est
uniuersae legis faciendae.

Euacuati estis a christo
quod in lege iustificamini.

Et gratia excidistis.

Hoc enim.

Spiritus ex fide spiritus iustitiae
cuius expectamus: nam in
christo iesu neque circumcisio

MVSA PAVLINA.

Sed fides que p charitatem operatur.

Currebat bñ: q̄s vos impediuit veritati nō obedire. Memini consenseritis.

Persuasio hęc nō est ex eo qui vocat vos.

Modicū fermētū totā massam corrumpit.

Ego dñdo i vob̄ idñō q̄ nihil aliud sapictis.

Qui aſit p̄turbat vos portabit iudicium.

Christus & ipse deus satis est, q̄ solus, & in quo
 Nil tibi uel græcum, uel nocet esse Syrum.
 Per charitatis opus fidei uis unica prestat,
 Hoc fisa optatam principe iusticiam.
 Et quæ te medio tenuit nox improba cursu
 Quis facit heu dextram deseruisse uiam?
 Hoc precor, hoc fratres animis uotisq; cauate,
 Ne uos sub tenebris nox agat alta suis.
 Ne cessate deum concepta querere flamma,
 Qui uos ut natos ad suaregna uocat.
 Illo autore pium cœlestia dogmata uerbum
 Edixit, contra qui docet hostis erit.
 Hic conatur oues transuerso irrupere iactu,
 Hunc fugite a summa quos uocat arce deus.
 Terrenas meditatur opes, quæstumq; nefandum
 Improba tartareis plebs data præda lupis.
 Hanc fugite, & quâquâ numero paucissimus ho
 Paulatim multos uincere tabe potest. (His,
 Quilibet heu uestram poterit corrumpere turbâ,
 Ut toti masse paruulus obstat acor,
 At pater omnipotens, nostris bene consulat opto,
 Consulit, in uestra spes mihi certa fide est.
 Dux alacres fecit diuino surgere cursu,
 Ipse dabit cœptis sistere posse bonis.
 Quisquis & ille tamen fidei qui flumina uestra
 Tentat ad impuros uertere uoce lacus.

Arguta

AD GALATHAS.

Fol. 249.

Arguta captos homines si fraude fefellit
 Non poterit summum ludere fraude deum.
 Illum ego si taceo, domini presentia notum
 Indicat, & culpas nomen & ultor habet.
 Nec quia derbensis legalia signa subiuit
 Iustus in exemplo quod capis, esse potes.
 Non potes & Paulum nugis asserre magistrū,
 Cum decuit, plenam dissimulabat opem.
 Est aliud ratione pati, sed monstra docere
 Est aliud, somnum linquere tempus adest.
 Tunc satis haud poterat auroræ cedere primæ
 Umbra furens, altam iam fugit umbra diem.
 Iam solidos mens nostra cibos, iam fronte seuera
 Impletur uiso tota figura deo.
 At si semper amo mysteria corticis illa,
 Cur mihi per solymes bella parata uiro?
 Cur ego q̄ doceam iam pristina signa silere,
 Inuisus Moysi prædicor atq; deo?
 Prædicer, illa mihi rabies est gloria, uerum
 Dñ loquar, in christo mors mihi uita meo est.
 Eloquar, antiqui ceciderunt culmina templi,
 Christus adest templum uita salusq; pium.
 In crucis imperio curuantur tartara, cœlum
 Panditur, & radijs lux nitet alma nouis.
 Hactenus hoc semper tenui, semperq; tenebo,
 Vna quidem nobis & sine labe fides.

II vj At fe

Quicumq; est ille.

Ego aſit fratres si circūciſionē adhuc p̄dico

Quid adhuc perſecutionem patior.

Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis.

MVSA PAVLINA.

Etiam abscindantur
qui vos conturbant.

Nos enim in libertate
vocati estis fratres.

Tanti ne libertatē de-
tis in occasione carnis.

Sed p̄ charitatē spiri-
tus scriuire inuicem.

Om̄nis em̄ lex in vno
sermone impletur.

Diligēs primum tuū
sicut te ipsum.

At ferus ille ruat, uerboq; abscissus ab alio
Viuat, cum focij non simul ille meis,
Qui pia per uerbum conturbat ouilia falsum,
Iungit & infernis caelica sacra notis.
Vosq; mei comites domino gens libera sancto,
Quos deus ad ueras ipse uocauit opes,
Sistite nec uitij iam pectora sancta tyrannis
Cedite, quos socios dat deus esse suos.
O scelus exuti sensus frenate superbos,
Seruimus, quanquā libera turba sumus.
Liberat a uitij deus, atq; a dæmone seuo.
Nos seruos uerbi sed iubet esse sui.
Ne extollare comes concessi culmine sceptri,
Seruus cris domini, rex licet ipse tui.
Spiritus, & charitas dominum te fecit, eundem
Subdit, & in sacro te trahit ipsa iugo.
Te trahit, & quamuis nō lex hoc prisca docebat,
Suadet ut aduersis des pia corda uiris.
Quid iubeat fecisse, tuis quando hostibus almam
Impendas operam, quam potes illa iubet.
Quod tot praeceptis lex extorquere minisq;
Non potuit, charitas hoc tibi sola potest.
Haec deitatis opes puro concessit amanti,
Solus amor cunctae robora legis habet
In domino charos si pax alterna ministros
Iungit, iuncta sibi pectora christus habet.

At si

AD GALATHAS.

Fol. 250.

At si per stygias nebulas per carnea uota
Dum sequeris socios pellis ad arma tuos,
Rodis & inferno morsu, laniaq; uoraq;
Frustra caelestem spes tua poscit opem.
En eget auxilio, qui non tulit, utq; reliquit,
Linquitur, & gladijs occidit ille suis.
Morsibus alternis utraq; est bellua saepe
Perdita, de damnis damna uenire solent.
Ergo & puluerco o gens exuta uapores,
Non teneat sensum littera uana tuum.
Spiritus aeterni placita ad complenda magistri
Te citat, hunc uotis acta sequare pijs.
Temperet aduersos charitas pulcherrima motus,
Quae terit aethereo carnea uota modo.
Cernite, & in medico uigiles aduertite christo,
Vos deus ad pugnam, uos caro saeva uocat.
Spiritus hic petit alta celer, caro crassa deorsum
Tendit, & infensas sentit uterq; uices.
Perpetuis bellum est odijs, fert altera terram
Lingere, ad aethereas hic cupit ire domos.
Illa iacet, uolat ille calens, & uterq; repugnans,
Ut ualet, alterius rumpere tentat opes.
Infelix, quem terra uorat, stermitq; sopore,
Et memorem patriae non sinit esse suae.
Infelix, qui uera uidet, sed sponte tenebras
Dum sequitur, legem, quā fugit, hostis habet,
II iij Quod

Quod si inuicē mor-
detis & comeditis.

Aderte ne ab inuicem
consumamini.

Dico autē in ch̄ro testu:
spū ambulatē & s̄side-
ria carnis nō p̄ficiētis

Caro em̄ cōcupiscit ad-
uersus spiritum: & spi-
ritus aduersus carnē.

Haec em̄ sibi inuicē ad-
uersantur: ut non que-
cūq; uultis illa faciat.

MVSA PAVLINA.

Quod si spiritu ducimini non estis sub lege.

Manifesta sunt autem opera carnis: quae sunt fornicatio/immundicia/spudicitia/luxuria/idolorum seruus/veneficia/inimicitiae/præditiones/emulationes/irascuntur/dissensiones/sectae/inuidia/homicidia/ebrietas/conuersationes/et his similia:

Quae prædico vobis sicut prædixi quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur.

Fructus autem spiritus est charitas/gaudium/pax/patientia/benignitas/bonitas/longanimitas/manusuetudo/fides/modestia/continentia/castitas.

Quod bene si christi ducit te spiritus almi,
Non caro te laqueis fallat acerba suis.
Sæpius at quoniam ferro pugnatur operto,
Accipe sub paucis carnea signa notis.
Dira fames terræ, uesana superbia, turpis
Et Venus, & falsos quæ colit umbra deos,
Iræque, insidiæ stygio condita ueneno
Et rabies, tumidis ebria rixa dolis
Vulnus, & inuidiæ, contentio, scætaque, noctis
Filia, & infernis eruta bella uadis.
Rapta colubriferis stipata pecunia monstris,
Heu faciunt animis uulnera sæua pijs.
Hæc, si regna cupis, si te deus incitat ardens,
Duxque pius membris inserit ipse suis.
Effuge, quisquis ades, non est in sanguine fructus
Diuino, uitium si tua corda legunt.
Nam licet æthereum reserat dux inclytus orbem,
Promisit genitis & sua regna suis,
Consumiles legit ipse sibi, aduersosque repellit,
Et uitij clarus diffidet ille locus.
Spiritus at sanctus diuinum spirat odorem,
Fecundans animo semina sancta pio.
Hunc charitas, bonitasque, fides, spes, gaudia, cædor
Fœlix, calcato paxque, benigna dolo.
Et quæ chara deo communes temperat actus,
Intactæ & carnis clarus honore pudor.

Hæc

AD GALATHAS.

Fol. 251.

Hæc sunt sancta quibus soboles insurgit ad astra,
Quam non inuolucris iam uetus umbra tenet.
Non opus hanc stimulo legali in pellere, motor
Christus adest, animis fortior igne pijs.
Ad uirtutis iter uiuo deus excitat ore,
Et radio ut gladio corda ferire solet.
Hinc uenit, ut puri christo iam fonte renati
Pellant cum uictis carnea uota malis.
Et cruce figentes rabidos mortalibus ignes.
Cum tenebris ueræ pignora lucis habent.

CAPVT SEXTVM.

Eia igitur comites flatu si uiuimus almo,
Spiritus & nostram dirigat ipse uiam,
Diriget ipse placens summo ni obstitis amori,
Et claudit, ualuas sæua fenestra suas.
Tolle precor uanos mundanæ laudis amores,
Si sedet in uoto gloria uera tuo.
Hauisti flammam, tenebrosos effuge lucos,
Non bene cum nitido conuenit umbra polo.
Rosus ob inuidiam ne sis precor, ista uorago
Dirior est medijs que petit esse bonis.
At si forte ruens a uoto cespitet almo
Frater, & obsceno tinxerit ora luto,
Lumen habens uerbique potens hunc flamine leni
Instruat, immitem non decet esse patrem.

II iij Humas

Aduersus huiusmodi non est lex.

Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum uitijs et concupiscentijs.

Si spiritu uiuimus? spiritum ambulemus.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.

Inuicem prouocantes.

Inuicem inuidentes.

Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo districto: uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: consideras te ipsum ne forte et tententis.

MVSA PAVLINA.

Humanus miseresce reo, blandeq; iacentem
 Eriqe, ut exemplo sit pius ille tuo,
 Ne si forte furens uerbo feriat acerbo,
 Spe procul in fratres senior hostis eat.
 Nec qui scepra regis currenti cede furori,
 Sed socia socium corripere mente tuum.
 Antiquum, & uetus est peccantes tollere, christus
 Vult medicus culpa extinguere, non hominē.
 Quo melior, quo plura sapis, clementior esto,
 Ut socius patrem te sciat esse suum.
 Respice, ut errantes famulos dux pertulit, utq;
 Immerito miseras lumine lustrat oues.
 Respice, nanq; potes, parili tenebescere somno.
 Num tibi fas neruis uincere monstra tuis?
 Esto memor carnis, ne duras erige cristas,
 Esto pius, dominum qui uelit esse pius,
 Alter & alterius studeat sufferre laborem,
 Hæc pietas christi, lexq; beata dei.
 Quamuis iustus erat, nulliq; obnoxius aræ,
 Languores nostros in sua membra tulit.
 Pro miseris cædi uoluit, nec percitus ira,
 Hostibus at mitis cum pateretur erat.
 Qui sibi ceu iusto placuit, fratremq; dolentem
 Despexit, iustas non habet ille manus.
 Errauit toto cælo, nec terrea nouit
 Pondera, nec casus Acua superba tuos.

Alter alterius onera
 portate: et sic adimple
 bitis legem christi.

Nam quis se estimat
 et quid esse: cum nihil
 sit ipse: se seducit.

Qui

AD GALATHAS.

Fol. 252.

Qui proprio elatus confidit corde, tumetq;
 Cum sit & ipse nihil, se putat esse aliquid.
 Sed se quisq; probans, si nullo palleat actu,
 Nec titubent factis conscia corda suis,
 Extollat dominū, qui dat bona singula, magnū,
 Et socios uerbis instruat ipse pijs.
 At miseri quoniam pelago iactamur in isto,
 Nosq; simul quassos uentus, & umbra ferūt,
 Communi seruite deo, uotisq; operisq;
 Subueniat socio, qui ualet, ille suo.
 Præcellens donis alios soletur opimis,
 Nec neget a domini, quæ tulit, ore pijs.
 Illi etiam memores, gratosq; docentibus ipsis
 Se præsent, uiui pax crit ista dei.
 Et commune bonum patrem uenerantibus unū,
 Ut membra unius corporis esse solent.
 Subleuet errantem pietas, tenerosq; rudescq;
 Instruat. & patres ad pia sacra uocent.
 At uideant quam uera docent, quæ principe digna
 Christo, qui primum sub duce nomen habent.
 Impia, terrenum quamuis male luserit orbem,
 Non poterit summum fallere turba deum.
 Non est qui domino prudens irrideat alto,
 Ipse omnes uiuis insuper est oculis.
 Optimus & cunctis iudex dat præmia factis.
 Quis neget hoc: regem conuenit esse parem.
 Carne

Opus autem suū pro
 bet unusquisq;: sic in
 semetipso gloriā tantū
 habebit: et non in alie
 ro: unusquisq; enī on⁹
 suum portabit.

Communicet autē is.

Qui cathesizatur ver
 bo: et qui se cathesizat
 in omnibus bonis.

Nolite errare.

Deus non irridetur.

Quis enim seminari
 rit homo hæc et metet.

Qui qui seminat in
carne sua de carne et
metet corruptionem.
Qui autem seminat in
spiritu et spiritu metet
vitam eternam.

Bonum autem faciētes
non deficiamus.

Tēpore enim suo me
tenus non deficiētes.

Ergo dum temp⁹ ha
bemus operemur bo
num ad omnes.

Maxime autem ad vo
caticos fidei.

Carne quidem carnē, tribulos qui seminat hostē
Colliget, & fructus semine dignus erit.
At metet e flatu uitam, succosq; salubres
Qui ferit, ad mensas principis aula tuas.
Siue igitur uestris reddatur gratia factis,
Seu male ab ingratis cesserit illa uiris.
Ad uirtutis opus uotis insurgite lætis,
En nunquam iudex interiturus adest.
Præmia uirtuti dabit deus, erige mentem.
Est deus agricolis messis opima bonis.
Nec sat erat cœlos paruo conferre labori,
Vult premium dominus muneris esse sui.
Plantauit pia uota deus, deus ipse rigauit,
Ipseq; pro uotis dat sua dona pijs.
Ipse tibi datur, ipse deus, hoc altius ecquid
Esse potest, uiuo si potiare deo?
Hoc dum tempus habes, diuino semine semen
Funde, premet dexteras iam breuis hora tuas.
Antequam dæmon frigentes occupet artus,
Cura agrum, post hæc non crit iste locus.
Nunc zephyrus, nunc blanda dies, commissaq; plātis
Sæmina, dum dextris militat aura tuis,
Dum deus ipse uocans, & adhuc mutabilis ira,
Dum locus est teclis frangere posse dolos.
Vtce concessis radijs, & collige fructum
Flamini, & mortem uelle nocere puta.

Cur

Cur fauceat nulli, qui postulat ipse fauorem?
Si seuis, dominum cur petis esse piū?
Vtq; semel sancto claudatur epistola uerbo,
Esto memor socij christus ut ipse tui.
Hæc ait hæc Paulus, digitos agnosce magistri,
Quam legis a Paulo charta notata tuo est.
Dum timui, ne te deluderet improbus anguis,
Quam cuperes forsan longior ipse fui.
At nihil hic longū est, iterūq; iterūq; monemus,
Siste deo, falsis ne moucare uiris.
Illi equidem cunctis inuisi gentibus, ut sic
Vel solymis placeant, quos uetus umbra tenet.
Grande aliquid ceu sit diuinis addere rebus,
Imponunt christo sabbata uana meo.
Ne syncera crucis teneant si dogmata sanctæ,
Versus in hos iaculis improbus hostis eat.
Quos male cum mundus fallaci territat umbra,
Non metuunt ipsum dilacerare deum.
Et scelus his tantum, non lex placet ipsa, trucesq;
Ponunt de uestro bina trophea dolo.
Absit ut his Paulus placeam, uerumq; dccorem
Heu patiar domini commaculare mei.
Absit ut alta tenens christo nisi glorier uno,
Et cruce, quæ populi summa corona pijs.
Gentibus ista probro est, solymis inuisa superbis,
Sed mihi crux alti gloria sola dei.

Hæc

Adhuc qualibus litte
ris scripsi uobis mea
manu.

Quicūq; enim uoluit
placere in carne: hi co
gunt uos circuncidi.

Tantum ut crucis chri
sti persecutionē nō pa
tiantur.

Itaq; enim qui circū
ciduntur legem custo
diunt.

Sed uolunt uos circū
cidi ut in carne uestra
gloriantur.

Mihi autem absit glo
riari nisi in cruce dñi no
stri iesu christi.

MVSA PAVLINA.

*Hæc satis est nostro diuinam ducere pompam,
Pectore, cum stygios fregerit ipsa deos.*
**Per quem mihi mi-
dus crucifixus est.** *Ne iam uana rei tangit me gloria mundi,
Mens quia iam uerum concipit ista bonum.*
*In cruce iam christi uitium configimus omne,
Per christum fixus iam mihi cæcus amor.*
Et ego mundo. *Ipsè ego iam mundo per christum cæsus amaro
Euaſi laqueos terra cruenta tuos.*
*Delicijs nullis moueor, nec gaudia falsa
Immoror, in nullis territor ipse malis.*
In christo enim iesu. *Opto nihil, formido nihil, mihi christus in omni
Pectore, pro cunctis sat mihi christus adest.*
*Hic ualet a seruis rabidos arcere furores,
Et nos a cuncto liberat ipse metu.*
**Neq; circūciso aliqd
ualet: neq; pꝛꝑꝛutium:
sed noua creatura.
Et quicumq; hanc re-
gulam secuti fuerint.** *Quisquis ad hunc uenit, siue a Babylone superba,
Siue a chaldeo semine ducat auum.*
*Est christianus, cum uita, regnoq; potitum
Innouat, & membrum uult deus esse suum.*
*Et noua plebs christum, tenebris induta remotis,
Debit usq; memor nominis esse sui.*
*Hoc hebetat gladios, flamasq; extinguit acerbas
Nomen, & in seuos fert ouis arma lupos.*
*Hæc tibi uox animo, uinces hæc tartara uoce.
Christianum uires principe nomen habet.*
**Pax super illos & mi-
sericordia.** *Si uelis & uictor uitijs obſistere seuis,
Esto memor dominus quid tulit ipse tuus.*

Sic

AD GALATHAS.

Fol. 254.

*Sic tibi post uictum ueniet pax incluta sæclum,
Et pietas uoto te leget usa suo.*
*Concidet Israel pressa tibi carneus umbra,
Spiritus & ueras lucis habebit opes.*
*Illius arma uidens pacem detestor inanem,
Huus de numero uos ego Paulus amo.*
*Hoc placet, hoc sic stat, nostræ hæc sententia mēti,
Hæc erit hæc animo tempus in omne pio.*
*Nemo mihi post hæc umbris uelit esse molestus,
Dum curat uanam carnis habere notam.*
*Nam cruce compatiens christo est quicūq; fidelis,
Signa gerit domini sanguine tincta sui.*
*In christo christus, christi memor, illicet altis
Sentibus affixum sentit habere caput.*
*Et fugat infernas acies, fastusq; superbos
Vertex, quem simili cuspide luma ferit.*
*Ac manus in clauis dilecti saucia christi
Ditior, a furtis abstinet atq; malis.*
*Ad scelus, ad furias, pedibus se extendere fossis
Quis queat? aut uitijs pergere sub uarijs?*
*Admonet errantem pietas, remoratur iturum
Virtus, qua fixum suspicit esse deum.*
*Purus amor flamma est, affectu fortior omni,
Quo sit ab ogigio concita baccha mero.*
*Ergo illastre latus numi feruescet amore,
Quin potius, miseris ut sibi pandet opes.*

Et super Israel dei:

De cetero nemo mihi molestus sit.

Ego enim stigmata bo-
mini iesu.

Terrea

Terrea non cupiet, diuino intentus amori,
 Nil metuet, regem qui uidet esse patrem.
 Hæc sunt signa, quibus soboles christiana nitefcit,
 Quis licet inferni rumpere tela doli,
 Hoc decus est nobis, hæc nostri insignia martis,
 Sic sero sic domini stigmata clara pij.
 Sic patiens patiente deo, surgente resurgens
 Vinco, tartareos uicit ut ille duces.
 Quin etiam pariter nitidis super acra pennis
 Mens cupit ad summum nostra uolare bonū.
 Aduolet, o utinam gremio suscepta beanti
 Gaudeat optato tempus in omne deo.
 Et domini uotis sit pax, & gratia uestris,
 Christus & afflatu uos tegat ipse suo.

FINIS MVSAE PAVLINAE AL-
 uari Gomez in epistolā ad Galathas.

MVSA
 PAVLINA ALVARI
 Gomez in epistolā ad Ti-
 motheū. Primā.

In corpore meo por-
 to.

Gratia dñi nři iesu xpi
 cum spiritu uestro fra-
 tres. Amen.

¶ Certus Pauli apł.

Paulus apostolus ie-
 su christi



Anc tibi mittit amans presul Timo-
 thee salutem
 Paulus, christiferæ quam crucis
 ara dedit.

Imperio

Imperio christi diuina ad uerba uocatum
 Suscipe, & a magno iussa uerenda deo.
 Perlege quicumq; es (nec sunt tibi dura) sacerdos,
 Officio indocilem non decet esse tuo.
 Nec priuata uocat te frater epistola, cunctos
 Admonet, ad ueri signa uenire boni.
 O mihi uir magni generate in sanguine christi,
 Quem facit electum gratia sancta uirum,
 Ut focuum Moses cursu sibi iunxit eodem,
 Te melius natum gloriator esse meum.
 Tu mea signa ferens terrenum insurge tyrannū,
 Non mea, sed nostri lumen opusq; dei.
 Stat deus in sanctis, & sit tibi, totaq; lustrans
 Pectora, det radios motus amore suos.
 Lux tibi sit, claram pictasq; & gratia mentem
 Firmet, & ad patrem se duce pandat iter.
 Scis bene, scis quanto fratres uoluere tumultu
 Christea nocturnis uertere castra dolis.
 Christianumq; pecus uerbo coalescere sancto,
 Et contra horrendos inuigilare lupos.
 Infremit ut teneros demon mihi fascinet agnos,
 Immiscens uerbis impia uerba sacris.
 Ut uulgi uanos miseri uenietur honores,
 Contemnit dominum turba proterua suum.
 At mea mens tenebras superis exercita flammis
 Sentit, & infernis non ruit icla dolis.

Secundum imperiū
 dei saluatoris nostri:
 et christi iesu spei nři
 Timotheo dilecto fi-
 lio in fide.

Gracia & misericordia
 & pax a deo pte & chri-
 sto iesu domino nři.

Vtq;

MVSA PAVLINĀ.

Sicut rogauit te ut re-
maneres Ephesi: cuius
irem in Macedonia.

Et denunciare qui-
busdam.

Ne aliter doceret ne-
que intenderet fabulis.

Et genealogis itermi-
natis quae quaestiones pre-
staret magister edificatio-
nem dei quae est in fide

Vtque uelim praesens cunctis succurrere morbis,
Alloquor in chartis pignora chara meis.
Hoc studio te iam rhodopeias missus ad aras
Praeposui cunae lora tenere meae
Ergo age iam frater foecundum concute pectus,
Te deus ad pugnam, te fera turba uocat.
Vana superstitio tacitas induta Megeras,
Est prior, in uerbum quae mouet arma piuum,
Sed nihilum christo gerit haec illustrius almo,
Nox fugit a uero pulsa repente die.
Quod praesens testatus era, nunc testor, et absens
Oro per innocui uiscera sancta dei.
Hos tu ne doceant uarijs figmenta figuris
Hortare, et passo pascere corda deo.
Impia fraus iusto, turpe aduersatur honesto,
Distant a uero falsa uenena cibo.
Quid iuuat his thalmitibus generisque itermi-
natis Curia, diuersis et sine fine modis?
Quid uenit usque Abramum generosum ducere semum?
Arphasat et nostros usque referre dies?
Phyllirides Chyron, Mesenius, atque Machaon,
Quid faciunt populo nomina uana pio?
Lex sacra, non chartis uarias narraret ut umbras,
Sed domini flammis ut docuisset, erat.
Quid ualet aegrotis atanos numerare medetum?
Fabula, non istis ulla medella sonis.

Finis

AD TIMOTHEVM PRI.

Fol. 257.

Finis legis amor, purum qui sorpsit amorem,
Cur colat in uanis carnea gesta notis?
Praecepti finis mens est sibi conscia recti,
Quae dominum haud ficto pectore semp amat,
Non opus est legi priscis haerere capitris,
Lex data, si dominum quod timeremus, erat.
Iam dominus legem uero firmavit amore,
Quo sit ab inuolucris umbra soluta suis.
Dogma recens abeat, uarios audire magistros
Non iuuat, a christo norma petenda meo est.
Quid labyrintho delusi errabitis antro,
Sub duce qui nexus fertque, refertque, nouos?
Proh dolor, aduersae gladius concurrite linguae,
Vna fides, uno pax datur una deo.
Non domino fidens nugae nexuque moratur,
Nec placet electo curia uana uiro.
Quor sum opus est populo numerosa effingere uin-
Cui charitas summam luminis una refert? (cla,
Haec te per medios uia diriget alma labores,
Non opus est aliam quaerere in astra uiam.
Ficta hominum charitas tecto nutrita ueneno,
Proh dolor e tantis nil capit ipsa bonis.
Non fudit, non surgit ouans, non claustra polorum
Intrat, felices non meditatur opes.
At charitas ueri cum sanguine pota magistrum,
Hesitat in nullis nec timet ulla locis.

kk Offi-

Finis autem praecipi est
charitas de corde puro:
et conscientia bona: et
fide non ficta.

Et quibus quidam ab-
erantes in uaniloquium
conuersi sunt.

MVSA PAVLINA

Officium pietatis habet, non fallere nouit,
 Aut falli, ad superos tendit & una gradus.
 Pendet & a christo, fucatus firma decores
 Non amat, a nullis uincitur ic̄ta malis.
 Hanc nō doctor habens lethalem spar git odorem,
 Et tenebras, morbos & uomit ore graues.
 Nec ualet in christo ueracem agnoscere Mosen,
 Sed gerit ante oculos nomen inane suos.
 Terrenumq; ducem christo sibi format adempto,
 Sic miseram mentē somnus & umbra trahūt.
 Vere est legis amor, signatum ostendere christū,
 Et bona lex uerum cum parit ipsa bonum.
 Sed mala mens legem rabidas aduertit in iras,
 Nec uidet, ut uiso cesserit umbra deo.
 Lex ad tempus erat certo præs̄cripta uigore,
 Quo sceleri uarijs obstitit illa minis.
 Duraq; seruitio miseros arcebat amores.
 Dum cohibet digno morbida corda metu.
 Sanguine iam populos ab auita morte redemptos
 Non decuit, solo iura timore sequi.
 Stat pater, & genitos regali inflammat amore,
 A morte ad uitam nos uocat unus amor.
 Horrida Mosē cessarunt pondera saxi,
 Nec me, nec socios lex tenet illa meos.
 Sponte sua, quem christus agit, frenare furores
 Nouit, & immundas non habet ille manus.

Iusti

Solites esse legis doctores: nō intelligētes neq; q̄ loquunt neq; q̄ quibus affirmant.

Scimus aut quia bona lex est si quis ea legitime utatur.

Scientes hoc

Lex iusto non est posita.

AD TIMOTHĒVM. PRI.

Fol. 258.

Iusticiam seclatur ouans, non hostibus ulro
 Pugnat, uis summam discere legis, ama.
 Lex firmata metu uitio deterret ab omni,
 Iusta etiam demptis sunt pia corda minis.
 Quicquid erat sanctū, quod lex metuēda docebat,
 Per christum iustus hac sine lege facit.
 Impuros tantum damnat lex aspera mores,
 Et scelcri pœnas instruit illa graues.
 Qui facinus, qui turpe nefas, noclemq; secuti,
 Ecceant innumeris secula mœsta dolis,
 Hi sunt iniusti, plebs impia, quiq; rebelles
 Patrant, pollutis crimina seua sacris.
 Qui perimit matrem, dextras qui cede paterna
 Tingere, & innocuos audet adire senes,
 Mechor, mendax, plagiarius, & pia temmens
 Numina, nec uestro nomine digna Venus.
 His erat dignum seruilem condere legem,
 Et dura imposito flectere colla iugo.
 At mihi terrenas qui lucifer igneus umbras
 Effugit hic, nullo dat sua sacra metu.
 Dulce iugum christi pestes excludit acerbis,
 Si semel hoc toto pectore figit amor.
 Ira, Venus, fraudes, & amor sceleratus habendi
 Sint procul, a claris turba pudenda uiris.
 Lex mihi ch̄rus, amor uitio me arcebit ob omni,
 Non opus est alijs ad pia gesta minis.

KK ij Cre

Sed iniustus nō subditis impijs & peccatorib;: sceleratis & cōtaminatis: patricidis & matricidis: homicidis fornicarijs: masculozū cōcubitorib;: plagiarijs: medicib;: & piuris: uel qd aliud sanę doctrinę aduersatur quę est seculi euangelij glorie beati dei: quod creditum est mihi.

Creditus huic totis animis affigor, & unum
 Dū sequor, ad superas mēs mea surgit aquas.
 Omnia perpetuo uanesunt flumina ponto,
 Vis bibere, a solo pocula sume deo.
 Est mare, qui solus tribuat tibi flumina christus,
 Quid queris, Mosem sorbuit ille tuum?
 Hoc mihi erede, potes preciosum sumere neclat,
 Crede mihi, uerbum credidit ille suum.
 Credidit, & iussit diuina spar gere genti
 Semina, & æterni munera summa boni.
 Non ueniunt meritis cœlestia dogmata nostris,
 Nec tanto dignus munere Saulus eram.
 Hoc bonitas perfecit opus, roburq;, uiamq;
 Præstat, & ad charos dona gerenda uiros.
 Dona gero, en ueræ si uis tibi gaudia uite,
 Suscipe, iam ualuis lux micat alma tuis.
 Iam data lux, aperi, Saulo tibi crede canenti,
 His primum radijs obstitit ille furens.
 E tenebris flammæ reuocatus lampade uiuæ
 Suspexi, & lethum, noxq;, furorq;, ruunt.
 Inde potens uerbi curam mihi legat amanti,
 Diuino atq; oculos tinxit odore meos.
 Et bonus immersum tabo subduxit, & Orco,
 Ex hoste & famulum me facit esse suum.
 Ipse infidus, atrox, umbræq; infixus inani
 Curabam genitos perdere christe tuos.

Sed

Gratias ago ei qui

Me confortauit in christo
Iesu dño nostro.Quia fidelē me cristi
mauit ponēs in ministrio.Qui p̄i blasphemus
fui: & p̄secutor: & contumeliosus: s; misericordiā
dei consecutus sū: qz
ignorans feci in incredulitate.

Sed neq; ob inuidiam, nec diro pulsus amore,
 Ignorans partum uirginis, hostis eram.
 At pater omnipotens cæco miserescur hosti.
 Et uiuo radios efflat ab ore pios.
 Errabam simplex, & quanto ardentius umbram,
 Nunc solis docto lumina corde sequor.
 Sic uehemens somnus radio iam cessit Eoo,
 Gratia sic animum confouet alma meum.
 Inq; odium pietas uero successit amante,
 Qua noua lux certam dat mihi nota fidem.
 Constat & in signum q; toti flammifer orbi
 Venerit, est Paulus qui modo Saulus erat.
 Conditor illustres animas non passus inertes
 Ultra, nec populum tabe iacere suum,
 Improba calcato fracturus crimina letho
 Aduenit, & pouulos euocat ipse reos.
 Quoq; magis credas Saulum sibi sumpsit amicū,
 An non hoc summi pignus amoris habes?
 Hostica conuerso dimisit crimina Saulo,
 Nec satis hoc, socium sed iubet esse suum.
 Quid dubitas offerre preces, lucemq;, bonumq;
 Desperas maculis ad bona uerse tuis?
 En fuerat Saulus furiosa percitus ira,
 Susceptus gremio sed sedet ille pio.
 Desine uera uidens libro marcescere capto.
 Desine iam crassis accubitare cibus.

KK iij Au

Superabundauit asit
grana domini nostri.Cum fide & dilectione
que est in christo iesu.Fidelis sermo: & omni
acceptatione dignus.
Quia christus iesus uenit
in hunc mundum peccatores
saluos facere.

Quorum primum ego sum.

S; ideo misericordiā
cōsecutus sum: ut in me
p̄mo ostēderet christus
iesus oēm patientiā ad
informatiōē eorū qui
creditura sunt illi in uita
tam æternam.

MVSA PAVLINA.

Author lucis adest, & te uocat, accipe uitam,
 Accipe promissum regis ab ore deum,
 Nec quia de ligno uoluit pendere cruento,
 Sustinuit, pœnas carne dolente graues,
 Hoc diffide, potens immensa intermina uirtus
 Dat tibi, maētatus uiuere posse deus.
 Mors nihil hoc minuit, nūc est uelut ante, manebit
 Ipse idem regno tempus in omne suo.
 Lucidior uisu, taclūq; est purior omni,
 Infessoz, sedens numine cuncta mouet.
 Huic decus immensū ē nostros tolerasse labores,
 Illi honor, inq; omnem gloria uera diem.
 At te gnate precor curas imitere paternas,
 Siste bonus sancto miles in obsequio.
 Ad pia castra meres, uirtuti premia clara
 Nunc locus est uasli frangere tela lupi.
 Teq; duci fratrem merita sacrare corona,
 Qui pius afflatu te uocat ante suo.
 Ipse tibi impositis christiano uertice dextris
 Commisi nostri munus obire dei.
 Fac placeas christo, qui te sibi iunxit amanti,
 Cui tua iam uero lumine nota fides.
 Ille uirum fortem, gaudens ego mente sodalem
 Agnoscam, posito uincere cuncta metu.
 Magnū opus est heredi spumātia rūpere mōstra,
 Tu potes hoc uerbo si uelis ipse pio.

In te

Regi a sit seculoz im-
 mortali iuisibili soli do

Honor & glia in secu-
 la seculozum, Amen,

Hoc pceptū cōmendo
 tibi fili Timothee se-
 cundū pcedentes in-
 te prophetas,

Et milites in illis bo-
 nam militiam.

AD TIMOTHEVM. PRI.

Fol. 260.

In te sancta fides purum si neclat amorem,
 Fixeris, & domino singula uota tuo.
 Ille agit obliquo christiana negocia sensu,
 Calidus ad partes qui mouet ora duas.
 Qui terram christo misceat, qui tartara cœlo,
 Scinditur, & uotis dissidet ille suis.
 Nec syncera fide, cum mens sibi conscia praua,
 Desinit in placido fixa manere deo.
 Sic & Alexander me deserit, & ferus Hymen,
 Excussi ad stygias qui rapiuntur aquas.
 Qui semel ut uitijs dant frena uagantia seuis,
 Sunt ausi in sanctum mittere tela deum.
 Hos ego, nam pietas gnatos prospexit in omnes,
 Aductui socios commaculare meos.
 Et morbosa secans a corpore membra remouit,
 Perfide cum membris non licet esse pijs.
 Hos si forte pudor lætali prouocet æstu,
 Et mens a solitis temperet uisita malis.
 Sin minus, abstineant, nec iam uelut ante nocebūt,
 Quin potius acuent ad pia gesta uiros.

CAPVT SECVNDVM.

NEc satis, ipse uaces stygij si felle ueneni,
 Antistes populis esto lucerna tuis.
 Luxeris in cunctum delectus episcopus orbem,
 Prescribe & reclus iura tenenda uiris.

KK iij Sit

Habens fidem et bo-
 nam conscienciam.

Quam quidā repellē
 tes circa fidē naufra-
 gauerūt ex qb^o est hy-
 mcne^o atq; Alexander,

Quod tradidi Sa-
 thana.

Et discant nō blasphe-
 mare.

Obsecro igitur p̄m̄i
omnium fieri obsecra
tiones: oratōes: postu
latōes: gratiarū acio
nes pro omnibus ho
minibus.

Sit tibi cura tuos cultu informare parentis.
Et læthum infœlix, & pia regna doce.
Hisq; ostende pias uoces normamq; precandi,
Qua sunt ad gratum corda leuanda deum.
Præcedat pietas, sacrum & turbantia templum
Monstra oret nostris mentibus esse procul,
Religione sacra firmum durare cæcumen
Postulet, ut populum pax beet una pium.
Aduersusq; lupos animum roburq; paternum
Implorent, uotis non fera tela suis.
Nec modo pro sanctis charitas angusta precetur,
Pro cunctis etiam det pia uota uiris.
Porrigat extensas ulnasecclesia, namq;
Vna parens cunctis, unus & emptor adest.
Omnibus ignipotens radios effundit ouantes,
Solq; simul prauis lucet & ipse bonis.
Taurus amat taurū, Leo fuluus & ipse Leonē,
Sanguine si dentes imbuat ira truces,
Cur homo non homines christo dilectus amabit?
An tibi placatum non cupis esse deum?
Nec sat erit, si frater amas, fratremq; piumq;
Hoc est in labris fundere mella tuis.
Impia gens etiam lato obseruetur amore,
Forte uolet dominus hanc reuocare pius.
Vt uero ductata soror coelestibus auris
Gaudeat, ad flammas utilis ara tuas.

Sacrificat

Sacrificat furij, nobisq; aduersa precatur,
Discimus a nostro sed pia facta deo.
Nome uides plagas, & amari uulnera ligni?
Orat pro aduersis agnus & ipse lupis.
Ergo & sancta charis reges mittatur ad omnes;
Vt populos humiles, & sua corda regant.
Nec te uir flammis, aut carcere terreat hostis,
Quem sequeris dominus hæc tulit ante tuus.
Ille bibens haustu uicit fera toxica primo,
Miscuit & lætis dulcia mella malis.
Felle hic potus adest, ne sit tibi cura ueneni,
A christo dulces traxit amaror opes.
Quin potius ridens diro miseresce tyranno,
Esse sciat nostrum, uincere monstra pati.
Ordo regit mundum, socij ne rumpite pacem,
Cura deo, psalmos dicere maior erit.
Hic uideat si iura colit, relectq; ministrat,
Si placet, an iusto displicet ille deo.
An fur an iudex fuerit ne, an publica querit
Commoda: num plexis discrepat ipse malis?
Tempus erit culpam funestos soluere manes,
Vos pacem socij ne lacerate dei,
Vir pie ne inuidiam de uisis concipe sceptris,
Vritur in stratis purpura torta suis.
Diuæ pacis opus curas effringit acerbis,
Heus tibi si christi pax datur, uber eris.

Pro regibus et omni
bus qui in sublimita
te constituti sunt.

En

MVSA PAVLINA.

En locus in pace est pietatis, & ultima bellum
 Damna docet, seuas moribus insidias.
 Quis timor intactum prestat te interrita uirtus,
 Si centum geminis disruciare malis.
 Ni ualet horrificus uirtutem auferre tyrannus,
 Nil facit in damnum christica turba tuum.
 Tunc uere noceat tibi, si terrore pauentem
 Sternat, ut oblitum dixeris esse deum.
 Si te uindictam diro petiisse furore
 Fecerit, aut animos fregerit ille tuos.
 Quid cupis: est christi pietas, q̄ singula prestat,
 Omnibus insidijs hanc cape, tutus eris.
 Hanc cape, ut electum soboles imitere magistrū,
 Conterat & fastum regis imago tuum.
 Cernis ut angelicas potuit quadrare phalanges,
 Et necis horrentes dilaniare duces.
 At mitis fregit furias, uicitq; ferendo,
 Illudens quibus est, proditus ipse dolis.
 Preside sub diro tacuit, uoluitq; mederi,
 Et magis hic patiens, quam ferus hostis erat.
 Cum poterat miseris districto perdere ferro,
 Seruator populi maluit esse sui.
 Sustulit hic nostras donec pia gratia culpas,
 Inspirat nostro lumina sancta sinu.
 Iam neq; nos tantum radijs lustrauit amicis,
 Vult cuncta ad flammam agmina ferre suas.
 Omnibus

Et quietam: & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.

Hoc enim est bonum: & acceptum coram deo saluatore nostro.

Qui omnes homines saluos fieri uult.

AD TIMOTHEVM. PRI.

1.1. 168.

Omnibus optatam proprio dat sanguine uitam,
 Poculaq; ad ueri plena uenire boni.
 Vult sapiens noto sapientes reddere christo,
 Archana & summi dulcia nosse dei.
 O deus, o pietas, medici clementia ueri,
 Cunctis comunem dat deus unus opem.
 Qui fugit a medico sibi morbos imputet, ille
 Non perit a medico, sed perit a uitio.
 Sponte sua illapsæ qui obstruxit limina luci,
 Et tenebras factis imputet ille suis.
 Aegrotis magnus comunia pharmaca christus
 Prestat, & in cunctos uasa salutis habet.
 Unus enim deus est, illi unus filius, estq;
 Hic deus, & medio iunxit utrumq; suo.
 Iunxit composito terras, & numina bello,
 Cum patre ammissas & ligat unus oues.
 Unus iudicio qui nos sibi uindicat æquo,
 Omnis ut hunc dulcem sentiat esse patrem.
 Unicus est & enim mediator, uirq; deusq;
 Debita summa deo soluit, & unus homo.
 Qua deus est, cunctos potuit seruare peremptos.
 Qua uir, pro cunctis hostia digna reis.
 Sic dominus domino seruatos sistit amicos.
 Sic homo fert socios regna per alta suos,
 Omnibus unus amor dat pocula fontibus usq;
 Et salman solymis iungitur unctus auis.
 Ergo

Et ad agnitionem ueritatis uenire.

Unus enim deus: unus & mediator dei & hominum homo christus iesus.

Qui dedit redemptionem semetipsum.

Pro omnibus.

Ergo preces hasdem pro corpore soluimus uno,
 Namq; uno in cunctos funditur una salus.
 Iam neq; quis dubitet sacro perfusa lauacro
 Ethnica christianum corda subire sinum.
 Sum testis, dixitq; mihi, qui cuncta gubernat,
 Gentibus excitis lumine doctor eris.
 Et pia uox nuper miratum uascula Petrum
 Sumere ab immundis iussit edesma locis.
 Ne uoces contemne meas, sum missus ab alto
 Principe, uitale me docet ille fidem.
 Hortor ego fratrem doctor sine fraude fidelem,
 Dicere mentales pectore & ore preces.
 Non locus oranti est puro prescriptus amori,
 Parte potes omni per pia uota rapi.
 Desinat ille ruens solymam iactare cathedram,
 Qua poterat cultris exta litare sacris.
 Organa qui posuit truncis suspensa salignis
 Dum pudet externo dicere sacra loco.
 Desinat in uacuis samaria pangere lucis,
 Iam precibus mundis est deus ipse locus.
 Sunt loca christianis diuino sanguine munda
 Cuncta, quibus purum mens petit ipsa deum.
 Si leuat ipsa manus puras, grateq; precesq;
 Dat domino, inter sum quid nocet esse locum?
 Stat sua christianis & lux, & gratia templis,
 In quibus ad dominum conueniant famuli.

In

Quis testimonii te-
 poribus suis confirma-
 tum est: in quo positus
 sum ego predicator et
 apostolus.

Veritate dico non me
 uior doctor gentium in
 fide et ueritate.

Solo ergo uiros ora-
 re in omni loco.

Leuantes puras ma-
 nus sine ira et discipula-
 tione.

In quibus & christum celebret de more sacerdos,
 Audiat atq; sui plebs pia iura dei.
 Sed tamen & precibus castas insurgere mentes
 Quis uetet, & cuncto numen adire loco?
 Audiet orantes puros deus undiq; quosq;
 Est charitas, dulces que facit esse preces.
 Nec iessea domus, nec iam te umbrosa moretur
 Hostia, mens domino uictima grata pio est.
 Quid decepta manus fontes & flumina perdis?
 Crede mihi, amoto nil ualet unda deo.
 At pia si nulli uitient tua uiscera morbi,
 Crede mihi, pulsis sordibus equor habes.
 Nec precibus tantum mentes instate uiriles,
 Fœmina cum socio sit pia facta suo.
 Spiritus, atq; caro ueteres deponat amictus,
 Amboq; dent uerbis unica uota pijs.
 Hic patriam repetat, regnum petat illa polorum,
 Diuisus telo mortis uterq; ruet.
 Ille petit dominum, terram ne hæc querat amara,
 Vnus sub domino miles uterq; pio.
 Fortem fume animum, nullaq; libidine flexum,
 Cumq; animo diuum tu caro robur habe.
 Vir tuus arma gerit uiuos oculatus in orbes,
 Tu mulier falsas concipis illecebras?
 Tu recubas terre curis immersa sub imis,
 Vir tuus infernis hostibus arma gerit?

Similiter et mulieres

Cōcipe

MŪSA PAVLĪNĀ.

Concipe par numen, christoq; in principe uictrix
 Facta potens, longis uiribus arma cape.
 Concipe par uotum, studijsq; incensa sub iisdem
 Ad supera illæfos lumina tolle sinus.
 Tuq; etiam sanctum seruās noua nupta mariti,
 Offer magnifico teq; tuosq; deo.
 Fande preces, lachrymasq; tuo deuota parenti,
 Ne serpens animam ludat ut ante tuam.
 Non tamen aurato fundes opobalsama cultu,
 Nec tibi disnexas uentilet aura comas.
 Scilicet ipsa trahis distentam murice pompam,
 Et calamistratis criminibus astra refers.
 Duceris ad templum cœtu lustrata procorum,
 Sic ne putas casto posse placere deo.
 Nec tua uox populi terrenos turbet ocellos,
 Ne tuus ex illo uulnere sanguis eat.
 Crimine crimen habes, fueris eum causa furoris,
 Et gemini uindex criminis ultor erit.
 Hunc precor ultorem si sis tibi chara caucto,
 Signatum memori pectore nomen habe.
 Cura habitus animo pulchros ornare modesto,
 Virtus pro cultu sit satis una bono.
 Ne super effractum surges insana maritum.
 Subiectam casto te decet esse uiro.
 Elige depositis & sancta silentia rixis,
 Disce inter medios docta tacere uiros.

In habitu ornato cū
 uerecundia et sobrieta
 te ornantes se: et nō in
 totis criminib⁹ aut au
 ro: aut Margaritis uel
 veste pcciosa.

Sed quod decet mu
 licres promittētes pie
 tatem per opera bōa.
 Mulier in silentio dis
 cat cū omni subiectio
 ne.

In

AD TIMOTHEVM. PRI.

Fol. 264.

In cœtu caueas cœlestia dicere iura,
 Et memor offensæ fœmina parce tue.
 Ausa uirum mulier poma tentare uirenti,
 O btexit tenebris pectora nostra suis.
 O si fœmineis nunquam sapientia uotis,
 Ne rueret noto, quod cupit Aëna, malo.
 Est rationis opus sensus docuisse iacentes,
 Impia non proprium fœmina tentat iter.
 Debit a uero mulier pendere marito,
 Nam prior a charo ducitur Aëna uiro.
 Sat tibi, si uera primum pietate sequaris,
 Quæ dux, & primi causa furoris eras.
 Quid tibi cum cathedra, gnatos nutrire modestos
 Quæ debes, christo germina casta deo?
 Inter blandicias pueris mandare superna
 Dogmata si cupias, & pia gesta potes.
 Utile matris opus, & si conformia christo
 Vbera des, fructum coniugis uxor habes.
 Tuq; nutrix capies, studijs quæ doctor in ipsis
 Præmia, sic domini lux erit æqua tui.

CAPVT TERTIVM.

HActenus & cūctis, sed uirtus maior habet
 His quibus est uerbi cura dicata pij (da ē,
 Præcellat meritis, alios qui excellit honore.
 Ex sudore graui nascitur altus bonos.

Docere autem mulle
 ri non uermitto.

Neq; dominari in uis
 rum/ sed esse in silentiū
 Adā enim prim⁹ for
 matus est deide Aëna
 et Adam non est sedu
 ctus: mulier autem se
 ducta in pignaricatio
 ne fuit.
 Saluabitur autē per
 filioꝝ generationē si p
 manserit in fide: & dile
 ctionē: et sanctificatiōe
 cum sobrietate.

Fidelis sermo.

Si

*Si de episcopatum
desiderat.*

Si quis olympiæ querat sibi præmia palmæ,
Non vincla aut gladios horreat ille feros,
Hic, qui bina petit christanæ cornua mythræ,
Si sapit, a uotis temperet ille malis.
Expendat, quanto sit uox ea iuncta labori,
Quantum de sacro nomine surgat onus.

Bonū op⁹ desiderat.

Veb tibi si donum hoc exposcis episcopus altum,
Et prius ad quæstum suspicis inde tuum.
At si inspector ades, populo si prospicis omni,
Inq; tuis curis nil nisi purus amor,
Sanctum opus hoc, frater uoto fundatus honesto
Accipiet, magnum cordis in arce deum.
Huic committe pecus (deus en tibi tradidit illud)
Qui tibi non ulla parte pudendus eat.

*Oporet enim episco-
pum irreprehensibilem
esse.*

Quo melius, uideas fuerit qui ad sancta legendus
Culmina, de hoc paucis hæc cape signa notis.
Conuenit ut purus, uitaq; sit integer omni,
Nec doctor labem criminis ipse gerat.
Censor & alterius proprios componere mores.
Nouerit, ut gladio non ruat ille suo.

Unius vxoris uirum.

Carne pudiciam curet seruare uerendam,
Grande decus castum sentiat esse uirum.
Unius & templi coniūx non multa requirat
Vincla, satis nunquā pluribus unus erit.

*Sobrius: ornatum: pru-
dentē: pudicū: hospitale*

Sobrius, & uigilans, speculator, ut undiq; nitet
Vulnera, socordem non decet esse patrem.

Sit

Sit grauis, & scepro uolūtates conterat umbras,
Et comes, & gratus, & pius hospes erit.
Sic alios fame fragranti ducet odore,
Et nutriet mammis pignora casta suis.
Nec satis huic uirtus turbæ quæ conuenit omni,
Ut doceat populum sit satis ipse suum.
Calleat hic sancti ueracia dogmata christi,
Detq; sciens reclus optima quæq; uiris.
Non ferus imprudens clamor sam suscitet auram,
Sit charitas ferule sancta magistra piæ.
Absit ut in medijs qui obseruat lumina turbis,
Motet, immundo tempora quassa mero,
Horreat a uitijs, non uulnere sæuiat ullo,
Non odio medicus curat amore pius.
Sit procul hoc nummi rabies scelerata cruenti,
Hæc fuit, hæc cunctis causa futura malis.
Prospiciat templo, sub moribus ornet honestis
In christo genitos lumine pace uiros.
Nunquā lux alios cauto seruabit amore,
Vtilis hic domui ni sciat esse suæ.
Nec teneræ plantæ tantum comitte laborem,
Sed quam post lymphas iam pia uita probat.
Luserit huic dæmon, si uix cœlestia doctus
Dogmata, uult socijs altior esse suis.
Conuenit hunc etiam pulchra splendescere fama,
Totius & culpæ suspicionē uacet.

Doctorem.

Non uisulentum.

Non percussorem: sed
modestum: nō litigiosum:
non cupidum.

Sed domui suę bñ p-
positū: filios habentē
subditos cū oī castitā-
te: si quis autēz domui
suę bene p̄gesse necit
quomodo ecclesie dei
diligentiā habebit: nō
Mcophitum: ne in su-
perbiā elatus in iudic-
cium incidat diaboli.

LL Iam

Oportet aut illi testi-
monium habere bonum:
ab his qui foris sunt. etc.

Diacones similiter.

Pudicos non biligues:
non multo vino dedi-
tos non turpe lucrum
sectantes.

habentes mysterium
fidei in conscientia pura

Et hi autem proben-
tur primum.

Et sic ministrat nulli
crimine habentes. mulie-
res similiter pudicas.
non detrahentes sobrias:
fideles in omnibus dia-
cones. etc.

Qui estis boni ministra-
uerint gradum bonum
sibi acquirat: et multam
fiduciam in fide que
est in christo iesu.

Iam neque apud proprios tantum laudetur amicos,
Luxerit externis per bona facta uiris.
Ethnica sic forsitan ruptis excita tenebris,
Turba erit ad flammam hoc reuocata piam.
Elige, et huic sanctos comites, uerosque ministros,
Sancta quidem in sancto corpore membra decet,
Sint casti atque graues, non illos seua bilingues
Fraus agat, aut multo sorbeat ira mero.
Non terre seculentur opes, non sordida lucra
Admittant, labris dulcia sepe nocent.
Arcanamque fidem puro testentur amore,
Et christum memori pectore suspiciant.
Quum tamen his templi cura est mandata beati,
Conuenit immunes facis habere manus.
Conuenit hos fame uiuo fulgere decore,
Ut quorum pura luce probetur amor.
Tunc hos admoneas ad curam munia clara,
Et sine iam, dextris uoluerit sacra suis.
Quin etiam pariter uita seruire modesta,
Cum patribus sanctis pignora chara iube.
Nam licet inferior fors horum turba fidelis
Ut crescat, puro rite paranda deo est.
Sic erit ad sortem meritis tranare secundam,
Indeque, ad extremum posse uenire locum.
In melius surget primo perfunctus honore,
Ultima per dignos dona petenda gradus.

He

Hec tibi mi frater calamo properante remitto,
Ne dicar nati non memor esse mei.
Ut cito mi uestros liceat mihi cernere uultus,
Te doceat uinum littera nostra decum.
Littera fert uultus animi normamque, uiamque,
Suscipe, de Paulo candide nate tuo.
Aedituum te cerne dei templumque, domumque,
Mystarches serui mente tuere boni.
Quondam erat in solymo fundatum puluere templum,
Nescio quid tali puluere manus erat.
Multiplici ritu, ac umbris lux alma latebat,
Lignea christidicas et tulit arca notas,
At bonus hic Salomon, uere cui nomina pacis
Conueniunt, templo iam nuncat ipse nouo.
Iam Cherubin cessit, cesserunt punica mala,
Et quicquid solymi regis in aede fuit.
Mysticus intererat certo pro tempore cultus,
Sancta sub inuolucris et latuere suis.
Sed bona iam pietas radijs notescit amicis,
Verus et in toto cernitur orbe deus.
Quae Praecepta igitur Laetides inter inermes,
Non opus est, socios his onerare meos.
Sat pietas sacrata uiris, uitaque, deique,
Dogma patens, clarum quo fugit umbra die.
Liberat haec mutas aeterna nocte cateruas,
Et trahit ad uini sceptrum in barque dei.

LL ij C

Hec tibi scribo fili Timothee speras me uenire ad te scito: si autem tardauero ut scias quomodo oportet te in domino dei conuersari quae est ecclesia dei uiui,

Columna et firmamentum
veritatis.

Et manifeste magnus
est pietatis sacramentum

MVSA PAVLINA.

**Quod manifestum
est in carne.**

Cætera semoto uanesunt dogmata christo,
Vult deus hoc cunctis gentibus esse palam.
Christus in offenso duclat pede, lumina pandit,
Perpetuoq;, animos irrigat umbre pios.
Linque modos alios, & solum concipe christum,
Omnis in hoc summi forma decoris adest.
Quid tibi uis miseros frangentia uincla lacertos,
Quod toto exoptes pectore christus habet.
Est pius, est uerax, non est onerosus amanti,
Vino, oleo, medicus uulnera nostra fouet.
Viua potens animos facit hic sibi templa decoros,
Hunc presul totis concipe uisceribus.
Ne graue sit nostris q; non ornacula templi
Præscribo, affectum plus amat ille pium.
Gratior est pietas quam sit tua purpura, mentem
Da puram, ornatum tunc tibi crede bonum.
Nec tamen hic mens est cultus damnare futuros,
Quum genitrix latius uicerit alma Ioues.
Tunc erit ut pulchras auratis turribus aras
Erigat, & tyrias uestis habebit opes.
Nunc satis est ueris animos ornare fauillis,
Cor humile est uiuo uestis amica deo.
Iusticiæ purum iustus tibi contulit actum,
Et tua cœlesti crimina ter sit ope
Nec eclata dedit preciose balsama uite,
Dogma pium cunctos peruolat ante oculos.

Cælo

**Iustificatus est in spiri-
tu.**

Apparuit angelis.

AD TIMOTHEVM. PRI.

Fol. 267.

Cælo admiratæ sonitum fecere camæne,
Occidit angelicis & pia terra choris.
Hic cœlum, hic terras, diuino perflat amore,
Arcana optati iam patuere dei.
Nec minus hæc chara sunt, q; sunt uulgata p orbē,
Hoc in terrenis mercibus esse solet.
Nota magis fulgent, sterileq; effusa per agros
Sunt magis a magno credita dona deo.
Quod nulla humanis poterat facundia uerbis,
Tradere, nec pharijs martia bella rotis.
Hoc simplex sermo potuit, mundumq; subactum
Quum uideas uitijs turpe iacere tibi est.
Et nisi te christo moueat turbata perempto
Machina, & a tumultis eruta turba iacens.
Inspice, qua uirga latebras cōcussit auernas,
Et rupit stygios dite furente lares.
Suspice, ut angelicus nitidis exercitus alis
Orbere uerenti det pia uota duci.
Hæc sunt, hæc christi mysteria sancta beati,
Esca, quies, animis paxq;, salusq;, pijs.
Viuat & in christo mens est quæcunq;, fidelis,
Non opus est alia quærere sacra uia.
Si premeris uinclis hic te exonerabit acerbis,
Vis uera a uiuo gaudia posce deo.
Præmia si factis solus dat præmia, christus
Te uebet ad regnum si uelis ire suum.

**Prædicatum est gen-
tibus.**

Crediti est in mundo

Assumpti est in glia.

LL ij Hec

Spiritus autē manifeste
dicit: qz in nouissimis
temporibus discedet quā
a fide; attendetes spiriti-
bus erroribus: & doctrinis
demoniorum in hypocri-
si: loquentium mendaciter:
cauteriam habentium
suam conscientiam.

Prohibentium nubere

Abstinere a cibis quos
deus creauit ad percipi-
endum cum gratiarum actione
fidelibus: & his qui cogno-
uerunt veritatem: quia omnis
creatura dei bona est:
& nihil reijciendum quod cum
gratiarum actione percipitur.

HAec toties uobis memoro, nā maximus ait
Qui uiuo uerbum flauit ab ore patris. (thor
Venturos ait esse dies, quibus impius anguis
Impuret, ficto dogmata casta modo.
Quisquiliasque deo miscens, falsosque cathones,
Seminet, angelicis nigra uenena sonis.
Hic statuens pietatis opus sub cardine terrae,
Plus miseram carnem quam pia sensa colet.
Cordaque, cauterio scelerum foedata profundo
Velabit, christos uoce canente nouos.
Vtque, sit in precio fidele pietatis imago,
Audet, legitimos & prohibere toros.
Ecce sub aëseno uentosa cucurbita bombo
Esse putat, reliquas nomen inane cruces.
Aestuet, & quanquam uitius ac peste furorum
In uoto tantum caelibe ponet opem.
Atque, utinam hoc seruet, nec iam nisi coniuge liber
Voluat, in obsceno brachia mersa luto.
Quinetiam & mundum cum sit genus omne ciborum,
Contemnet nostri munera sancta dei.
Et cineres tetros gens insyncera, doloque
Offundet, socios fallere docta suos.
His obfiste precor, christiana uoce ministrum,
Teque, dabis domino per crucis arma tuo.

Qui

Quique, puer fueris christi ad uexilla uocatus,
Fortior hoc firmo pectore miles eris.
Rumpe duces stygios & iniquos disijce mores,
Et ruat exemplo tortilis umbra tuo.
Verba prophanata ueneris scenasque pudendas
Linque, comes casti si placet ille dei.
Si sit amor placidis tentare & carmina nervis.
Hymnicos, epicos & tibi christus habet.
Nec tibi uentoso suras uincire cothurno,
Atque, animos molli frangere uoce iuuat.
Dulcia de noto diuinaque, gaudia Iesu,
Et charites omnes pectora munda tenent.
Sursum corda leuans mentali surge decore,
Et data diuino numine dona cape.
Ad latices uiuos puro potatus amore,
Fas tibi Saraphicos iam quoque, ferre cibos.
Numina sancta precor christiano concipe metu,
Exerce, & radijs lumina tota pijs.
Quinetiam, & carne studijs confringe modestis.
Vtilis interdum est & iuuat ipse labor.
Vtilis est pietas, & sidera circuit alta,
A caelo in miserum labitur aëta solum.
Nunc bona dux animis procurat fercula iustis,
Nunc fouet humano corpora casta cibo.
Monstrat in hac uita quid sit tibi rite petendum,
Quis finis, placidam quae decet ire uiam.

LL iij Hæc

Hæc proponēs fratibus:
bonus est minister christi
Iesu: nutritus uerbis
fidei: et bonæ doctrinæ
quam assuetus es:

Ineptas autē & aniles
fabulas de uita.

Exerce autē teipsum
ad pietatem.

Etiam corporalis exer-
citatio ad modicū uil-
lis est.
Pietas autem ad om-
nia utilis est.

Promissionem habes
uitæ quæ nunc est: & fu-
tura.

MVSA PAVLINA.

Fidelis sermo et omni
acceptatione dignus: in
hoc enim laboramus:
et maledicimur: quia spe
ramus in deum uiuifi.

Qui est saluator om-
nium hominum maxi-
me fidelium,

Præcipe hæc et doce.

Nemo adolescentiã tuã
contemnat.

Sed exemplum esto
fidelium,

In verbo,

In cõuersatione: in cha-
ritate: in fide: in castita-
te: dum uenio.

Hæc spem longinquam firmat charitate, fidemq;
Astruit, hæc uero sistit amica bono.

Hoc uerum est, nostro dubitet quis credere uerbo,
Hanc spem qui nostris mentibus esse uidet.

Ignibus et gladijs terra torquemur et unda,
Sed fortes uiui sistimus igne dei.

Terrestres flammæ supero uincuntur ab igne,
Regnat et in flammis ius habet ille suas.

Ille hos constantes animos ad uerba præstat,
Spe quoq; dat uiui regna tenenda poli.

Firma igitur spes nostra, potens, non fixa caduco
Principe, non neruis terra superba tuis.

Sed domino, uiuoq; deo, quo mortua possunt
Viueri, qui gratis dat bona summa uiris.

Fortiter hæc præsul constanti præcipe uoce,
Ne lateant ueri dogmata pulchra boni.

Sed neq; q; iuuenis timeas, pia dicere uerba
Conuenit, immundos conterat iste metus.

Præstitit hic multos qui uita est integer annos,
Vixit enim placido tempora magna deo.

Ille senex quisquis proprium maculauit amorem,
Qui uenere et sæuis abstinet a uitijs.

Nec te despicient mysteria summa docentem,
Si tua sit uerbo consona uita sacro.

Si charitas, pax, atq; fides, pietasq; decorq;
Fulserit, in factis pectore uoce tuis.

Spes

AD TIMOTHEVM. PRI.

Fol. 269.

Spes mihi grata quidem sociũ te cernere nostrũ,
Solari et monitis uiscera sancta meis.

Interea officijs uigilans insiste beatis

Et cape de libris gaudia mira sacris.

Ex his percipies quid sit tibi rite docendum,

Vt sit ab erranti cognitus author oui.

Non temere ista tibi cessit prouincia fratri,

Sed datur a summo cura paterna deo.

Hoc facit impositis q; sit tibi gratia dextris

Illapsa, ad solidos et uia facta cibos.

Munere diuino luce hac instructus honore

Dignus eris, dotes percipe corde tuas.

Siste deo, gratus dono et responde superno,

Et cura exemplis utilis esse tuis.

Ac gemino fructu foelix te a funere sæuo,

Et tibi mandatas cripe pastor oues.

CAPVT QVINTVM.

Sed neq; in officio rigidũ te ostende tyrãnũ,
Qui leni errantes flectere uoce potes.

Vidi ego blandicijs duros cessisse furores,

Quem nequit et cogens flectere, flectit amãs.

Pharmaca sunt ægro blandis adhibenda laceratis,

Non tremat ultorem, quem uidet esse patrem,

Ergo senex uerbis per te admoneatur amicis,

Perdes, si fatuus hunc feris ipse minis.

Aspera

Attende lectioni: exhortationi: et doctrinæ:

Noli negligere gratiã
que in te est.

Quæ data est tibi per
prophetiã cum impos-
sitione manuum pres-
biterij.

Hæc meditare: in his
esto: ut profectus ma-
nifestus sit omnibus.
Attende enim tibi: et do-
ctrinæ insta in illis hoc
enim faciens et te ipsũ
saluum facies: et eos q;
te audiunt.

Seniorem ne increpa-
ueris:

MVSA PAVLINA.

*Aspera canicies duris si arcere lupatis
Hanc tentes, multis diffidet illa modis.*
Sed obsecra vt p̄rem Hanc uelis ad lucem posito renocare rigore,
Vir sapiens motus temperat ipse suos.
Iuuenes vt f̄res an̄ Tu iuuenis iuuenes, ut amicos corripere fratres,
vt matres. Et uetula in christo sit tibi chara parens.
Iuuenulas vt sorores. Sitq; puella soror, hancq; exhortabere casto,
Semper adorandum corde tenere deum.
In omni castitate. Vt, quam sub sacris seuias armare fauillas
Non puduit, mundi nec uidet ora dei.
Nec uidet æthereos tam foeda ad crimina uultus
Veteri se, & casu cuncta dolere suo.
Cura sit & sancto, rumorem auferre sinistrum,
Surgat, & a factis fama decora tuis.
Viduas honora: Est uiduis seruandus honos, orbataq; mater,
Præsidio, & nostri uoce tuenda dei.
Quæ ueræ uiduæ sunt Quæ deserta uirum planxit gnatosq; nepotes,
Iamq; uelut domino se dicat Ana pio.
Quæ fuerit patiens operis ueneranda pudicis,
Moribus, & sancto digna placere deo.
Si qua autem uidua Hæc tibi sit curæ, simul illa fideliter almi
filios aut nepotes ha- Si memor est christi, pignora casta regat,
bet discat primum do- Nutricis, matrisq; locum præstare senectam
mum suam pie regere. Conuenit, haud segnes conuenit esse patres.
Et mutuam vicem red- Hinc mutuam defferre uicem pietatis alumnos
dere parentibus. Vult deus, & natos conuenit esse pios.

Nec

AD TIMOTHEVM. PRI.

Nec desperet inops, uiuit deus, ille gementi
Prospicit, & largo numine curat opus.
Ille piam uiduam uero dignatur honore,
Et pro defuncto coniugete rector adest.
Ergo hæc non sanctis precibus lassata recedat
A domino, ignotam non decet esse crucem.
Stat sua cuiq; dies, suus & labor, instat ubiq;
Hostis, & in carnem turbida seuit hyems,
Sed pater est cunctis præfens, aderitq; uocatus,
En nunquam uotis deficit ille pijs.
Sive tibi a Lybicus insurgant turbina campis,
Aut Scytico gelidus quo riget axe polus.
Sis constans ueriq; tenax, & nocte dieq;
Mens precor a socio non moueare deos
Sic deus est coniux uiduæ, sic Græcia dixit,
More suo Samios uincere fata senes.
Quid cupias coniuncta deo? quid deficit illi
Cui deus est: plenum cernite membra caput.
Delitias mundus sequitur, christiana iuuentus,
Arma crucis, uanas effuge delitias.
Illecebras carnis, flatum, christumq; crucemq;
Vt cœlis terram, iungere nemo potest.
Mors a delitijs oritur, summamq; quietem
Dat labor, inuerso uita petenda modo est.
Nec durum confinge deum, sunt dulcia relictis
Numia, habet magnas christus & illecebras,

Has

Fol. 270.

Quæ autem vere uis
dua est: solata speret
in deum.

Et instet obsecrationibus
et orationibus.

Die ac nocte.

Mã quæ in delitijs est
uiuens mortua est, &c

MVSA PAVLINA.

Has purus monstrabit amor, charitasq; fidelis,
Non licet humanis ista referre notis.

Has pietas tibi uera dabit, pia scilicet imbre
Diuino uiuens irrigat ora parens.

Fœmina sancta deum ne desere, cura tuorum
Sit tibi, sic domini regna paranda pij.

Sic tibi ab æthereo ueniet uir clarus Olympe
Quæ magno ueras scœnore reddat opes.

En eget auxilio, quæ non tulit, improba christum
Mens negat, in socios cum riget illa suos,

Sanguine cur iusti, christa & gaudeat ara,
Quæ spreuit passi pignora certa dei.

Quæ curare suos neglexerit, haud pia nouit
Numina, nec misso militat illa deo.

Iam quoq; si lædat, stygio coniuncta tyranno
Pestifero infernum pectore uirus habet.

Ergo electa senex multis ignota maritis
Sit tibi, & officijs ante probata bonis.

Si sobolem christo, instituit, sanctisq; receptis
Exibuit, promptas hospita leta manus.

Si miseros solata inopes, mœstisq; iuuamen
Præstitit, & ueram sic docet, esse fidem.

Asst alias capta peccare licentius umbra,
Si uideas mœstos atq; ciere focos.

Ne uacua errantes tituli sub nomine sacri
Deturpent, rupto in usq; piumpq; modo.

Cōsule

Si quis autem suorum
& maxime domesticorum
curam non habet,

Fidem negauit.

Et idua eligatur non minus
sexaginta annorum:
vnius uiri uxor: in operibus
bonis testimonium habens:
si filios educauit: si hospitio
recepit: si sanctorum pedes lauit:
si patientibus tribulationem
subministrauit. &c.
Adolescentiores autem uideas
deuota: cum enim luxuriantate
fuerint in christo nubere uoluit:
habentes uanationemque primam
fide irritam fecerunt. &c.

AD TIMOTHEVM. PRI.

Fol 27x.

Consule, ne christum studeant fraudare decorum,
Maior in irrisis culpa futura sacris.

In christo nubant, ne dum pia culmina querunt,
Infides stygias ad referantur aquas.

Si uiduam quis fidus habet non deserat illam,
Ne petat, & populo sit grauis illa pio.

Presbiter & pauper macie confectus anili,
Ut referens christi signa iuuandus erit.

Integer & prudens digne qui presidet hic te
Pro meritis natum sentiat esse pium.

En pietas sibi poscit opus pietatis, & ipse
Hunc foucas, gemino gratus in officio.

Hunc meritis animi digno obseruabis honore,
Huic dabis & castum quo potes ere cibum.

Ne tibi qui sacro præstat pia pocula uerbo,
Indigus heu uiles discat adire lares.

Altius his munus cœlo debetur in alto,
Et pia de partu det quoq; terra suo.

Lege pio agricolæ merces reddetur honesta,
Tritor anbellanti quis liget ora bouis?

Iste docens mentem diuino neclare pascit,
Quis de terrenis huic neget ulla cibis?

Nec leuis in sacrum testis admitte furoris,
Cæca solet uarijs ludere turba modis.

Quod si peccantes uideas manifestius hosdem
Ipse palam uerbi corripe uoce pij.

Uolo autem iuniores
nubere: filios procura
re: matres familias esse:
nullam occasionem
dare aduersario male
dicti gratia: si quis uero
fidelis huius uiduas si
lia sub ministraret illis
ut non grauetur ecclesia
qui digne præsumt presbiteri
duplici honore
digni habeantur.

Maxime qui laborant
in uerbo & doctrina.

Dicit enim scriptura non
alligabis os boui trituranti
et dignus est operarius
mercede sua.

Aduersus presbiterum ac
cusationem noli recipere
nisi sub duobus aut tribus
testibus: peccantes contra
omnes oibus argue: ut ceteri
timorem habeant.

Pro

MVSA PAVLINA.

Pro gladio uox sancta ualet, culpaq; patentes
 Corrige, non segnem conuenit esse ducem.
 Quod si afferre metus, leges potuere prophane,
 Si tantum magnos terruit umbra uiros.

Testor coram deo. Ipsum ego te obtestor per summi numina patris,
 Qui regna electis dat pius alta uiris.

Et christo Iesu. Per iesum, claros qui nos facit esse prophetas,
 Qui dedit hęc populo dogmata casta suo.

Et electis angelis ei. Atq; per humanos spectantia lumina uultus,
 Hęc est angelici turba uerenda chori.

**Et hęc custodias sine
 pręiudicio: nihil facies
 in alteram partem de-
 clinando.** Integer ut iudex & nullo flexus amore,
 Aut odio socijs des pia iura tuis.

**Et domini mandata sequens, non uerba patromi,
 Non tua, sis pastor numine teste bonus.**

**Teq; ubi uitaris, comites uitabis inertes.
 Ne lacerent scepro iusq;, piusq;, suo.**

**Improba pernicijs plebi imposuisse tyrannũ est,
 Aut uilem, superum qui male cernit opus.**

**Dilige de sanctis, & prouidus inspice rector,
 Cui dederis populi Lora tenenda dei.**

**Errat inops animi, stolido qui cessit habenam,
 Lector in electo peccat & ipse uiro.**

**Cerne deum, ueroq; dabis te pręsule dignum,
 Sitq;, micans animo lucis imago tuo.**

**Huic similem te ostende patrem, uitijq; peręptis,
 Imocuum casto te quoq; iunge deo.**

Corporis

AD TIMOTHEVN. PRI.

Fol. 272.

Corporis ob morbum miseri, ne perde uigorem
 Mentis, adest animo sarcina terra tuo.
 Obstet enim celeri menti qui corpora multum
 Aggrauat, & nervos conterit ipse suos.
 Et qui mollicie sensus hebetauit inertes,
 Ledit, & in uarijs perdita corda cibis.
 Inter utrumq; tene, medio tutissimus ibis.
 Cura tamen potior mentis, habenda tibi est.
 Cur petis ad potum gelidas Abstemijs undas?
 Tinge precor modico morbidus ora mero.
 Sed ne cuncta putes humeris incumbere sacri
 Iudicis, in populo crimina facta tuo.
 His pręscribe modũ, quę sunt manifesta uetare,
 Te decet, hęc gladio sunt ressecanda tuo.
 Improbitas (occulta tamen) seruatur ad archum
 Iudicium, iusti cum uelit ille dei.

CAPVT SEXTVM.

ERgo recensendis non sunt hęc tpa morbis
 Omnibus, at uerum dicere tēpus adest.
 Expedit hos potius uitę melioris ad usus,
 Ducere ab exemplo, quam lacerare manu.
 Expedit, & sanctis communita noscere iura,
 Et leges dempto non uiolare modo,
 Ergo age, qui sacro serui sunt flumine loti,
 Non credant dominos ledere posse suos.

Christianus

Moli adhuc aquã bis
 bere: sed modico uino
 uere: propter stoma-
 chum tuum: frequē-
 tes tuas infirmitates.

Quorũdã hoim pec-
 cata manifesta sunt: p-
 cedentia ad iudicium
 quorũdam autem sub
 se quistur similiter & fa-
 cta bca manifesta sũt:
 et quę aliter se habent:
 abscondi non possunt.

Quicũq; sũt subiugo
 serui: dños suos oi ho-
 noze dignos arbitret̃.

Christianus noctem purgantibus exuit undis,
 O bſtrictus sed hero ſtat uelut ante ſuo.
 Seruit ut ante, licet iam dæmone chriſtus adegit,
 In chriſto dominum cur neget ille ſuum?
 Ne faciat uinctos chriſtiani dogma ſuperbos,
 Sed fidei blando pectore creſcat honos.
 Chriſtianoq; magis domini bene ſeruiat, & ſi
 Iam ſocium domini ſe ſciat eſſe ſui.
 Gratus, amans, nec iam ſeruili motus amore,
 Quod charitas ſeruum uerterit in ſocium.
 Hæc doceas exhortor habens mea uiscera inſto
 Fixa deo, legem qui iubet eſſe parem.
 His qui aduerſa docet, uero nec conuenit uni,
 Sed rabido uerbum diſſecat enſe pium,
 Verborum pugnas rixa qui inſtruxit auerna,
 Eruclat uarijs languida corda notis.
 Arroget hic pelues & tintinabula ſumi,
 Non feret a uerbo dona ſuperna pio.
 Inuida ſulphureo rabies educlat barathro
 Heu rabies nodis gignitur auclat ſuis.
 Quin etiam & cæco perquirens lumina uultu,
 Ceſpitat, in teſtos & ruit ille dolos.
 Menſq; ſuper ſtygiū paulatim induta uenenum
 Non bene tractato perſurit atra deo.
 Inde ſuos queſtus amplexa concipit umbra,
 Imponens fraudi nomina ſancta ſua.

Hæc

Me nomē dñi & doctri-
 na blaſphemē: q̄ autē
 fideles habēt dños nō
 cōtēnat qz fratres ſunt
 ſed magis ſeruiāt qz fi-
 deles ſunt & dilecti. qz
 bñficij participes ſunt
 hęc doce et exhortare.

Siq̄s aliū docet: et nō
 acq̄ſcit ſanis ſermoni
 b̄ dñi nri iēſu ch̄i et
 ei q̄ pietate eſt doctri-
 ne ſuperb̄: nihil ſciēs
 ſed lāguēs: circa q̄ſtio-
 nes & pugnas uerbor̄:
 ex quib̄ oriunt̄ inui-
 dię: cōtēptiones: blaſ-
 phemię ſuſpiciones: ma-
 le cōſtitationes hoīnū
 mēte corruptorū: & qui
 a ueritate priuari ſunt:
 exiſtantiū queſtū
 eſſe pietatem.

Hæc ſcabies uerbo non eſt ſuperabilis ullo,
 Permanet electis ebria turba malis.
 Hos contra uerbis nullo contende rigore,
 Cur datur, ad porcos fulgida gemma tuos,
 Diteſcant furijs nummos, uenentur & auras.
 -Chriſtiano ſatis eſt, ſi, ſit & ipſe pius.
 Eſt pietas, queſtus, nobis quæ ſufficit una,
 Virtute, æthereas ad penetrare domos.
 Sufficit æternæ præſtare potentia uite
 Robora, & optati gaudia uera boni.
 Hæc dux una placens, ſceleratas conteret umbras,
 Et dabit innocuos hæc quoq; carne cibos.
 Sat nobis regnum ſic ad properantibus altum,
 Interea caſto uiuere poſſe modo.
 Hoc ſatis, & ſtudio non parua eſt gloria noſtro,
 Si ſic, cœleſtes accumulauit opes.
 Quorſum opus eſt, animos q̄ſito frangere nūmo,
 Qui comes, in noſtra non queat ire uia?
 Impiger extremos currat mercator ad Indos,
 Ah, quoties tumidos perditur ille freto.
 Acquirat terram duris ſibi miles in armis,
 Ah, quoties gladio concidit ille fero.
 Ah, quoties etiam queſita fallitur umbra,
 Qui nequit ex ipſis ſe ſatiare malis.
 Sed uoto ſuccedat opes captare ſuperbas,
 Quis dabit illecebris uiuere poſſe tuis?

MM Nox

Eſt autē q̄ſtus magnus
 pietas cum ſufficiētia.
 Habet enim intulim⁹ in
 hunc mundū haud pu-
 bium quia nec auſſere
 quid poſſumus.

Habentes autē alimē-
 ta: & quibus tegamur
 his contenti ſumus.

Nox ruit infœlix, & inertes occupat artus,
 Quid ualet in lecto gaza relicta tuo?
 Diuitijs nudi, nam sic deus ipse creauit,
 Ibimus, hæc natis est data summa uiris.
 At pietas fœlix, quæ te comitetur euntem,
 Et uehat, & passo sistat amica deo.
 Hæc fuit hæc animi totis optanda medullis,
 Hanc pete, dux factis sit precor ista tuis.
 Cum nūmis pietas studio non crescit eodem,
 Si cupias nummos, nil nisi uirus amas.
 Nā quos dira fames, sceleratus & ardor habēti
 Occupat, ii multis sunt data præda malis.
 Hos trahit in laqueum mortis uesana cupido,
 Agmen agens uitij & comitata feris.
 Hanc sequitur toruo terrena potentia fastu,
 Ambitio, luxus, ira, rapina, dolus.
 Cæca uoluptatis rabies teterrima monstra,
 Quid moror, est cunctis causa cupido malis.
 Nec se sed præsul cunctos infecit auarus,
 Vt nocet afflatu pestis acerba suo.
 Deficit a uerbo uita dum seua requirit
 Aera, nocet multis dum premit illa feris
 Et miser hic suavis uita mulcedine captus,
 Deserit heu, magni deserit arma dei.
 Tu ne his cede malis, sed contra audentior ito,
 Quem deus ad sceptrum deligit ipse suum.

Eslo

Nā qui uolūt diuites fieri incidit in tētatio- nē: & in laqueū diabo- li: & desideria multa in utilia et nociua: q̄ mer- gūt hoies in interitū: & perditionē: Radix em̄ omnium malorum est cupiditas.

Quāquidā appeten- tes errauerūt a fide: et

Inseruerunt se dolo- ribus multis.

Tu autem.

Eslo homo, præcipuis ne sint tibi uilia uotis,
 Parte potens cælum qua sapis alta cape.
 Nec te cura soli, stipulis defleat & auris.
 Antistes puro disce placere deo.
 Aeternis inhians opibus, picta & fidesq;
 Iusticia, & uoto sit charis alma tuo.
 Iusticiam pietate coles, ueroq; fidelis
 Ipse tibi, & focijs utilis esto tuis.
 Corporis, fē duras patienter ferre procellas,
 Spes faciet, summo plena futura bono.
 Hæc, qui diuitijs tantum incubuere legendis
 Tennentes, uerum deseruere pium.
 At tibi (si qua uides carnati lumina uerbi)
 Charior humanis sit deus illecebris.
 Siste deo, ignitis & præmia concipe neruis,
 Ad quæ te fœlix iam prior ille uocat.
 Vt tibi post duræ certamina clara palestræ,
 Sit data, per passum pulchra corona deum.
 Presbiter electus multis testantibus ore
 Fessus eras, nostri numina summa dei.
 Fessus eras terris dominum de uir gine natum,
 Hostia pro populis qui fuit alma reis.
 Vt bonus hic passo calcauit tartara læto,
 Cætera, quæ gnatos sancta magistra docet.
 Fessus eras christum factis & corde sequendum,
 Quod nunquam uerbo distraberere pio.

MM ij Sta

Es homo de.

Hec fuge.

Sectare uero iusticiã:
 pietatē: fidē: charitatē:

Patentiam: mansue-
 tudinem.

Certa bonū certamina
 fidei.

Apprehende uitã eter-
 nam in qua uocat̄ es
 & confessus bonam cō-
 fessionem: coram mul-
 tis testibus.

Præcipio tibi.

Coram deo.

Qui iustificat omnia:

Et ch̄o iesu q̄ testimo
niū reddidit sub p̄otio
Pilato: bonam cōfesa
tionem.

Et seru⁹ mādatū sine
macula.

Irrephēibile: vsq; in
aduentū dñi nr̄i iesu
ch̄r̄i: quē suis tēporib⁹
ostēdet bea⁹ ⁊ sol⁹ po
tens rex regū ⁊ domi
n⁹ dominantū q̄ sol⁹
habet immortalitatē ⁊
lucē habitat inaccessi
bile: quē null⁹ hoīum
vidit s; nec videre p̄t.
Cui honoz: ⁊ imperiū
sempiternum. Amen.

Sta precor, atq; bonū uigilans imitare magistrū,
Et moueant animum principis arma tuum.
Te dominus, specula doctorem spectat ab alta,
Turba ministerium perspicit alma pium.
Spes populi factus, labentem suscipe lucem,
En precor, en fusis lux micat alta comis.
Testor amice patrem uitæ qui præsidet omni,
Qui citat e gelidis mortua membra locis.
Et iesum, quī cuncta creat dominumq; uirumq;
Qui fuso uerax sanguine testis adest.
Qui fidei ueræ confessus dogmata coram
Iudice, perpetuæ uasa salutis habet.
Ut, tibi nam sancti cessit provincia uerbi,
Procures, magni iussa subire dei.
Et nitidas animas maculis in fonte relictis,
Ante ora sponsi dulcia ferre pijs,
Constanti expectans animo, lætoq; uigore,
Intrepida extremum cernere carne diem.
Cum deus ipse potens, cœlo ostendetur ab alto,
Mercedem populis & dabit ille suis.
Ille potens regnum dominus princepsq; deusq;
Quem canit angelici turba beata chori,
Cum patre qui, & sancto finitas pneumate uires
Cataphasim nostram despicit exuperans.
Quiq; habitat lucem, tenebris & clauditur altis,
Dum uincit radijs lumina nostra suis.

Vita

Vita super uitam nullo enarrabilis ore,
Nunquam non rectis aspicienda uiris.
Nulli accessa, omni dat sacra silentia menti,
Cogit Apophaticos summa tacere sinus.
Cui sit honos, regnum, uirtus, æterna potestas,
Et decor, & fœlix tempus in omne dies,
Ergo nihil metuas, domino confusus in isto,
Nec dubites, præsens en tibi christus adest.
Christus in æternum ueri ditissimus auri.
Cuius & in terris iustus habebit opes.
Ergo & diuitibus, ne curent terrea tantum
Præcipies, christum dic cape, diues eris.
Dic quibus euenit terrenæ gloria Gazæ,
Ob quam semideos inscia turba uocat.
Ne se thesauris tribuant, ne lumina claudant,
Sed pateant socijs corda paterna suis.
Ponant exosos fastus, nec puluere fidant,
Nec statuant uano robora tota luto.
Que mors aut casus rapiet, sed principe uitæ
Sistant, christianis nil negat ille uiris.
Tu uere, diues fueris, cum largus egenis
Distribues, magni munera sancta dei.
Spreueris & tenues nullos, dulcisq; misellis
Et comes, infestum pone supercilium.
Molibus & structis ne fides, terra labascit,
Omnis ad interitum pellitur hora suum.

Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄
cipiendō sublime sapere
neq; sperare i incerto
diuitiarum.

Sed in deo uiuō: q̄ p̄
stat nobis oīa abunde
ad fruendū bñ agere: di
uites fieri in bonis opi
b⁹: facile tribuere cō
municare: thesauriza
re sibi fundamētū bo
nū in futurū: ut appre
hendant uitam æternā

MM iij Hic

MVSA PAVLINA.

Hic nihil est certum, ponto iactamur & curis,
 Si sapimus, ueras ad properemus opes.
 Te mihi chare precor, geminoq; obfector in igne,
 Serua hæc a nostro dogmata missa deo.
 Nec uitiare sinas, hoc uana sophismata sacrum
 Verbum, quod uerbi fluxit ab ore pij.
 Scire nihil, scire est, quod christū nescit, & omnis,
 Omnia scit, solum qui scit amare deum.
 Heus, christiana fides credit non disputat, hoc est
 Credere, iusta pio figere corda deo.
 Iamq; uale, & ueri dulcissima gratia christi
 Inspiret, uotis cœlica regna tuis.

FINIS MVSAE PAVLINAE

Aluari Gomez in epistolam ad
 Timotheum Primam,

MVSA

PAVLINA ALVA
 ri Gomez in epistolam
 ad Titum.

CAPVT PRIMVM.

Timothee spositū
 custodi decuitas ppha
 nas uocū nouitates: r
 oppositūdes falsi nomi
 nis sciētē quāquidem
 pmittētes circa fidem
 exciderunt.

Gratia tecum Amen.

Textus Pauli apłi.

Paulus seruus dei: apo
 stolus autē iesu christi.



Ite deo nostri proles clarissima
 uerbi,
 Ecce tibi a Paulo christica uerba
 tuo.

In cas

AD TITVM.

Fol. 276.

In calamo Pauli uirtutem concipe christi,
 En tua si pateant limina, numen habes.
 Excute terrenas nebulas, crassumq; uaporem,
 Sol tibi de medio uertice christus adest,
 Christus adest, dū Paulus adest, loqiturq; loquēte,
 Me tibi, ne chartam despice nate meam.
 Viscera nostra potens gladio terebrauit acuto,
 Et mihi dat gnati nomen, & arma sui.
 Disce deum Paulo, magna est hæc gloria summi
 Principis, erranti condoluisse mihi.
 O pietas, gremio pertesum suscipit hostem,
 Suscepto, fidei dat pia dona sacre.
 Communis nos æquat amor, flatusq; fidesq;
 Conde precor uenis hæc mea dicta tuis.
 Spemq; alacrem surgens de Paulo concipe uerso.
 Lætior, ob Paulum iam potes esse pium.
 Ecce ego qui quondam terrena percitus umbra,
 Nunc patris, & nati nuncius ipse dei,
 Alloquor hæc, christus scelcratam pellere noctem
 Det tibi, qui Saulo lumina tanta dedit.
 Qui mihi, quem nuper flatu lustrauit Eoo
 Commisit, genitis prandia ferre suis.
 Prandia per mentes, sacros stillantia succos
 Sint, quibus optati regna uidenda dei.
 En, quos decretis dominus sibi destinat altis,
 Incitat in Saulo motus amore suo.

Secundum fidē ele:
 ctorum dei: r agnitio:
 nem ueritatis.

MM iij Incis

Quæ secundum pietatem est: in spē vitæ eterne.

Quam promissit.

Qui nō mentitur deo,

Ante tempora secularia.

Inciat ad prisci non carnea uincula pacti,
 Sed fidei solidos pocula sancta cibos.
 Cunctis sola fides, aditum patefecit ad astra,
 In uiuo christi sanguine facta potens.
 Facta potens uerbo rabidos uincere tyrannos,
 Nubilaq;, in radijs rumpere mœsta nouis.
 Hæc pietatis opes, uitijs commonstrat ademptis,
 Ad uiuos latices unica pandit iter.
 Ergo age, ne dubites, si te pia numina tangunt,
 Acterna ad domini regna uenire pij.
 Non homo de magicis promittit gaudia nugis,
 Aut demon uanos qui capit arte uiros.
 Sed deus omnipotens qui nullum fallere nouit,
 Fundat, & in uerbo iura beata suo.
 Vcrax immoto uultu semperq;, decorus,
 Eternas uiuo numine fundit opes.
 Nec casu, aut nuper natos accersit ab orbe,
 Hos oculis ingens semper habebat amor.
 Tempore nos agimur, deus ante hæc tpa firmus,
 Decreto & letos protulit ore dies.
 Nec noua lux uite domino, sed semper ut ipse
 Nunc dedit, ante oculos creuerat, ista suos.
 Nam pater incerti quem non tegit umbra futuri,
 Sub pleno totum lumine tempus habet.
 Hactenus & quanquam pietas prospexerat orbi,
 Arcanum uite non dedit esse palam.

Nunc

Nunc micat in uerbo, manifesta q;, signa salutis
 Vult fieri, & paruos summa tenere uiros.
 Soluit ab inuolucris precioso uiscera partu.
 Et miseris ueram dat pater almus opem.
 Hanc Græcus, hanc sumat Arabs, Syriq;, Sabæi,
 Quæq;, fouet falsos impia Rhoma deos.
 Omnibus una salus domino dimanat ab uno,
 Omnes ad socium iam properate deum.
 Nec mihi inauditos dat nostra superbia cantus.
 Quis queat irato nuncius esse deo?
 Non uenio iniussus, uerum mihi præstitit arcum,
 Quo feriat charos nostra sagitta uiros.
 Dat mihi sacra diuina charismata uerbi,
 Dilutor culpæ, qui fuit ille meæ.
 Ille mihi hos animos undis armauit & igni,
 Et contra instantem dat sua tela necem.
 Partitus nostræ felicia numina dextræ,
 Sic dixit, nostro nomine doctor eris.
 Doctor ego, Titum christano sanguine nostrum
 Alloquor, a magno pax tibi missa deo.
 Gratia uitales infundat, ut hausta liquores,
 Sit tibi, sit uerbo posse placere pio.
 Caprigenâ mentita Iouem Cræta insula pernox,
 Turpis, ob impuros impia facta deos.
 Præbuit infelix ridendæ numina capræ,
 Quæ nutriat summi dedecus imperij.

Manifestauit autē tēporibus suis: uerbum suum.

In prædicatione q̄ credita est mihi.

Secundum præceptis.

Saluatoris nostri dei

Titō dilecto filio secūdum cōmunē fidē gratia & pax a deo patre: & christo Iesu saluatore nostro.

Inde

Inde feros haustus, & toxica sorbuit aëta
 Dæmone, tartareos qui serit ore cibos.
 Sorbuit infernos mores, vitijsq; nefandis
 Polluit, in stygio uiscera mersa lacu.
 Scilicet hanc rabiem tulit ignorantia ueri,
 Lusq; mendaci corda dedisse Ioui.
 Et male quæ monstrum coluit fraudata sepultū,
 Se indignam uiuo gens facit esse deo.
 At deus, & pietas superis intermina flammis,
 Hanc iubet, electos inter adesse choros.
 Lustrat, & obliquam noctem, sensusq; iacentes
 Excitat, in uerbo locis odore suo.
 Ut sit opus, summæ cunctis memorabile dextre,
 Gnosia de inferno corda leuasse luto.
 Et lotis sacra populis Crætensis unda,
 Notescat passi gratia summa dei.
 Sed neq; adhuc penitus mores depompat iniquos,
 Pullulat insertis pristina culpa dolis.
 Sic opus est Cræte cura medicoq; salutem
 Qui sciat, & flammæ uulnus adurat ope.
 Qui uigilet pecori fraterno accensus amore,
 Arceat, & rabidos uoce potente lupos.
 Et quia non poteram presenti corpore cunctis
 Prospicere, & senis obuius esse malis,
 Istic te charum fratrem, genitumq; reliqui,
 Impleat, ut curas hæc tua cura meas.

Huius rei gratia reli-
 qui te Cræte.

Et ea quæ desunt cor-
 rigas.

Inq;

Inq; ministerio domini, selectus amantis
 Inflammes uerbo frigida corda tuo.
 Vox tua, mi possit centenas missa per urbes
 Audiri, & sparsis inuigilare uiris.
 Presbiteros statuens, sacrum impartire laborem
 Urbibus, & proprios fac super esse duces.
 Non tamen indignos fas est admittere sceptrum,
 Ad domini, summū uult pia membra caput.
 Nec temere admoto sacras mandabis habenas,
 Conueniet uitijs nempe carere patrem.
 Nec sat crit, nullo si fœdet uiscera morbo,
 Omni etiam culpæ suspicionem uacet.
 Mens igitur sapiens, & moribus alma modestis
 Præsulis, & nullo sic scelerata dolo.
 Castus & hic, qui non caeco flagrauerit igne,
 Nec dederit gnatis impia lora suis.
 Namq; suos prudens cautis arcere lupatis
 Ni sciat, externos qui reget ille uiros?
 Et si doctorem maculis infamia nigrat,
 Quis dubitet uerbi dedecus esse pij?
 Luceat ille tamen, radiosq; effundat in orbem,
 Qui christi sancto fungitur officio.
 Imperet amoto per uerba medentia fastu,
 Nec cupiat populo posse nocere suo.
 Ira absit, cæcusq; furor, nec ledere noscat,
 Sed curet blanda uulnera seua manu.

Et constituas per ciui-
 tates presbiteros: sicut
 ego disposui tibi.

Si quis est sine crimi-
 ne.

Ant' uxoris uir filios
 habens fideles. &c.

Spotet enim episco-
 pum sine crimine esse:
 sicut dei dispensatorē.

Non superbum: non
 iracundum: non ino-
 lentum: non percusa-
 torem.

Suadecat

Suadeat & potius quam tristibus exi gat umbris,
 Nec uomat indignos lingua canina sonos.
 Non cupidus lucri pulcro auertatur amore.
 Diues enim magno si placet ille deo.
 Sit memor, ut nudas peregrinus & aduena terras
 Venerit, & miseris sic pius hospes erit.
 Sitq; insons cunctis, & puro sobrius actu,
 Mente colat christi numina sancta dei.
 Sit grauis, & nunquam uento turbetur inani,
 Vulgus iners, uarias, fertq;, refertq;, uices.
 Sit constans rectiq; tenax, quo lumine possit,
 Diuinum rectos dogma docere uiros.
 Arguat errantes uero monitiq; benignis,
 Nec sinat in templo surgere monstra sacro.
 Hec scio, cur iubeam loethalem his auribus hausi
 Iam sonitum, rabidos ferre uenena lupos.
 Aspera gens fallax duro intractabilis ore,
 Sueta sub occultis fingere sacra dolis.
 Vana superba loquax armata furentibus hydriis,
 Christianum nigra fece cruentat opus.
 Fabellas audens christo miscere, deumq;
 Temnit, & ad questus fert pia iura suos.
 Pars quibus umbrato cupiens herere magistro,
 Querit in hoc radios commaculare nouos.
 Sub titulo christi pereuntem figere Mosen,
 Dum petit ad uomitum uertitur illa suum.

Acriter

Acriter his sanctam uerbis albetibus offam
 Obijce, & errantes argue pastor oues.
 Docta Iouem falsum uanis aluisse mamillis,
 Hec quoq;, ni uigiles iam tibi monstra dabit.
 Motus epimenides uitij Cretensibus olim,
 Hec tibi de focijs uaticinatus erat,
 Gnosus usq; loquax, mala bestia, uiscera pigra.
 Iudice me, nu gas non sibi cantor ait.
 Non precor hęc medax, quę lucem luminis almā
 Conatur, mixti nocte ferire doli?
 Incita quę furij, & diro afflata timore,
 Fundit, in acteos tecla uenena uiros?
 An non pigra, iacens somno luxuq; iuuentus,
 Fercula quę uarijs quęrit auerna modis?
 Et ueneri indulgens, molli putrescere tabo
 Mauult, quam mundo uiuere casta deo?
 His obijste potens, si te pia regia tangit,
 Si data pascenti sceptrā superna tibi.
 Tolle precor uanas radijs lustrantibus umbras.
 Et pura immoti dogmata fige dei.
 Scilicet æthereo uenit tibi doctor Olympe,
 Ut tua terrenis corda ferantur aquis.
 Si sat erat tetro fumantem sanguine legem
 Seruare, occisus quid tibi christus habet?
 Si tibi tabidulas hircis morientibus aras
 Sat colere, hęc agni quid ualet ara dei?

Desine

Quos oportet redargui.

Dixit quidam ex illis
 proprius ipsorum pro
 pheta.
 Cretenses semper me
 daces: male bestig: vē
 tres pigri: testimoniū
 hoc verum est.

Quam ob causam increpa illos dure.

Et sani sint in fide: nō
 intēdentes iudicis fa
 bulis: r mandatis ho
 minum auersantū se
 a veritate.

Non turpis lucri cupidum.

Sed hospitalem.

Benignum: sobrium.

Iustum.

Sanctum: continentē:
 amplectentē eum qui:
 secundum doctrinam
 est fidelem sermonē:
 ut potens sit exhortari
 in doctrina sana: r ees
 qui contra dicunt ar
 guere: sunt enim mul
 ti etiam inobedientes
 vaniloqui: et seducto
 res: maxime qui de cir
 cuncisione sunt: q̄ uni
 uersas domos subuer
 tunt docentes quę nō
 opponit turpis lucri
 gratia.

Desine iam sanie uitæ miscere decore,
 Concipe christianum solis ab arce iubar.
 Sat christus, nihil umbra ualet, pregnata figuris
 Lex peperit, flammam concipe turba nouam,
 Discrimen cultus, neomenia, sabbata, lectus
 Escarum, uiso iam siluere deo.
 Cum dabat hæbreis decussum flumina saxum,
 Illud erat crebris tergere tempus aquis.
 Christus petra calens solymo percussa furore,
 Iam sacro latices fundit ab ore pios.
 Fundit hic æternas animis sitientibus undas,
 His licuit maculas tergere posse tuas.
 His insons iustus pulcher purusq; nitescet,
 His statues animo tegmina sancta tuo.
 Non sub Erythreo terges tua crimina ponto.
 Nec lauat impuros thetyos unda reos.
 Si tua non christo submittis uiscera casto,
 Et bibis a domino pocula missa meo,
 Nil mare, nil cœlū, nihil est quod proffit in orbe,
 A solo christo uera petenda salus.
 In christo mundis munda omnia, foedaq; cuncta,
 Sunt, sine te uotis christe sequende pijs.
 Fæce iacet, christo qui non bene fidit amanti.
 Ut iacet, & christum qui negat esse deum.
 Quiq; patrem laudat uitijs sed flexus iniquis,
 Nigrat, ut obsceno turpia corda luto.

His

Omnia munda mun-
 dis: coinquinatis aut
 et infidelibus nihil est
 mundum: sed inquina-
 ta est eorum: et mens
 & conscientia: confiten-
 tur se nosse deū factis
 aut negāt cū sint abo-
 miabiles & increduli: ad
 se op^o bonū reprobi.

CAPVT SECVNDVM.

His obsiste malis pastor, curaq; paterna
 Prospice, ne in cineres pditus ignis eat.
 Curabis ueræ diffundere semina uitæ,
 At bona deceptos & reuocare uiros.
 Ut pia mens tandem domino se neclere puro
 Noscat, & angelici castra subire chori.
 Verū hortare senem, christū meditetur, & omni
 Sobrius exemplo luceat orbe suo.
 Aduigilet pietatis opus, torpentia membra
 Christo alacer uotis excitet ille pijs.
 Sit grauis & motu iuuenilia uota modesto
 Compescat, stultum non decet esse senem.
 Non decet effræctis iram laxare capistris,
 Affectum recto sed super esse modo.
 Integer, & prudens, & toto corde fidelis,
 Sic agat, ut sese sentiat esse patrem.
 Sit patiens, uerax, tortæq; incōmoda uitæ
 Sufferat, ut uotis qui gerit alta suis.
 Sitq; lubens uerbi martyr cum conuenit almi,
 An sit mors iusto sancta timenda seni.
 Curat anus, sacris habitu seruire decenti,
 Et memor obsequi sit reuerenda sui.
 Non aliena malis effingat crimina uerbis,
 Nec fuerit multi turpis amore meri.

Christiana

Tu autē loquere que
 decet vnam doctrinā.

Senes ut sobrijs sint:
 pudici: prudentes: sa-
 ni in fide: in dilectione:
 in patientia.

An^o similr in habitu
 sc̄to: nō criminatrice
 nō multo uino seruie-
 tes: bñ docētes ut pru-
 dēnā doceāt: adolecē-
 tiasq; uiros suos amēt

Filios suos diligant.
prudētes: castas sobri-
as: dom⁹ curā habētes

Benignas: subditas:
virj suis vt nō blasphemetur
verbum dei.
Iuuenes simul hōta-
re vt sobrij sint.

In oib⁹ teipsum exē-
plū pbe bonorū operū:
in doctrina in integri-
tate: in grauitate: ver-
bū sanū irrepētibī-
le vt hīs q̄ ex aduerso
est vereatur nihil ha-
bēs malū dicere nobis

Seruos dominis suis
subditos esse.

Christianam studeat uitam docuisse puellas,
Balsama non Cyprj, non mala furta ioci.
Sed lucem, casta^sq; preces, & sobria corda,
In domino charum semper amare uirum.
In domino pueros recte instituisse tenellos,
Et regere a magno pignora chara deo.
Assidua^sq; domi cura tractare senili,
Que sua sunt, ueras ne terat ultor opes.
Non uaga in externis circumuolet impia uicis,
Sæpius ad medium docta uenire forum,
Subdita sit proprio lex hæc christiana marito
Sponsa, sit ut ueri gloria facta uiri.
Teq; etiam, iuuenes precor exhortere uigentes,
Sobria sub casto corda tenere deo.
Ne calor ætatis effrenes perdere sensus
Possit, & a superis uertat ad ima locis.
Vtq; magis ualeas diuum suadere decorem,
Ne fueris uerbi proditor ipse tui.
Exemplum te præbe alijs, pietate sub omni
Eulgidus, admonitis tu quoq; siste tuis.
Integer, atq; grauis, superoq; splendidus igne,
Duces aduersos ad tua sacra uiros.
Vt pia cum uideat miles tua facta superbus,
Extollat domini robor a tanta pij.
Agnosensq; dei numen uereatur, & illi
Subditus, a solitis temperet ipse malis.

Dejn

Dein seruis formam uitæ depinge beatæ,
Hosq; doce domino nosse placere suo.
Vt fide, ut puri, uitijq; ac fraude relictis,
Exornent uerbi dogmata sancta pij.
Vnica luciflui micuit iam gloria nati,
Antea terrenis non bene nota uiris.
Hic nos edocuit mysteria sancta salutis,
Seq; dedit nostris mentibus esse iubar.
Vt bene post culpas uitali flumine lotas,
Aneget infernam bis generatus aquam.
Fonteq; cum maculis terrestria uota relinquens,
Impius eluso desinat esse dolo.
Et pietate nitens, & iusto clarus amore,
Curet ob infusum sobrius esse deum.
Ac bene de cunctis meritis, de nocte subacta,
Concipiat uictis gaudia uera malis.
Intrepido expectans animo, cum rursus in orbem
Iudex uulnificus uenerit Emanuel.
Felix extremam, qui nil sibi conscius, iram
Despicit, iustum gaudet habere deum.
Interea nostrum corpus, si uilis egestas
Opprimat, & monstris morsq; dolorq; suis.
Nostraq; noturni cruciant si membra tyranni
(Proh scelus) & rabidis datur edenda lupis.
Non sterilis nostra est pietas, uictorq; timore
Tendimus ad ueri dona beata boni.

NN Hic

Et doctrinā saluatoris
nri dei ornent in oib⁹.
Apparuit em̄ gr̄a dei
& saluatoris nri oibus
hōinib⁹ erudiēs nos:
vt abnegātes in picta-
tē & secularia dñderia:
sobrie: iuste: & pie: ui-
uamus in hoc seculo.

Expectantes beatam
spem et aduētiū gl̄ie
magni dei et saluato-
ris nostri iesu christi.

Hic nihil è quod rectus ames, sunt terrea quot quot
 Aspicias, ab uanis ne capiare iocis.
 Scilicet, ut nostras animas ex morte leuaret
 Christus, ad optati gaudia uera poli.
 Ut nebulis ruptis, puros stillantia rores
 Dona daret, firmo firma futura deo,
 Se dedit urgendum laqueis, patiturque ligari,
 Et perimi gladijs hostia uiua feris.
 Fregit, & hic mortem moriens, lætoque percipito,
 Nos uoluit precium sanguinis esse sui.
 Et maculas tergens, peccataque nostra resoluens,
 Dat chariten miseris, & sua membra facit.
 Quique pius nostris successit sedibus hospes,
 Nos uehit ad uini dulcia regna dei.
 Nos alit, & purgat, retinet, ductatque, mouetque,
 Præstat, & æternis semper adesse sacris.
 Dumque nouum cultum puro sibi fundat amore,
 Nos parit, & populum perficit esse suum.
 Vult tamen, in geniti superos imitemur amâtes,
 Sectemur clarum nocte dieque ducem.
 Et plebs teresa, dei seruataque, morte magistri.
 Perdita sub falsis non ruat illecebris.
 Sed uigilans castis operis infisat, & illis
 Inclyta cœlestem dicat habere patrem.
 Ut quæ terreni calcarit cœrula tabi.
 Mens eat angelicis associanda choris.

Imo

Qui dedit semetipsum
 pro nobis.

Ut nos redimeret.

Ab omni iniquitate: &
 mundaerit sibi.

Populum acceptabile.

Sectatorem bonorum
 operum.

CAPVT TERTIVM:

Innocuos patres imitabere sacra docendo.
 Aduersa & ferule corripe membra tuæ.
 Et dignum te ostende ducem, cum postulat acere
 Casus, & in duos pharmana dura dabis.
 Principibus, licet hæc gens immoderata feroxque,
 Subdita per christum sit tua turba deum.
 Ne bona mens, fastum de sacris hauriat undis,
 Et sint prætextu corda superba pio.
 Nec quicumque uelit christiano uiuere more,
 Præsumat, legem condere posse nouam.
 Principis æterni sub nomine cuncta potestas,
 A nostris certo sit ueneranda modo.
 Illorum diciis, humiles paremus ouantes,
 Sunt quibus a summo tradita sceptrata deo.
 Dum tibi sancta fides per nullum rapta furorem,
 Quid tibi si imperio sit malus ille suo.
 Si rapiat terrenus opes, pietate sub una
 Quisquis amat christum ditior esse potest.
 Exilium si triste iubet, si uincula, præfens
 Ecce fauet sanctis christus ubique suis.
 Sit Nero, sit similis, si quis ualet esse Neroni,
 Seruiat, & falsis impius ille deis.
 Quid tibi? num iudex? domino dimitte, uidebit
 Qui regit, iniustas conteret ille manus.

NN ij Sit

Hæc loquere & exhortare
 & argue cū ot imperio:
 nemo te contemnat.
 Admone illos princi-
 pibus & potestatibus
 seditos esse.

Dicito obedire.

Sitq; tibi monuisse satis, discernere ferro
 Non licet, huic princeps (si furit) alter adest.
 Non ne uides christum pro se torquentibus almū,
 Pallenti, gratas ore dedisse preces.
 Humanus potius socio miseresce furenti,
 Quid charitas animo non seruat alma pio?
 Est miser hic, odio non execrandus iniquo.
 Qui mala non meritis intulit ulla uiris.
 Hunc si forte parens, disiecta suscitet umbra
 Vitali, & radios fundat ab ore pios.
 Nomen uides, uanis errabat Saulus in umbris?
 Tu quoq; non noto perdita turba deo.
 En fuimus quōdam cæci, tenebrisq; dolisq;
 Nostra Acheronteo uiscera mersa luto.
 Nexerat uarios rabies terrena capistros,
 Strauerat humanas carnis amator opes.
 Inuidia, & fraudes nobis, hæc deniq; nostra
 Mens erat, exoso tortilis umbra deo.
 At postquam seruator adest, rupitq; tenebras
 Sol, fuit & nostri gratia uisa dei.
 Abluit humanas diuino sanguine culpas,
 Et renouat charos conditor ipse uiros.
 Et positis maculis foelici fonte renatos,
 Nos generat, genitos & facit esse bonos
 Fundit & in nostros optata charismata sensus,
 Stillat & a uero balsama uirga bono.

Spem

Ad oē opus bonū pa-
 ratos esse: nemine bla-
 sphemare: nō litigio-
 sos: esse: s; modestos:
 cēm ostēdētēs mānuc-
 tudinē ad oēs hoīes.

Erant? cū aliquādo
 nos insipientes: incre-
 duli: Errātes seruicū-
 tes dēnderys: et volu-
 ptatib; varijs: in malī-
 cia: & inuidia agentes:
 odibiles: odientes in-
 nocem.

Cū autē benignitas et
 humanitas apparuit
 saluatoris nri dci: non
 ex operib; iusticię q̄ fe-
 cim; nos sed scdm mi-
 sericordiā suā saluauit
 nos fecit p̄ lauacrū re-
 generationis. & reno-
 uationis spiritus sancti.

Spemq; dedit, ueramq; fidem, charitatisq; decorem,
 Et uocat ad regni sceptrum decusq; sui.
 Ex illo nostris uirtus afflare medullis
 Incipit, a uirtus solimur & laqueis.
 Ignare menti fulsit sapientia, nec iam
 Desipit in charo sobria facta deo.
 Iam ualet, & sana est, & uicta sydera somno
 Cernit, & a flammis it cito ducta pijs.
 Iam mitis, mansueta, placens, tractabilis, almo
 Affectu, aduersos dirigit acla uiros.
 Non uenit hoc meritis, christi pia gratia nostris
 Contulit in nobis quod sumus illa facit.
 Quis uetat ut populis nunc uana colentibus æra
 Imittat, lucem qui creat ipse parem.
 Et similis nostri morsus arcere caninos
 Noscat, ad unigenum turba reuersa deum.
 Noscat, & o utinam miseros luceat in omnes
 Lux ea, quam nostro fudit amore parens.
 Ut parilem confessa diem, uitamq; priorem
 Exuat, & medicum discat amare piuum.
 Ac tandem morbis, uirtus, tenebrisq; fugatis
 Nobiscum templo gens fiat una sacro.
 His monitis studeas, nitidam formare cateruam
 Præsul, ne uanis accubet illa sonis.
 Que tibi non Moses sterilis, non syrticus Amon
 Sed canit a socio principe missa charis.

Quem effudit in nos
 abūde p̄ iesum christū
 saluatorē nostrum: ut
 iustificati grā ipsi hęc
 redēs simus secundū
 spem uitę eternę.

Et de his uolo te con-
 firmare.

NN iij Nec

Et curent. Nec sat erit nostris, uitam didicisse fidelem,
Grandia nec uerbi dogmata scire pijs,
Bonis opibus pesse. Consona ni uerbis fulgeat uita decoris,
Virq; probet factis credere corda suis.
Qui ualet, eterno cupiat placuisse beanti,
Signaq; dent noti uiscera casta dei.
Qui credunt deo. Sitq; operis foecunda fides, & turba fidelis,
Credatur factis uina futura bonis.
Hec sunt bona & uilia hominibus. Sit cunctis prodesse labos, & uincere christa
Nitatur socios officiosa manus.
Blandicij uincitur aper, suescuntq; Leones
Vincla pati, & rigidae iussa tulere serae
Ethnica sic rabies sancto curetur amore,
Si queat haec cernens ad meliora rapi.
Stultas autem questiones. Linque uias carnis, terrenaq; carpere sensa,
Et tota placitis mente manere tuis.
Et genealogias & contentiones: & pugnas iugis deuota. Linque atanos legis libro censere coacto,
Et quicquid circum garrula turba docet.
Quid tibi, si nusquam Mosi reperire sepulchrum,
Nec circum Magico fundere phyltra sano?
Matusalenos si quis tibi censeat annos?
Aut Roboam quali natus Olympiade?
Cur uetus indulget scribis clementia porcis?
Mustela tantus qui fuit ille timor?
An Osee sanctus putridos accenderit ignes?
Mysticus aut nostrum cantet adulterium?

Ad

An tot ille dies lateri se flexerit uni?
Sacra sub umbriferis seu latuere notis?
Scire tibi christum uera est sapientia nostrum,
Caetera nil uarias quid cupis ire uias?
Quorsum opus e pugnis doctrina invertere seuis, Sunt enim inutiles
Texereq; in uerbo fumida fulcra pio?
Quorsum opus est notum laqueis inuertere uerū, Et uang.
Neruit & fatuos ferre, referre sonos?
Viciisti fratrem uerbis, uictoria maior
Haec erat in uitijs uincere monstra feris.
Quid tibi nugiloquis cffringere sydera uerbis
Profuit, aut uento buccina torta suo?
Implicat argutus nihil hic, nihil ille resoluit,
Cum soluit, sic & fecit uterq; nihil,
Si rationis eges horrendum pone furorem,
Non opus est animum Marte parare pium
Spiritus est concors pacemq; insufflat amore,
Non placet haec sancto pugna proterua duci.
At mihi Tite placens christo admittere magistro,
Nec falsum uanis dogma sequare modis.
Si quis forte furcens christo aduersetur, & illi
Obstans tenebris haeserit, atq; dolis.
Huc frustra admonitū caueas pcor, impius hostis
Ne te cum lapsu traxerit ipse suo.
Subuersus, sectusq; iacet, proprioq; furore
Percitus, a socijs exulet ille pijs.

Hereticū hoīem poss
vnam & secundā corre
ptionem dūta: sciens
q; subuersus est: qui
eiusmodi est: et delin
quit cum sit proprio
iudicio condemnatus.

NN iij As

tus: cum misero ad te
Artemā aut Tychycū
festina ad me venire
Nicomopolim: ibi enim
statui hyemare.

Zenam legis peristi &
Apollo sollicite p̄mit-
te ut nihil illis defit.
Discat autem et vestri
bonis operibus p̄ces
se ad usus necessarios.

Et nō sunt infructuosi.

Salutat te qui mecum
sunt omnes: saluta eos
qui nos amant in fide.
Gratia dei cum omni-
bus vobis Amen.

At quia te cupiam presenti cernere voce,
Ad me iam properans frater amice ueni.
Sed non ante tibi commissam defere Cretam,
Desine uel natos nostra docere tuos.
Quam bonus Artemas uel frater Tychius istic
Adueniat, nostras & gerat ille uices.
Ne te absente Sathan cretensibus ingruat oris,
Iste sacrum nostro nomine dogma geret.
Zenaq; uir sapiens, christumq; edoctus Apollos
Huc ueniant, dominus quos uocat ipse meus,
Hosq; iube socios studijs curare modestis.
Adsit & his populi dextera sancta tui.
Ut queat ire uiam christi sub nomine, nec sit
Huic cretensis iners, qui bonus hospes erat.
His studijs crescit pietas, & grossq; iuuare
Diuinum est, nobis det deus esse pios.
Duxq; pius fratres, fraterno accendat amore,
Ut memor effusi sit pia turba dei.
Iamq; uale, & socios christiana mente saluta,
Quos cupiunt socij mente ualere mei.
Gratia perpetuis omnes uos contegat alis,
Et deus electis adsit ubiq; suis.

FINIS MVSAE PAVLINAЕ

Aluari Gomez in Episto-
lam ad Titum.

Agmina

MVSA
PAVLINA ALVA

ri Gomez in epistolam
ad Thessalonicēses
Secundam.



Gmina Thessalīe, christo gratissi-
ma regi,
Euocat ad ueras Paulus amicus
opes.

Pax uobis, lux atq; salus & gratia christi,

Qui uiuo uestros imbuit imbre sinus.

Qui diuina sacro reseruit balsama ligno,

Et passo æthereas pectore fundit aquas.

Ille suos famulos spirato contegat igni,

Sitq; fauens charis ut pater ipse uiris.

Est & enim, genuitq; pios sub fonte, parensq;

Consouet & gremio luminis autor habet.

Huic agimus grates meritas sine tempore, noster

Viuat, & in totum sit deus ille diem.

Affectuq; pari, superis incumbere uotis

Incipe, per christum candida turba meum.

Quicquid habes pia turba dedit pater optimus, illi

Da precor euictis pectora munda malis.

Ille tibi quodcumq; uides, quod concipis, & quod

Mente tenes, ipsum contulit ipse deum.

Cōtulit

¶ 2^o Pauli ap̄t.

Paulus & Siluanus
& Timotheus ecclesie
Thessalonicensium in
deco patre nostro & do-
mino iesu christo gra-
tia uobis et pax a deo
patre nostro: & domino
iesu christo.

Gratias agere debe-
m⁹ semper deo pro vo-
bis fratres ita ut dig-
num est.

MVSA PAVLINA.

Contulit exemplum triadis memorabile, teq;
 Lux umbram uoluit numinis esse sui.
 Datq; habilē cursu per olympica surgere regna,
 Et trāclare oculis inuicia quaeq; pijs.
 Cumq; miser culpis aeterna morte iaceres,
 Te citat, & plagis seruat ab hoste suis.
 Datq; modum foelix quo possis tartara uictor
 Frangere, & angelicos inter adesse choros.
 Expellitq; tuas illapsa luce tenebras,
 Teq; facit uerum cernere posse iubar.
 Te docet ad magnum profedere brachia christi,
 Ut medicum morbis hunc uenerere tuis.
 Praebuit ille piam qua perspicis omnia flamina,
 Et tibi ueracem dat pater ipse fidem.
 Praeuenit tua uota citans seruatq; inuatq;
 Et charitem factis dat pius esse tuis.
 Ergo huic si ualeas grates dependere dignas,
 Incipe, & ad uerbum cuncta referre pium.
 Nosq; tibi charitem fraterno exposcimus ore,
 Et precibus nostri flechimus ora dei.
 Sic dignum ē, quoniam nos unum, gaudet in ipso
 Fratrem docens, uno natus uterq; deo.
 Sic dignū est, quoniam charitas haec uestra fidesq;
 Crescit, & empyreis peclus abundat aquis.
 Est deus in uobis, & nos in nomine uestro
 Cantemus dulci carmina leta patri.

Vt

Quonia supererescit
 fides uestra: & abfidat
 charitas unius cuiusq;
 uestrum in inuicem:
 ita ut & nos ipsi in vo-

AD THESSA. SECVN.

Vt cecinit Moses rabidis creptus ab umbris,
 Cum domini pharios sorbuit unda deos.
 Sic ego pro focijs quos caeca superbia iustis
 Non potuit monstro uincere tergeminis.
 Et pro christiferis laudo pia numina gnatis,
 Quos bonus in tribulis tan bene seruat amor.
 Insurgat Pharaos, diuinos territet agnos,
 Niliacas furias qui premat, alter erit.
 Tunc Pharaos insultas, nunc & fera praelia daemō,
 Tunc ductor Moses, nunc tibi christus adest.
 Constanti uinces animo carnemq; scelusq;
 Vt ilaq; sub pedibus mors erit ipsa tuis.
 Quam non formidas uicta est, pariterq; furores
 Nocturni, iusto te patiente cadunt.
 Te uincit patiente deus, uictore resurgit
 Victor, & in seruo stat deus ipse suo.
 Illius in laudes terra emoueat & unda,
 Qui dat bis genitis robora tanta uiris.
 Vos quoq; turba dei duris ne cedite tauris.
 A supera iustus iudicat arce deus.
 Sistite uictores, & cum pater ipse uocarit,
 Ferte ad iudicium uulnera clara bonum.
 Tunc erit, ut uestros aeternum territet hostes,
 Arceat a populo bella cruenta suo.
 Tunc erit, ut fraudi merces pendatur iniquae,
 Dignaq; sit seuis libra repensa uiris.

Non

Fol. 286.

bis gloziemur in eccle
 sijs dei.

Pro patientia uestra
 & fide.

In omnibus persecu
 tionibus uestris.

Et tribulationibus.

Quas sustinetis.

In exemplum.

Iusti iudicii dei.

ut digni habeamini i
 regno dei pro quo & pa
 timini.

MVSA PAVLINA.

Si tamen iustum est
apud deum retribuere
retributionem his
qui vos tribulant.

Non erat hoc iustum, gladius q. semper acerbis
Opprimeret, iustas perfida turba manus.
Ecce & enim uis, atq. dolus prædæq. seclusq.
Ut deus est, tempus quo repetentur erit.
Tunc miser in culpas æterni ianitor Orci,
Qui nuper suadens horridus ultor erit.
Qui lupus oppressis gaudebat pestifer agnis,
Tunc sceleris penas tempus in omne luet.
Fregit, fregetur, rapuit, rapietur, & ussit,
Vretur, falsum nec decet esse deum.

Et uobis qui tribula-
mini requiẽ nobiscum i
reuelatione domini te
su de celo.

At uobis comites diuinum agnoscere fratrem
Tunc dabit, & gratus gaudia uera deus.
Tunc, cum summa palam pauitãti ostenderit orbi
Numina, rex cunctis uera timenda reis,
Non humilis, non iam ligno moriturus acerbo?
Non quem tartarei perforet hasta uiri.
Sed super angelici stipatus ab ordine castris
Fulgidus, ut talem conuenit esse duces,
Non medicus morbis, sed aperta perfidus ira,
Improba terrificas iactet in ora faces.
Durus in aduersos, irrisaq. sacra, deumq.,
Vindicet, exosis tempus in omne malis.
Tunc erit, ut rabies uiso confusa decore
Concidat, & damno corruat icla suo.
Cõceptũq. tremẽs lachrymis cõdetur & umbris,
Iam sero sanctis credula facte minis.

Cum angelis uirtutis
cuis in flamma ignis.

Dãtes uindictam his
qui nõ nouerũt deũ r.

Qui nõ obedirũt euã-
gelio dñi nr̃i iesu xp̃i.

Aeternisq.

AD THESSA. SECVN.

Fol. 287.

Aeternisq. luens pœnis mittetur in ignes,
Infernos domini testis amara mei.
Non precibus, uotisq., locus non tendere dextras
Proderit, aut dominum sæpe uocare suum.
At pius in sanctos puro spectabilis ostro
Fundet in electos dulcia mella suos.
Et caput in membris radios effundet ouantes,
Mirus & in saluis dux erit ipse uiris.
Tunc fidei seruatius honos, constantia ueri,
Spesq. erit optatis lætior ipsa suis.
Tunc tua iam facies, amoto numina uelo
Principis, & patrias pulchra uidebit opes.
Tunc poterit contenta suis requiescere uotis,
In se non clausum claudere docta deum.
Tunc triadis noscens interna negocia lumen
Hauriet, & iusto non erit iacta metu.
Cernere se genitor fœcundaq. pectora uerbo
Ente, dabit nati lætus amore sui.
Et prolem sine prole deum, sed cuncta potentem,
Quæ speculum uiui dicitur arsq. dei.
Ut pater in nato, natusq. sit ipse parente,
Utq. simul uirtus una duobus adest.
Ut pater & natus spirent, & sanctus ab illis
Spiritus æterno numine uiuat amor,
Ut tres sint unum communi numine, nec sint
Tres dij, sed solus nunc uelut ante deus.

Qui pgnas dabit in
iteritu gernas: a facie
domini et a gloria uir-
tutis eius.

Cum uenerit glorifica-
ri in sanctis suis.

Et admirabilis fieri
in omnib. qui credũt:
quia creditũ est testi-
monium nostrum sup
uos in die illo.

Distinctisq.

Distinctisq; simul personis, quælibet harum
 Stat sibi, proprietas & sua cuiq; manet.
 Sed non quod proprium personæ terminat esse,
 Aut gerit in multos numina fusa deos.
 Extera si liceat tractare charismata, iam tum
 Mens christi primum sancta refulget opus.
 Hæc meritis, uirtute prior, non tempore, sancta
 Cum carne, unito fert sibi cuncta deo.
 Viua cruentatis effundens balsama rimis,
 Flat caput, & membris dat sua dona suis.
 Mater & ante omnes gradibus præelata nouem
 Stabit, adorato summa propinqua deo.
 Stabit, & in gremio nati subnixâ decori,
 Et bibit, & latices fontis ut urna feret.
 Susceptumq; decus lætos diffundet in omnes,
 Mellaq; per dextrâs diuidet ipsa suas.
 Diuidet æternos animis gaudentibus ignes,
 In christo & iustis optima mater erit
 Ex hac saraphicæ sument sua prandia turba,
 Et simul angelici tota caterua chori.
 Nos quoq;, & immixti superis uirtutibus agni
 Certa manent, summi munera summa boni.
 Summa, licet maiora queat deus ipse, nec omnis
 Ad summos sperat turba uenire gradus.
 Sed quia plena suis, alijs non indiga donis
 Mens erit, in summo dicitur esse loco.

Ergo

Ergo alacres pergamus iter, cœlumq; petamus,
 Quo genitis summus dat bona summa deus.
 Quod terra est, uile est, animis non conuenit altis,
 Degenerat, mœsti cui placet ara luti.
 Que, ut frustratum diuina lampade regnum,
 Qui sapitis, ueras querite delicias.
 Vir uigila, ut dextræ dignus uidearis amicæ,
 Cum sonet hoc, domini iam uenit hora tui.
 Ne tibi cum mundi curæ labentur inanes,
 Horridus ille dies quo cadet orbis eat.
 Ne mœsto aspicias uultu dominumq;, deumq;,
 Cum princeps populos iudicet ipse suos.
 Sic faciat qui cuncta facit, nos & precor omnes
 Adiuuet, ut sanctus sit bonus ille dies.
 Ut sibi quum placuit uos tanta ad dona uocare,
 Et spe uenturi tristia ferre boni,
 Dux ad sit, uestramq; uiam firmetq;, regatq;,
 Donans pro uicis ænthea corda malis.
 Inshiletq;, oculis cœlestia lumina uestris,
 Fortiter ut clarum concipiatis iter.
 Optimus, & cupiēs, ni crimina praua resistent,
 Dulcia perfectis reddere regna uiris.
 Impleat in uestro, gaudens sua uota decore,
 Vos ad se flatu cum trahat ipse suo.
 Ut uelut illustrem christi pia funera patrem
 Extollunt cuius tot bona morte micant.

In quo etiam oram⁹
 semper pro uebis.
 Et dignetur uos uoca
 tione sua deus.

Et implicat omnē uo
 luntatē bonitatis sugē
 tꝛopus fidei in uirtute.

ut clarificetur.

Ipse

Nomē dñi nostri iesu
christi in vobis.
Et vos in illo.

Scdm gratiā dci nri:
et domini iesu christi.

Rogam⁹ aut vos fra-
tres p aduentū dñi no-
stri iesu christi.

Et nostrę cogregatio-
nis in ipsum.

At nō cito moueami-
ni a vestro sensu neq;
terreamini: neq; p spi-
ritū: neq; p sermonē:
neq; p eplam tanq̄ p
nos missā: quasi instet
dies domini.

Ipsectiam exsur gens illustri nomine victor,
Accipit ob læthum sceptrā paternā suam.
In vobis nomen viui splendet iesu,
Dum fidei ligno uincitis omne nefas.
Vos etiam cœli præclara sorte potiti,
Per christum æternas accipiatis opes.
Nec meriti dicatis opus, si gratia sursum
Vexerit, ipsa super præmia munus erit.

CAPVT SECVNDVM.

AT uos o fratres, magnū ē hoc noīe numi
Deprecor ob nostri uiscera sancta dei.
Huius ad aduentū quē uir timet improbus, a quo
Pendet honorati spesq; salusq; chori.
Deprecor ob nodum uite pacemq; salubrem,
Qua nexa illustri gens erit alma patri.
Cum tandem uero membris cœuntibus uno
Sanctum de sancto principe corpus erit.
Nec cito de nostro fœlix sententia sensu
Vestra ruat, uanas ne trepidate minas.
Spiritus ille loquax cur, uos, cur littera Pauli
Ficta mouet, tanquam iam tonet ille dies?
Non opus est animos ficto terrere furore,
Sat sponsæ iratum ni tremat illa uirum.
Adueniet sanctus, sed quo sit tempore iudex
Venturus terris, nemo uidere potest.

Scire

Scire nefas finem, ne uanis credite uerbis,
Incluta adhuc omnes non habet aula uiros.
Decipiat uos nemo loquens, nanq; ultima nulli
Nota dies, & adhuc sæcula tempus habent.
Nam mihi sæua pius ueniat defectio, post quam
Concidat imperio maxima Roma suo.
Cæsaris & nomen, tenues uanescat in auras,
Gloria Græcorum ceu perit illa ducum.
Apprensusq; reus scelerose noctis alumnus,
Aduersa in christum proferat arma meum.
Et per signa tumens furij clatus auernis,
Omne super stygij nomen, opusq; Iouis.
Omne super numen fingat sua robora, tandem
Audeat in templi nube sedere sacri.
Ostendatq; suum per monstra ingentia sceptrū,
Utq; deus longas tendat in orbe manus,
O socij meministis enim de tempore sæuo,
Plurima sunt libris tradita signa sacris.
Prædixi, meministis oues, nunc oblat ut ardens
Adueniat terris ultimus ille dies.
Quod nec adhuc frendens inferni filius Antri,
Incipit in sanctos signa ciere uiros.
Nondum sæua palam furiosi dextra tyranni
Soluunt in exosos lora cruenta pios.
Clandestina furit uis impietatis, & instat
Rex niger, in clarum qui mouet arma deum.

○○ Scire

Ne quis uos seducat
ullo modo.
Quia nisi uenerit dis-
cessio primū,

Et reuelat⁹ fuerit hō-
mo peccati fili⁹ pditio-
nis: qui aduersatur.
Et extollit̄ tūq̄ oē qd
dicit de⁹: aut qd colit̄:
ita ut tēplo dci sedeat
ostēdēs se tāq̄ sit de⁹.

Non retinetis q̄ cum
adhuc essem apd uos
hęc dicebam uobis: et
nunc quid dēincat
scitis: ut reueletur in
suo tempore.

Etiam ministris tam
operatur iniquitatis.

MVSA PAVLINA.

Tantum ut qui tenet
nunc teneat:

Donec de medio fiat.

Et tunc reuelabitur
ille iniquus.

Quem dominus iesus
interficiet.

Spiritus oris sui.

Et destruet illustratio
ne aduentus sui.

Et cuius est aduentus
secundum operationem Sa-
thanae in omni virtute: et si-
gnis et prodigijs men-
dacibus: et in omni se-
ductione iniquitatis.

Seruit & in uerbi sobolem, uitijsq; nefandis
Pugnat, qui nostros perdidit ultor auos.
Nunc habeat quod quisq; tenet, dum tollitur illud,
Dumq; deo uisis labitur hora modis.
Dum medium transit, medio mediator & isto
Complet, ab electis horrea sancta uiris,
Hoc ubi sit, tum iam gladius exhibit apertis
Efferus, & miseris lusor adibit oues.
Praestigijs summis (nam tunc uia facta nocendi
Libera) pernicijs totius orbis erit.
Omnibus impulsus furij, & demone toto,
Afflatus, pauidos circuet ille uiros.
Hunc deus omnipotens mundum miseratus Iesus
Conficiet, uerbo conferet atq; suo.
Afflatu & uite uictricia classica soluens,
Allidet monstrum tempus in omne serum.
Destruet, & ueniens duri fumantia damni
Robora, nocturnas Sol fugat ut tenebras.
Nam licet impostor furij instructus auernis
Venerit, & diras expuat ore faces.
Falsiloquusq; tumens excussum terret orbem,
Ornet, & a miris uasta trophaea dolis.
Et christum referens fictis inuitetur in umbris,
Ut Magus in phario grandia signa solo.
His tamen ille nihil poterit, nec uertere iustos
Fas erit, aut numerum diminuisset sacrum.

De

AD THESSA. SECVN.

Fol. 290.

Decipiet multos fateor, sed germina noclis,
Qui reputant christi nomen inane mei.
Quiq; sponte nefas umbra amplectuntur inani,
Nec subdunt domino corda superba suo.
Hi pereant, refecare placet sic morbida membra,
Non erat in numero tam mala turba sacro.
Hec secleri merces, christum spreuere beantem,
Hos Antichristus proditor inficiat.
Auribus expellunt ueracia dogmata, pronos
Fraudibus, hos stygijs, mergat adulter aquis.
Tempserunt regem, caeco seruire tyranno
Sunt habiles, iusto lex placet ista deo.
Seruantem reuere truces, occisor & illos
Ludat, & in tenebras pertrabat ille suas.
Sic erit ut prauis merito pereuntibus, hofdem
Constet, ob spretum morte perire bonum.
Et christo infidos si saeuus obimplicet hostis,
Sit notum, factis haec meruisse suis.
Et seruare bonos fuerit quae gloria regi
Trino, eadem fraudos deseruisse uiros,
Quare agite, o socij domino grateq; precesq;
Tollite, & ad summum corda refecula deum.
Ille legit uita famulos ueroq; docentes.
Primitias uerbi nos facit esse sui.
Nostra potens radijs uiuacibus imbuit ora,
Ad caelos famulis est uia facta pijs.

His qui pereunt: eo qd
charitate ueritatis no
repperunt: ut salui fierent.

Idco mittet illis deo
operationem erroris.

Et credant mendatio

Et iudicent oes qd no
crediderunt ueritati: sed
consenserunt iniquitati.

Illos aut debent gra-
tias agere deo semper
p vobis fratres dilec-
tia do qd elegerit nos
deo pmitias in salute
in sanctificatione spūs.

○○ ij Elea

MVSA PAVLINA.

Electos seruat, ornatos de super ornat,
 Datq; ouibus rabidos uincere posse lupos.
 Que lux ista pios animos ductatq; fouetq;
 Et citat, a domino mittitur alma pio,
 Hæc spes, hæc frater charitas christiana fidesq;
 Qua tibi sunt noto tartara uicta deo.
 A domino christoq; datur, quo perfidus error
 Exulat, atq; animo uis micat alma pio.
 Legit ab æterno famulos, nunc mor te perempta
 Verus amans uiui numinis ore uocat.
 Ut dixit, sic fecit, erit pia gratia iustos
 Seruare, & sancti summa corona uiri.
 Vir tibi promissum patefecit sanguine cælum,
 Vir dedit hic fufis ne capere dolis.
 Hic dedit hic uere gratissima dogmata uite,
 Et decus & pleni lumen opesq; boni.
 Hic dabit & regnum postremo tempore uiuum,
 Quoq; docet, dextra tunc teget ille sua.
 Quod docco, docet ille prior, persistite nostri,
 Hoc preor eloquium corde tenete meum.
 Non meus hic sermo, sed quæ mihi tradidit ipse,
 Qui uos ad regnum duxq; paterq; uocat.
 Vestrum erat ad radios patefacto accedere uisu.
 Sic uelit, & famulos dirigat ille suos.
 Hortetur, soletur, amans, secumq; reformet
 Vos ille, uanos necumat ire dies.

Et in fide ueritatis.

In qua & uocauit uos

Per euangelii nrum

In acquisitione glo-
 rie dñi nostri iesu chri.

Itaq; fratres state: et
 tenete traditiones q̄s
 didicistis siue p sermo
 nē siue p epistolā nrā;

Ipsent dñs noster
 iesus christ⁹ dec⁹ & pa-
 ter nr⁹ q̄ dilexit nos: et
 dedit cōsolationē eter-
 nā & spē bonā in gratia
 exonef corda nrā: & cō

Pandat

AD THESSA. SECVN.

Fol. 291.

Pandat iter dextrū, lucens ubi semina christus
 Confirmet factis pectora uestra bonis.

firmet in omni bono
 opere & sermone.

CAPVT TERTIVM,

Qvod superest expēde uicē, nostroq; labori
 Da modo te gratū quæ decet esse uirū.
 Pro Paulo ad dominū precibus cōsurge supernū,
 Prouehat ut flatu semina nostra suo.
 Mittat & in nostris fœcundos imbribus imbres,
 Utq; seges uerbo crescat honesta pio.
 Et iam sermo dei, populos discurrat in omnes,
 Nec lateat christi nomen opusq; mei.
 Annuat, & furias irrumpat christus acerbis,
 Et nos de seuis liberet ipse lupis.
 Qui cæce obsistunt uero, nostroq; decori,
 Curant iniecto posse nocere luto.
 Omnibus una fides nec adhuc sincera, sed inter
 Terrenos uepres dogmata sancta cadunt.
 Nec tamen hæc rabies sic est metuenda, q̄ illam
 Diffidas charo uincere posse deo.
 Propugnator adest populo, fortisq; fidelis,
 Custodiet gladio uiscera nostra suo.
 Et pia membra fouens tenebras expellet & iras,
 Et cœpta in nobis lumina perficiet.
 Est & enim uerax nec doni pœnitet alti,
 Quo nos ad patrias ipse uocauit opes.

De cetero fratres ora
 te pro nobis.

Et sermo dei currat &
 clarificet: sicut et ap̄s
 uos.

Et ut liberemur ab in-
 portunis & malis ho-
 minibus.

Non enim omnī est
 fides.

Fidelis autē deus est:
 qui confirmabit uos:
 & custodiet a malo.

○○ij Tui

MVSA PAVLINA.

Tu modo nascenti radio ne asijle, deumq;
 Elammiserum, passis excipe uisceribus
 Adiuuat ille suos, sed se petit ipse iuuari.
 Nec surdos uoci conuenit esse pie.
 Adiuuat, at pariter conantem poscit amicum,
 Ne uelit obsceno sponte iacere luto.
 Nec nos de uestro dubitamus lumine, nanq;
 In domino est, uestri spes mihi certa boni.
 Credimus & natos diuino semine nostros,
 Ut deceat uiuis semper adesse sacris.
 Sed precor, omnituens christianos dirigat actus,
 Imbuat, & placitis pectora uestra suis.
 Ut recto incedant cursu, discantq;, sub uno
 Principe, diuinis corda litare sacris.
 Et charitas tribuat uos iam pia germina cunctis,
 Exemplo ueri uelle iuuare pijs.
 Spesq; det indignos patienter ferre labores,
 Et grato passum corde tenere deum.
 Vos tamen interea sceleratum excludite fratrem,
 Qui tumido prauum pectore carpit iter.
 Qui de treclat onus prescriptaq; sacra reuclit,
 Turbet ut in somno lumina uestra suo.
 Dum uelit & leges alienis ponere uotis,
 Obscurat putrido candida templa lacu.
 Hic pereat, serus hostis adest, latet anguis in illo,
 Qui sensim serpens nigra uenena uomit.

Nec

Confidim⁹ aut de vo-
 bis fratres in dño qm̄
 quecūq; p̄cipim⁹ & fa-
 citis & facietis. dñs au-
 tē dirigat corda uestra

In charitate dei.

Et patientia christi,

Denūciam⁹ aut vobis
 fratres in noīe dñi nři
 iesu chři: ut subtraha-
 tis uos ab omni fratrē
 ambulante inordina-
 te: non secundū tra-
 ditionem quam accē-
 perunt a nobis.

AD THESSA. SECVN.

Fol. 292.

Nec pigeat socijs uestrum proponere Paulum,
 Querentem dextris prandia casta suis.
 Cui, ne christiano nimium grauis esset honore,
 Lassabat, duras pendula tela manus.
 Et quamuis poterā, qui dogmata sancta tulissem,
 Infima pro tantis poscere dona bonis.
 Abstinni a uestris domibus, panisq;, merumq;,
 Non nisi per digitos esca parata meos.
 Nam licet hoc fas est, qui christica regna parabā,
 Debueram factis utilis esse meis.
 Nam quicumq; iacens somno torpescit iniquo,
 Ille cibos nullos carpere dignus erat.
 Esca pijs, casto merces ea danda labori,
 Torporem membris non decet esse sacris.
 Qui uigiles animis uestrae incubuere saluti,
 Hi socios factis demeruere suis.
 O cia sed Paphijs postrataq; corda sagittis,
 Non possunt claris grata fuisse uiris.
 Vos igitur quicumq; mouet, læditq;, territq;,
 Exturbans damnis commoda sancta suis.
 Hunc precor, & melius ut iam sibi cōsulat opto,
 Ne leuis, & populo sit grauis ille pio.
 Hic licet indignus, miseris succurrere membris
 Vestrum erit, & læsos conuenit esse pios.
 Ne cessate bonum geminis effundere dextris,
 Quos similes passo conuenit esse deo.

OO iij At

Ipsi em̄ scitis quē ad-
 modū oporteat imita-
 ri nos.
 Quā nō inq̄eti fuim⁹
 inter uos. necq; panem
 gratis māducauimus
 ab aliquo: sed in labo-
 re & fatigatione nocte
 ac die operātes ne quē
 uīum grauaremus.

Non autē nō habuerim⁹
 potestātē s̄ ut nos
 metip̄os formā dare-
 m⁹ uobis ad imitādū
 nos. nā & cū essem⁹ a-
 pud uos hoc denūcia-
 uim⁹ uobis: qm̄ si q̄s
 non uult operari nec
 manducet.

Audiuim⁹ em̄ int̄ uos
 quosdā ambulātes in-
 quiete nihil operātes:
 sed curiosē agentes.

Ips autē qui cuiusmodi
 sunt denūciam⁹ & ob-
 scramus in dño iesu
 chři ut cū silētiō opan-
 tes suum panē mādu-
 cēt uos autem fratres
 nolite d̄ficere bene fa-
 cientes.

MVSA PAVLINA.

Quod si quis nō obe-
derit verbo nostro: p
epistolam hunc nota-
scet non comiscami-
ni cum illo vt confun-
datur.

Et nolite quasi inimi-
cū cristinarc: sed cor-
ripite vt fratrem.

Ipsē autem deus pa-
cis det vobis pacē sem-
piternā in omni loco.
Dñs sit cum oibus vo-
bis. salutatio mea ma-
nu Pauli: quod est si-
gnū in omni epistola:
ita scribo: gratia domi-
ni nri iesu xpi cū oibz
vobis. Amen.

At quicumq; negans sit, uerbo incredulus almo,
Pulsus de uestris exulet ille choris.
Exul ut ad dominum redeat confusus amicū,
Sentiat, & medicas uos habuisse manus.
Sepe iuuat pueris animum monstrasse seuerum,
Sepe timor uires dexter amoris habet.
Sepe pudor ueniis sopitos excitat ignes,
Et bona de notis nata fuerit malis.
Sit charitas puro non sit mors impia cordi,
En frater iste tuus, non tuus hostis adest.
Hortare, a uitijs tandem resipiscat, & ipsum
Sit tua mens crimen perdere non socium,
Hoc deus omnipotens qui uerē est pacis amator
Consulat, & membris sit precor ipse suis.
Et ne ficta tuum fraudarit epistola sensum,
Signa uides chartis hęc bene nota meis,
Iamq; uale, & sancti pietas & gratia christi
Sit tibi dux, populū quę facit esse piū.

FINIS MVSAE PAVLINAE

Aluari Gomez in Episto-
lam ad Thessalonis
censēs Secun-
dam.

Quam

AD THESSALO. SECVN. Fol. 293.

MVSA
PAVLINA ALVA
ri Gomez in epistolam
ad Philemonem.



Vā legis a Paulo missa est tibi char-
ta Philemon.

Qui christos christi nomine uin-
ctus amo.

Ex æquo mentes ductor deus euocat omnes,
Cunctaq; iam radijs irrigat arua pijs.
Sancta nec a phrygijs abscondit lumina campis,
Quamuis sit morbis turba notata suis.
Prisca simul Phrygios damnavit fabula mores,
Sed tactos flamma uult pater esse sua.
O phryx diuino testis mihi candide uerbo,
Frater in officio clarus & ipse meo.
Salue, uxorq; simul, salue ingens Appia, salue
Archippe, & clarae christea turba domi.
Ille ego uos Paulus christiana mente saluto,
Qui nunc pro christo uincula seua gero.
Seua mihi, domini sed nomine grata perempti,
Mella quidem nostris miscuit ille malis.
Efflat opem, & ueræ pariens noua gaudia uite,
Dat mihi mundanos uincere posse metus.

Glorior

Textus Pauli ap. 11.

Paulus uinctus chri-
sti iesu et Timotheus
frater Philemoni di-
lecto.

Adiutori nostro.

Et Appie sorori chari-
sime: Archippoco mi-
lioni nostro & ecclesie
quę in domo tua est.

MVSA PAVLINA.

Glorior & martyr puro moriturus amore,
 Implo delitijs uiscera nostra sacris.
 Teq; uelut sūma moriens Phryx alloquor hora,
 Testatus natum nempe fuisse meum.
 Pax domini nostri, uirtus, & gratia, frater
 Sit tibi, & a passo uita beata deo.
 Gratulor inq; tuis opibus, donisq; bonisq;
 Do grates domino qui tibi tanta meo.
 Ille tibi illustres animos hos præstitit, ille
 Accendit radijs hæc tua corda suis,
 Ille tibi uirtutis opus, roburq; fidemq;
 Donat, & infusi luminis auget opes.
 Nil sumus a nobis, tribuit bonus omnia christus,
 Et pius in membris emicat ille pijs.
 Ille tibi e patrijs inspirat sedibus ignem,
 Ut seruus dominum sis memor esse pium.
 Huic referes quæcumq; tenes, haustiq; uigorem
 Numinis, & famæ pignora tanta tue.
 Hunc ego p summæ flāmata charismata dextra,
 Deprecor ut flammæ auget ille tuas.
 Et superum munus supero foecundet amore,
 Detq; sua in factis dona nitere tuis.
 Ac tua magna fides de lumine lapsa uocantis
 Crescat, & ad summum te uehat usq; bonū.
 Et magis atq; magis pater innotescat, & ipse
 Det tibi per natum cuncta uidere suum.

Luxq;

Gratia uobis et pax a
 deo patre nostro et do-
 mino iesu christo.
 Gratias ago deo meo
 semp memoriã tuã fa-
 ciens in oronib⁹ meis.
 Audiens charitatem
 tuam et fidem quã ha-
 bes in domino iesu:
 & in omnes sanctos.

Et cōmunicatio fidei
 tuę euidentis fiat.

In agnitione oīs ope-
 ris boni in xpo iesu.

AD PHILEMONEM,

Fol. 294.

Luxq; tibi a coelis diuini illapsa magistri,
 Vtilis exemplo sit precor orbe tuo.
 At quoniam sanctos pietas tua luxit in omnes,
 Oraq; sunt dextris ægra refecta tuis.
 Te comitem cernens, uero fulgere decore
 Lætor, & in christo das mihi dona meo.
 Sic gemitus nostros sic uulnera nostra mederis,
 Dum curas sanctis utilis esse uiris.
 Omnis enim populus, christo seruante, redēptus,
 Vnum cum summo principe corpus habet.
 Mēbra sumus, caput ipse deus, charitasq; fidesq;
 Vnius in socios tenditur ipsa sacros.
 Et mihi das, charis quæ das pia munera nostris,
 Est tibi de uinclis pars quoq; magna meis.
 O frater uenerande tuis, sic itur ad astra,
 Perge precor domini uir memor esse tui,
 Ut dum terrenis miseris solabere donis,
 Empyræ æternus det tibi dona parens.
 Perge precor, largam centeno foenore dextram,
 A domino uiuis accumulare bonis.
 Pandit iter pietas cœli, regnumq; preennes
 Diuitias, iusta diuidit illa manu.
 Illa scelus nostrum peccataq; seua remittit,
 Sit precor hæc animo frater amice tuo.
 Est, & erit, christusq; pios sibi diriget actus,
 Iam dedit effusi maxima signa dei.

Hæc

Sanctis enim magni
 habui et consolationē
 in charitate: tua quia
 viscera sanctorum re-
 quieuerunt per te fra-
 ter.

MVSA PAVLINA.

Propter quod multā
fiduciam habens. Hac precibus poteram fidens ur gere sodalem,
Et pater a nato poscere dona meo.
Et genitum uerbo te doctor apostolus almo,
Sperabam uerbis flectere posse pijs.

In christo iesu impe-
trandi tibi quod ad rē
pertinet. Præcipue cum iam pueros expertus amores,
Noucris occisi uiscera chara dei.
Noueris ut nostræ condonat debita culpæ,
Noucris ingratos ut tulit ille uiros.

Propter charitatem
magis obsecro. Sed uolui potius charitas impetret, & ipse
Des socius socio munera iusta tuo.

Quum sis talis. Iusta rogo, socium non aspernere precantem,
Christea sunt socijs uiscera aperta suis.

Et Paulus senex. Adde q̄ & Paulus multum est in nomine Pauli,
Esse senex ætas & ueneranda solet.

Nunc autem & uinctus. Adde q̄ & uinctus, mœstiq; & flentis imago
In precibus nimium ponderis ista tenet.

Iesu christi. Vinctus & in christo, charitas christiana fauorē
Non negat his, chari qui duci arma gerunt.
Tot mihi nominibus per numina uera precanti,
Vix poterat dictis corda negare meis.
Quamuis pro sæuo uel uox mea posceret hoste,
Qui peteret telis teq; tuosq; suis.

Obsecro te pro filio
meo quem genui. Sed precor & natum pro nato, ex semine christi
Quem genuit puro uox mea casta deo.
Crescit amor q̄ non genui fumantibus umbris,
Sed cœlo, & ueris editus ille sacris.

Quod

AD PHIEMONEM.

Fol. 295.

Quod genui uinctis iam iam moriturus acerbis,
Natus in extremis charior esse solet.
In uinculis. In uinculis.
Inq; est Onesimus, charum placet edere nomen.
Nec pudet ut dominum fu gerit ille suum.
Onesimo. Onesimo.
Eugerat, atq; fuga dominū fraudarat, ad ipsum,
Qui tibi aliquando
inutilis fuit. Qui tibi aliquando
inutilis fuit.
Iam redit, & pulsus sordibus alter adest.
Mutatumq; fugæ redeuntem poenitet, illum
Suscipe, sic seruos conditor ipse suos,
Ipse suos diræ captos meretricis amore
Suscipit, in patrio confouet ipse sinu.
Filius in siluis errabat prodigus atris,
Sed rediens læti dona parentis habet.
Inspice quo affectu distratos queritat hostes,
Ut leuat hos, natos & facit esse suos.
Ut trahit, ut refouet, donisq; ingentibus implet
Optimus, in lapsos nec furit ille uiros.
Exemplo christi pueros imiteris amores,
Ille tibi, seruo tu quoq; parce tuo.
Iste laboranti paulo fuit utilis, ad te
Nunc ueniens nostro carcere gratus erit.
Ad te christisoni dulcissima nuncia Pauli
Afferet, & socij uincula sancta tui.
Vincta sacrum nomen, quo non sacratius ullum
Nosse potest, animo qui capit alta pio.
Suspice diuinis firmatas uiribus arces,
Eriq; ad triunum lumina casta deum.

Aspice

MVSA PAVLINA.

Aspice tris unum dulci sociabile nexu
 Numen, & æterni concipe uincla boni.
 En pater, & natus uero nec̄luntur amore,
 Alter, & alterius nomine lætus ouat.
 Spiritus ecce ambos nec̄lit, sibi tertius, illos
 Aeternus secum nodus amoris habens.
 Hic nexus, socialis apex, unumq; cacumen,
 Iungit mirando cætera uincla modo.
 Inde per æthereas uirtus diffusa cohortes,
 In se tres ternos colligat una choros.
 Cælorum uinclum purgato concipe sensu,
 Vnitos secum quos creat ipse fouet.
 Hinc inter se se felicibus incita flammis,
 Sancta cohors unum combibit una bonum.
 Cætera dein primi uestigia conspice ueri,
 Aeterni uires ordinis orbis habet.
 Ordo deus, deus ipse deus nec̄litq; ligatq;
 Perpetuo nexas foedere reliquias.
 Hic numeris elementa ligat, seruatq; mouetq;
 Et se per cunctos inscribit ipse gradus.
 Entia sustinet ens, & uitam uita, manensq;
 Funditur, & nostras statq; animatq; animas.
 Omnia sub causis, subq; ordine nexat amico
 Causa prior, factum quæ regit una suum.
 Hinc pia si christi mysteria perspicis almi,
 Atq; unita uiro numina uera bono.

Aut

AD PHILEMONEM.

Fol. 296.

Aut uerbo aut uerbis summū uenerabere uinclū,
 Ecce dei numen cuncta ligantis habes.
 Suscipiens hominē uerū, omnia sumpsit, & ad se
 Attrahit, & multos unicus ipse gerit.
 Virtutesq; alias uno perstringit amore,
 Et charitas firmam spemq; fidemq; facit.
 Inde sacros artus uitali perluit imbre,
 Vnit & unito candida templa deo.
 Nec̄lit & hic templum multis e gentibus unum.
 Membraq; sic unum plurima corpus habet.
 Hinc inter lotas precioso sanguine turbas,
 Sancitum summo principe foedus adest.
 Membra inter se se iusto nec̄luntur honore,
 Datq; unum cunctis uincla sancta caput.
 Sic author pacis, communi foedere princeps
 Eleuat, ad nexus uiscera nostra suos.
 Sic capit authorem succis mens ebria sacris,
 Ac ultra uinclum nil petit illa decum.
 Nil aliud trepidans, aliud nihil anxia uotis
 Sustinet, clecto iam prope uincla bono.
 Hoc pia martyribus donauit funera, nanq;
 Martyrij donum, non uoco supplicium.
 Hoc tenet astric̄lum tenebroso carcere Paulum.
 Hoc facit esse animo uincla grata meo.
 Quod tibi, si ueri recolis memorata magistri
 Vincula, si christi pectore nomen habes.

Tu autem.

Si

MVSA PAVLINA.

Illum ut mea viscera
suscipe.

Quem ego volueram
meum deicere ut pro
te mihi ministraret in
vinculis euangelij.

Sine illsio alit tuo ni
hil volui facere.

Si tibi quæ pietas ueros adiungit amantes,
Quæ recolat grato dona paterna sum.
Si pax, si qua tui uel curas uincula Pauli,
Quem uinctum frater conspicis atq; senem.
A Paulo christi redeuntem suscipe seruum,
Hunc iam nec seruum suscipe, sed socium.
Suscipeq; ut Pauli natum, charissima mater
Quem genuit trino christe a lympha deo.
Malueram comitem nostro retinere labori,
Nam potuit uinclis utilis esse meis.
Ille mihi charum cum te referebat amicum,
Mullebat curas hac quoq; parte meas.
Nam cum soleris sanctos, uit. eq; reformes
In christo, & nostris des pia dona uiris.
Non dubito latijs si Phryx meus esset in horis,
Quin daret & uinclis gaudia sancta meis,
Nunc tuus it frater, nostro quo possis amori
Seruire, & Paulum corde fouere tuum.
Nec sine te uolui seruum retinere pudicum,
Ne sine te donis uterer ipse tuis.
Nam licet & Paulo fueras cessurus habenti,
Sponte quidem uirtus hæc tua maior crit.
Et tibi ad hoc seruum mea viscera chara remitto,
Liber ut ad notum des tua dona tuum.
Si retines, tuus est, habeas, Pauloq; remissum
Si dabis hunc ultro, plus tibi laudis crit.

Extor

AD PHILEMONEM.

Fol. 297.

Extortum munus non est laudabile, iam tu
Fac mihi de seruo quod uelis ipse tuo.
Hoc tantum fratrem libeat meminisse, nec illum
Plus æquo inflicis perdere ponderibus.
Nec memor erroris freno tractabis acerbo,
Iam redimit lachrymis impia facta suis.
Abluit hic totas christano flumine culpas,
Sanctaq; purgatum reddidit unda uirum.
Vero equidem afflatu sapientis, & ordine summi,
Hunc reor ad uultus ora tulisse meos.
Ut pia perciperet christiani dogmata regni.
Nosceret & trini nomen opusq; dei.
Nec te pœniteat, fugitiuo est utilis error,
Et tibi, & hic felix utilis error adest.
Carnicus hic quondam seruus fuit, & tibi tempus
Ad modicum seruus temporis huius erat.
Suscipis æternum, iam nunc cœlestia doctus,
Iura nocens domino non erit ille suo.
Hactenus hic renuens uultu parebat amaro,
Nunc patiens christi iam tibi miles erit.
Ante tuis iussis nullo restabat amore,
Nunc amat, & ueris est comes ille sacris.
Iam didicit christo solitum damnare furorem
Mitis, & ad furti nomina cuncta pauet.
Dedidicit se uos cœlesti semine mores,
De tali talis, uix queat esse fides.

PP Susci

At ne uelut ex neces-
sitate bonum tuum esse
sed uoluntarium.

Fortitam enim ideo dila-
tasset ad horam a te.

Et in æternum illum
reciperes.

Itam non ut seruum

MVSA PAVLINA.

Sed pro seruo charis-
simum fratrem maxime
mihî.

Quanto autem magis
tibi et in carne et in domino

Si ergo habes me
socium.

Suscipe illum sicut me

Suscipis ecce tuum magno cum fœnore seruum,
Credere mihi tantus non erat ante tuus.
Frater adest, christo redeuntem suscipe fratrem,
Frater enim Pauli charus et iste tui.
Communis nos æquat amor, statusque, fidesque.
Quique pius uina nos lauat emptor aqua.
Vna salus, deus unus adest, ad regna uocamur
Vnica, communem gens habet una patrem.
Has mihi per causas hic est uir charus, et idem
Sit tibi, sic uotis lux micet alma tuis.
Sic tibi det christus uitium confundere factis,
Spiret, et illapsus flamina uera deus.
Quod tuus est, quod habet christiani signa trophæi,
Sis pius, huic gemino cogere officio.
Quod tibi si externi recto tractantur amore,
Debit iste magis charior esse tibi.
Sistit in ordinibus charitas perfecta decoris,
Virque bonus notos adiuvat ante uiros.
Quod si consortem uerbi me suscipis almi,
Meque tibi socium dat pater ipse pius.
Suscipe in hoc Paulum, Paulus uenit alter in isto,
In christo uultus exhibet iste meos.
Exibet atque fidem diuinæ et uiscera flammæ,
Ut comes in uinclis affuit iste meis.
Cumque dei uoces æternumque hauserit ignem,
Alter, ego in nostris profuit ille malis.

Suspi

AD PHILEMONEM, Fol. 298.

Suspice, iamque nouum christo genere te ministrum,
Huic simul atque nouum te decet esse patrem.
Si tamen hic domui fugiens, dispendia uestræ
Fecerit, aut furto quid tulit effugiens.
Si nocuit, debet ut aliquid, ueniamque recuses
Tradere, in damnum soluere ante tibi,
Sponsor ero Pauloque, petes, quod læserit iste,
Obstringit nostram littera nostra fidem.
Si satis esse putas obstricti nomina Pauli,
Paulum pro seruo qui tibi soluat habes.
Hunc finito, nihil ille tenet quo soluat, et ipsum
Te deus admissis soluit amice malis.
Non decet, ut tenerum terrenus creditor agnum
Confundas, domini debitor ipse tui,
Hoc etiam poteram meritis exposcere iustis,
Asserere, et factis plus meruisse meis.
Nec meminisse placet, quod primus dogmata uitæ
Præstiterim, et summi nuncia uera boni.
Quod te, qui Paulo cælestibus abluisti undis
Debes, ut dulci teque, tuosque, patri.
Ut tua sit charitas maior, si sponte remittas,
Sin minus, a Paulo debita posce tuo.
Sit tibi nostra fides pro pignore pacta perenni,
Ni uelis hæc animo soluere uincla pio.
Ergo age iam frater, per nomina sancta fruendi,
Sic hilaris domino te fruar ipse meo.

PP ij Susci

Si aut aliquid nocuit
tibi.
Aut debet.

Hoc mihi
Imputa.

Ego Paulus scripsi
manu mea,

Ego reddam.

At non dicam tibi quod
ticipsum mihi debes.

Ita frater ego te fruar
in domino.

Reface uiscera mea in
christo.

MVSA PAVLINA.

Refice viscera mea in christo.

Cōfides in obedientia tua scripsi tibi sciēs et quoniam sup id quod dico facies.

Simul ⁊ para mihi hospitium.

Nā spero p orationes vras donari me vobis

Salutat te Epaphras conceptivus meus in christo iesu. Marcus Aristarchus Demas et Lucas adiutores mei.

Gratia dñi nostri iesu christi cum spiritu vestro. Amen.

Suscipe cor Pauli, divinaq; gaudia nobis
Da' pccor, in christo viscera nostra tenes.
Signa refert christi, christo pia viscera Pauli,
Non decet oblato iusta negare deo.
Nec tua q; pietas fuerit suspecta roganti,
A me tot uerbis dona petita uides.
Sed diffusus amor geminos effundit ignes,
Vror, adhuc animo non satis ista meo.
Ipse tibi simplex (tantum mea uota ualere)
Optabam curae nuncius esse meae.
Sed pius interea Paulinum suscipe fratrem,
In christo nobis hospitiumq; para.
Si datur a domino uestros mihi cernere uultus,
Gaudebunt nostro viscera uestra sinu.
Tunc pro susceptis referam tibi gaudia donis,
Letum erit, ⁊ grates posse referre piis.
Et dabitur spero, tandem uos ipse saluto,
Et mecum socij nomina clara mei.
Epaphras, pbrygiumq; decus, cultorq; beati
Sanguinis, in christo qui duce uinclus ouat.
Marcus, Aristarchus, Demasq; ⁊ Lucius, oēs
Cor unum, nostri membra beata dei.
Te per diuini suscepta charismata doni,
Susceptum leni mente precantur habe.
Iamq; uale, ⁊ christi seruet te gratia nostri,
Que trahat ad uiuum teq; tuosq; decum.

¶ FINIS EPIST. AD PHILE.

AD TIMO. SECVN.

Fol. 299.

MVSA
PAVLINA ALVARI
Gomez in epistolam ad Timotheum Secūdam.



Cce iterum scribo, sic me pius incitat ardor,

Doctorem satis est nō semel esse mihi.

Charta prior nostro quum non satis esset amori,
Accipe sub geminis viscera nostra notis.
Spes fuerat uestros nuper mihi cernere uultus,
Viua dare, ⁊ socijs gaudia ferre meis.
At premor, ⁊ seui dirissima dextra tyranni,
Me uinclum contra, iusq; piūq; tenet,
Sed pater in mœstis spirat noua robora uinclis,
Et pia per natum dat mihi corda suum.
Meq; iubet lectum media de morte ministrum
Numinis ad charos dicere uerba uiros.
Promissumq; deum diuino promere cantu,
Lucis opes, uitae dulcia regna nouae.
Pax tibi sit, summi donum insuperabile doni,
Quam deus in uerbo missit ab arce suo.
Ne male diuisus, uarijs discerpta sub auris
Corda geras, uotis ⁊ cruciata suis.

PP iij Sed

¶ Cce Pauli apli.

Paulus apostolus iesu christi.

¶ Per voluntatem dei secundū pmissionē uisā te q̄ est in christo iesu Timotheo charissimo filio.

¶ Paz.

MVSA PAVLINA.

Et gratia

Et misericordia a deo
patre nro & dño nostro
iesu chro. gr̄as ago do
meo cui seruiō a p̄ge-
nitricibus meis in cō-
scientia pura.

Sed concors nanq; una dei uiuentis imago,
Concipias animo non nisi sancta tuo.
Et tibi missa charis tenebras expellat auitas,
Et iuuēt ad ueri signa sequenda boni.
Sit pietas, quæ te luſtranti chara parenti
Offerat, eterno concilietq; duci.
At licet huic fuerim teneris ego cultor ab annis,
In patrio ritu non bene cultor eram.
Sed quia sincero dominum uenerabar amore,
Corde sequens nostri nil nisi iura dei.
Me pius omnipotens superas euexit ad auras,
Et mihi dat uerbum luce uidere suum.
Cessarunt prisce latices, sumusq; bidentum,
Nec placet occiso sanguinis ara deo,
Spiritus æterni legem patefecit amoris,
Et templum est uero mens pia facta bono.
Iamq; hominē sūmo charitas sibi uinxit honore,
Verum iter, & sacris edocet ipsa nouis.
Hæc genitrix claros diuini roris alumnos
Lacte alit, hæc nostros roborat una gradus,
Vtilis hæc cunctis, non ipsos despicit hostes,
Sed fouet ut placido membra recepta sinu.
Hæc te presentem retinet mihi, te fruor absens,
Extollo & nostrum per tua facta decum.
Semper ades nostre soboles gratissima menti,
Sumq; memor socij nocte dieq; mei.

Teq;

Quod sine intermissio
ne habeam.

AD TIMOTHE. SECVN.

Fol. 300.

Teq; uidens animo Paulum mihi cernere uerum
Credat amans donis mens mea leta tuis.
At pro te infessis laudo pia numina uotis.
Quem uideo Christo mente placere meo.
Quā domino, christoq; places mihi gaudia p̄stas
Dulcia, quæ dextro sub duce sentit amor.
Sentit amor uenis superum fluxisse liquorem,
Decisa a socio balsama chara deo.
Sentit in his Paulus totum sorpsisse medentem,
Ignotum lingue littera nostra tacet.
Vespere, quum seros radios Sol aureus urget,
Quum leuat a uictō lumina prima solo.
Occurris nostre menti, dominumq; uirumq;
Deprecor, ut præsens hic uelit esse tibi,
Ut faueat, seruetq; fauens, flatusq; superno
Ut uehat, & membris inserat ille suis.
Tangimur affectu tenere pietatis, & o si,
Te mihi det magnus cernere posse deus.
Si satis in Christo q; mens ualet alma uidere,
Nescio quid uotis addidit illa pijs.
Mente tuas habeo lachrymas, quæ lumina sancto
More niuis fusæ sole madentis erant.
Flesti discedens me discedente, fuitq;
Huc tua lux oculos usq; secuta meos.
Issent & uelles mecum loca, flentia liqui
Lumina flens testes tot pietatis habes.

Tui memoriam.

Nocte ac die.

In orationibus meis

Desiderans te uidere.

Memor lachrymarū
tuarum

PP iij Testis

Et gaudio implear: re
cordationem accipies
eius fidei: que est in te
non ficta: et habitauit
primū in auiā tuā. Loides
de r mfc tua Eunice:
certus sum autem q' r
in te.

Propter quā causam
admonco te vt resuscites
gratiam dei que
est in te per impositio
nem manū mearū.

Nō enim dedit nobis
deus spiritū timoris.

Sed virtutis.

Et dilectiōis: r sobrie
tatis.

Noli itaq;

Testis amor, pax atq; charis uirtusq; fidesq;
Que uelut antiquis tradita fertur auis.

Sancta erat & Loides, Eunices sancta fidelis

Illa parens matris, hæc tibi mater erat,

Ne dubito quin iam casto transmissa nepoti,

Lumina per christum sunt tibi uera meum.

Hæc memoro, ut Paulo, flammaq; excitus auita

Pastor tartarcos non uereare duces.

Vt tua uox christo nascentes suscitet agnos,

Et peragas animo christea sacra pio.

Non colubros carnis, non tartara cūctā pauescas,

Non hoc quod tumidis infurit æquor aquis.

Degener hæc animus timeat, cui terrea cordi,

Vinctum blandicijis quem leuis umbra trahit.

Nos quos diuino genitrix pulcherrima potu

Nutrit, & æternis promouet alma bonis,

Impauidos faciat uirtus, mortemq; scelusq;

Det pater, & se uas uincere posse minas.

Spiritus æthereis animos incitet alis.

Sustineant dextris spesq; fidesq; suis.

Spiritus hic ueris largitur robor a sanctis,

Et uiuo mentes dirigit igne fauens.

Hunc tibi quum magni præstaret rector olympi,

Teq; fouens, natum fecerit esse suum.

Exere Christi genas uires, sisq; potenti

Numine, da magnum quem geris ore deum.

Nec

Nec pudeat q; ligna crucis, fuscumq; cruorem
Dicis, & ut uiuas, funera sancta uocas.

Hic fixus deus est, superūq; hominumq; creator,

Qui crucis in ligno iunxit ouile sacro.

Qui proprio nostram mundauit sanguine leprā,

Et moriens uiui summa decoris adest.

Nil cruce christiana toto est sublimius orbe,

Regnat, & in cunctis ius habet illa locis.

Hæc fregit slygyj dirissima sceptrā tyranni.

Gloria crux populi tempus in omne pij.

Ast ego quas patior nec me fecere catenæ

Infamem, fugias ut mea uincla sequi.

Glorior, & uincto crux est noua gloria Paulo,

Vixq; decor noster quo magis crescat habet.

Glorior in passo patiens, mihi uincla decori.

Sic datur & domino pulchra corona meo.

Ergo alacer uenies christiana ad classica miles,

Grande decus, domini si geris arma tui.

Anterior tribulos confundit signifer omnes,

Morsq; per occisum concidit iclta deum.

Ante dei plagas, rabido uiolenta furore,

Terrebat magnos insuperanda uiros.

Iam furij deserta gemit, christoq; perempta,

Imbellis laqueos non habet illa suos.

Exerat ora licet fumantibus improba monstribus,

Nosq; minax uarijs territet atra modis.

Impar

Erubescere testimo
nium domini nostri.

Necq; me uinctis eius.

Sed collabora euan
gelio.

Secundum uirtutem
dei.

Impar in aggressu non est trepidanda maligno,
 Nam quid uir trepides, si tibi christus adeste
 Res agitur nobis diuino numine, nulla
 Iam rabies animis stat metuenda pijs.
 Nos sumus imbelles, sed qui nos sustinet omnes
 Ut pius est, armis munit ille suis.
 Quosq; sui nati uitali morte redemit,
 Protegit & natos dat simul esse suos.
 Abluit & culpas eterno fonte sacerdos.
 Verus, & indignos ad sua regna uocat.
 Non q; gentis opus tam plena ad dona uocare
 Cogeret, ex dono nos uocat ille suo.
 Sponte dedit perfectus amans decreta per ipsum
 Munera, consilio nec dedit illa nouo.
 Ante mare, & terras, & quod tegit oia cœli,
 Decretum sancto fecerat ore deus.
 Quæ completa uides, uerbo firmauerat almo,
 Et si fata uoces, sic ca fatus erat.
 Et conferre deum famulis, & cuncta per ipsum,
 Censuerat, sicut nunc facit ante uolens.
 Nec noua res uni qui præspicit omnia regi,
 Hoc erat immoto nunc uelut ante deo.
 At nuper declarat opes, orbiq; dolenti
 Aetherea medicum misit ab arce pium.
 Misit, & ignipotens trinum manifesta sub orbē,
 Munera per missum, iam facit esse deum.

Est

Qui nos liberauit.

Et uocauit uocatione
 sua sancta: non secun-
 dum opera nostra: sed
 secundum propositum
 suum et gratiã quæ da-
 ta est nobis in christo
 iesu ante tempora se-
 cularia.

Manifesta est asit nunc
 per illuminationē sal-
 uatoris nr̄i iesu christi.

Est deus & mittens, missus deus, ipseq; uasa
 Seruator summi pandit opima boni.
 Vir deus in ligno destruxit funera sancto,
 Illustrat radijs & pia corda suis.
 Exurgens uitam socios irrorat in omnes,
 Datq; pijs uerbo dona beata suo.
 Quod refouet, qd̄ alit, patrēq; imitātibus ipsum,
 Promittit similes quas habet unus opes.
 Huic me doctrinæ dominus præfecit in orbem,
 Et mihi dat ueri signa ferenda sui.
 Ut discant gentes diuina charismata, discant
 Lumen & ignoti mystica sacra dei.
 Hæc & uincla docens patior, seuoq; furore
 Me petit infandis ira superba modis.
 Dumq; cupit dæmon sacram sopire fauillam,
 Doctorem uerbi uult lacerare pij.
 Sed lacret, gratis gliscunt mea gaudia pœnis.
 Me uinctum uincto non pudet esse deo.
 Exemplo passi pœna est mea gloria Christi.
 Cum mihi maclato mortuus esse uolo.
 Meq; uenenati tempestas horrida mundi
 Non premit, in tuto est anchora sacra suu.
 En licet in christo seuos ridere furores,
 Vnda furens animo non nocet ulla meo.
 Sum licet imbellis, pro me propugnabit ab alto
 Christus, & in pugna dimicat ille mea.

Me

Qui destruxit quidē
 mortē: illuminauit au-
 tem uitam & in corrup-
 tionem.

Per euāgelium in q̄
 positus sum ego prædi-
 cator & apostolus ma-
 gister gentium.

Ob quā causam etiā
 hæc patior.

Sed.

Non confundor.

Scio enim cui credi-
di,
Et certus sum qz po-
scens est depositū meū
seruare.
In illum diem.

Me seruat qui cuncta potest, cui credidit ille
Mens mea, in aduersos dat mihi tela lupos.
Ille suos artus sub tegmine claudit amico,
Membra, caput, flatu confouet ipsa suo.
Ille mouet natos, & sustinet ille, regitq;
Vnicus, & cunctis summa quietis adest.
Securum me christe facis seruator, & in te
Mundus ad extremum me gerit iste diem.
Restituetq; meam multo cum foenore uitam,
Cum ueniat terris ultimus ille dies,
Quum deus ostendet preciosi lumina partus,
Fructus & oppressis tunc erit ipse uiris.
Tunc bona martyrij fulgecet gloria nostri,
Mors & erit sanctis utilis ista uiris.
Felix, qui mortem non trepidare secundam
Possit, & efflicis uictor ouare malis.
Felix, qui domino posui mea robora uero,
Quis non sub tali principe fortis erit:
Deposui christo pectus, uitamq;, uiamq;,
Dogma mihi uerbi credidit ille sui.
Et uerax, sic nostra fides, non fallat amantem,
Optimus a falso discrepat ille bono.
Ast tibi, cui Paulus susceptum credidit ignem,
Dispensata sacri forma nitoris adest.
Exemplar fidei, Paulo tradente beatæ
Noscis, & illapsi dogmata sancta dei.

Hæc

Formam habe sano-
rum uerborum que a
me audisti in fide & di-
lectione i christo iesu.

Hæc me carnatus docuit deus, Hæc tibi Paulus
Edocui domino nempe relata pio.
Ne maculata sinas alij nigrescere formis,
Depositum domini sis memor esse tui.
Adiugetq; nihil, mutes nil, nec tibi uerum
Vertat iter thecnis glofula falsa suis.
Syncera est commissa fides, tu respice puram
Ne uitics, iussis sed uigil esto sacris.
Præsidio flantis domini tutissimus ibis.
Semper adest seruis duxq;, paterq;, suis.
Siste precor uero, ne te fors dira malorum
Territet, ut falsos nostra procella uiros.
Nanq; mihi quondam socij sed pectore ficto,
In quorum uotis nil nisi mundus erat.
Effugiunt, nonumq; deum, Paulumq; relinquunt,
Aurisa æthereis impia corda bonis.
Vtq; uidet uincti dirissima uincula Pauli
Creditus ante comes, nunc ferus hostis adest.
Hoc facit Hermodogenes hoc letus nocte Philetus,
Incostans ipsis pectus uterq; notis.
Hoc alij, quos coepit amor sceleratus habendi,
Quos timor & uitij tecta uenena trahunt.
His ego (nâq; docet christus) nihil imprecor, illos
Si pius a culpis forte reducat amor.
Ast Oniphoriæ domui solamina uere,
Virtutis dominus mittat ab arce meus.

Ecce,

Bonum depositū cu-
stodi per spiritum san-
ctū qui habitat in nos-
tris.

Scis eni hoc qz auera
si sunt a me omnes qui
in Asia sunt.

Ex quibus est phile-
letus & hermodogenes.

Det miam dñs Onest
fori domui: qz sepe me
refrigerauit: et catenā
meā nō erubuit.

Sed cum venisset Ro-
mam sollicito me que-
sit et inuenit.
Det illi dominus inue-
nire mihi recordia a do-
in illa die.
Et quanta Ephesi mi-
nistravit mihi tu me-
lius nosti.

Tu ergo fili mi confortare
in gratia que est in
christo iesu.

Et que audisti a me
per multos testes.

Hec commenda fide-
libus.

Qui idonei erunt et
alios ducere.

Ecce, nec erubuit nostras uidisse catenas,
Vnxit, & hic oleo vulnera nostra sacro.
Meq; sequens christum sub carcere querit acerbo,
Inuenit, & fido pectore prestat opem.
Materies pietatis adest, qui querit, & ille
Inuenit, est presens optimus atq; fauens.
Huic (& enim nullum pietas iustissima fallit)
Det pater, ut gratum sentiat esse deum.

CAPVT SECVNDVM.

O Felix charitas, o nullo uicta timore,
A christo in socios principe fusa pios.
Tu quoq; frater amans diuino insiste labori,
Inuictum christo principe robur habes.
Viribus aethereis christano insurge furore,
Si uelis, en domini dextra parata pijs.
Adiuuat, & charitem ualuis insufflat apertis,
Sol uelut hic radios tendit in orbe suos.
Synceramq; fidem, proprio quam tradidit ore
Ipse deus Paulo, Paulus & ipse tibi,
Hanc alijs effunde uiris, haec semina uitae,
Quae fido spargas pectore cultor habes.
Elige credentes, uento ne dulcia mandet,
Semina qui siccis seminet illa locis.
Non tibi lux furtim tetrus edicta sub antris,
Sed coram multis testibus, atq; palam.

Terreni

Terreni quae erant nebulas, & noctis in umbra
Discant, libato somnia uana mero.
Tu radijs claro orbe, palam, uerboq; potenti,
Incipe caelestes gignere uoce duces.
Gignitur in christo christus per flamina christi,
Quum nouus Orcis fragas accipit unctus aquas.
Tunc quum dogma nitens alium transfundis in orbem,
Fecundas passi uiscera sancta dei.
O charitis coniux sic dicitur, illa per ipsum
Huic generat natos sanguine pulchra suos.
In genitisq; deos generat, nam solus & unus
Omnipotens, iustos dat deus esse deos.
Datq; suis proles generosi dona parentis,
Hinc ueniunt sanctis nomina summa uiris.
Concipis inde docens quae sit tua gloria frater,
Da modo te sanctum quem decet esse uirum.
Non locus est caecis uitijs, non fraudibus, ecce
Te citat officij cura decusq; sacri.
Non decet indignis tantum usurpare decorem,
Magnus honor christi nomen habere dei.
Iam quoq; onus magnum, magno succedit honori.
Esse quidem uirtus empti labore solet.
Mens tua quae citius superas assurgat in arces,
Mundanam debet, cernere militiam.
Ut cum laude bonus peragat sua munia miles,
Se totum domino credidit ille suo.

Labora.

Sicut.

Bonus miles christi
iesu.

Cunctis

MVSA PAVLINA.

Cunctis ductor habet querendi fercula curam,
 Ductaq; securis figere castra locis.
 Deligit excubias prudens, quadratq; cohortes,
 Prouidet & castris cornua quaeq; suis.
 Militis at durum cura est tolerare laborem,
 Et satis esse putat dum statione manet.
 Militat omnis amans, diuersaq; castra regentes,
 Daemon & christus, hostis & hostis habent.
 Ille cupit tenebras proprijs infundere castris,
 At pius illustrat pectora nostra parens.
 Tu quem cura dei turbae praefecit amicae,
 Sta precor ut fortem conuenit esse ducem.
 Vtq; bonus christo similis patienter in omni
 O bssequio, miles sis memor, arma geris.
 His strenuum te ostende uirum, tuus induperator
 Vsq; crucem duris perstitit ipse malis.
 Aspice quam blandus rabiosos perferet ictus,
 Quam crudis patiens morsibus agnus erat.
 Vt uigil, ut fortis, curaeq; ut prouidus uni,
 Pertulit ob socios uulnera pulchra suos.
 Hunc precor instantem pugnans inuitere, ducisq;
 Iussa feras animo tempus in omne tuo.
 Praesidium dux ipse legit, curaq; paterna
 Dispensat castris tela cibosq; suis.
 Tu cura ut uincas, curat dux caetera magnus,
 Ille parat factis praemia digna tuis.

Memo militans deo/
 iplicat se negocijs se-
 cularib; ut ei placeat
 qui se probauit.

En

AD TIMOTHE. SECVN.

Fol. 305.

En qui pancratico subiit certamina nisu,
 Quamuis decertet, nil nisi uincat, habet.
 Pugnāt, contendit, firmoq; incumbit amore,
 Vt sit uincenti certa corona sibi.
 Vtq; sit instanti uictoria parta labori,
 O bsfirmat totum per mala longa uirum.
 Agricola, & curuo terram dum scindit aratro,
 Sedulus, & pigrum stercorat imbre solum.
 Semina dum spargit, dum iam crescentia purgat,
 Inuigilans casto corpore totus adest.
 Speq; grauem fructus grata fert mente laborem,
 Quem bene de fido sperat habere solo.
 At quibus empyrci comissa negocia castris,
 Ecce magis claros nos decet esse uiros.
 Constantes nos esse decet, rectiq; tenaces,
 Nec semel ostenso uertere terga bono.
 Spes aeterna uocat, nihil est q; bella recuses,
 Dulce quidem est armis ocubuisse pijs.
 Dux nequit hic falli, nequit hic & fallere, non est
 Qui bona uincenti denegat ulla tibi.
 Adde, q; & uerax, domino iurauit in uno,
 Praemia rex meritis clara referre tuis.
 Adde, q; & meritum donauit gratia, quamuis
 Illa erat a ualuis saepe repulsa tuis.
 Praemia si quaeris, meritis incumbere decoris,
 Si meritum, charitem iam quoq; posce piam.

Ita r q certat in agone
 ne non coronabit: nisi
 q legitime certauerit.

Laborantē agricolaz
 oportet primū de frua
 tibus accipere.

Intellige quz dico.

Q. Q. Af

At charis in promptu est, & apertis excubat alis,
 Si uelis accipies, est tibi uelle satis.
 Sic tua de proprio pendet uictoria nisu,
 O foelix miles, quæ cupis illa potes.
 Nec christi miles terrena negocia tractes,
 Nec multis dominis posse placere putes.
 In statione manes non es mutandus ab ipsa,
 Nemo potest binis utilis esse locis.
 Inspice quid uerbis mens feruida sentiat istis,
 Non satis, ut cuperem, littera muta docet.
 Tempore in hoc decuit, quæ uox hæc tardius isset,
 Iustum erat, hæc multis pandere sacra notis.
 Concipe quæ uinctus uoluit tibi dicere Paulus,
 Et picta ex animo fer tibi signa meo.
 Inspice quæ refero, dominus concidet amicus,
 Ut capias uenis dogmata sancta pijs.
 Ut tua mens sapiens circumuolet æthera, christo
 Si seruis, Christus conferet ipse deus.
 Tantum opus est, uero ne sis male gratus amati,
 Et subeant animo Christea facta tuo.
 Eslo memor, quanto surrexit nuntine David
 Filius, electis duxque, paterque, uiris.
 Ut deus hic, ut homo, placidis nos contegat ulnis,
 Ut uocet ad summi prandia uera boni.
 Fide, potens deus est, frater tibi crede, iuuabit
 Si possit, cupias quid magis? ecce potest.

Hic

Hic potuit ceco diffundere lumina Saulo,
 Viuo ego, uiuificum quis neget esse deum?
 Ille mihi ardentis animos inspirat, ut illi
 Seruiat in plagis mens mea læta suis.
 Alligor, excrucior, sub carcere nocens acerbo.
 Sed pia quis domino clausit ora meo.
 Nulla potest rabies Paulinum uincere uerbum.
 Nam deus hoc uerbo prestitit ipse suo.
 Meque, pater summo presens animauit amore.
 Ut mea uox nullo concidat icla malo.
 Afflictumque caput, uiuas in uulnera uires
 Prestat, & exemplo dat pia membra suo.
 Illustrat patiens patientes, euocat Orco,
 Exurgens populi, duxque, deusque, pijs.
 Supplicioque crucis mirandum spirat odorem,
 Immiscens nostris spemque, decusque, malis.
 Suscitatur electum diuina in nuncia Paulum,
 Constantique pium pectore firmat opus.
 Nec me hebræa phalax, Babilos, nec barbara terra
 Gaudeo, dum nostro colligor ipse duci. (ret,
 Si ruat hoc corpus, mens insuperabilis Orco
 Spirat, adoratum non cruciata deum.
 Ora premant hostes, firmo sub corde manebit,
 Collaudans dominum sancta loquella suum.
 Dum licet, & lingue proprium sibi fundit honorem,
 Allelatque deo quos ualet ipsa bono.

QQ. ij. O uti

Dabit enim tibi deus in-
 tellectum in omnibus.

Memor esto domini iesum
 christum resurrex-
 isse a mortuis ex se-
 mine dauid secundum
 euangelium meum.

In quo laboro usque
 ad uincula quasi male
 operans.
 Sed uerbum dei non
 est alligatum.

MVSA PAVLINA.

O utinam nostris uerbis occurrat Araxes,
 Quæq; uolat Numido fragina turba noto.
 Quiq; Hypanim, Bethimq; bibūt, istumq; uoracē,
 Quæq; per Arctos obriget unda lacus.
 Ut dominum mundi mundus reuerenter adoret,
 Agnoscantq; pium pectora iusta patrem.
 Ipse ego discerptus, stygias uel mersus ad um;
 Edoceam socios christea dona meos. (bras,
 Quamuis sub cunctis patiar noua funera poenis,
 Dum tuba sum christi quolibet esse feram.
 Vincla Nero credit, sed sunt mihi gaudia, uinctus
 Dum memoror, uincto gaudio nota deo.
 Vincla putat quisquis uires male sentit amoris,
 Ipse uoco nostras uincla delicias.
 Dum subit in mentem ueri patientis imago,
 Nil est quod uinclis non mihi dulce meis.
 Nostra quies dolor ille dei, cæsusq; flagellis,
 Dux beat infuso uiscera nostra deo.
 Perg; nouos artus, pastoris maxima uirtus
 Stillat in opino balsama uera modo.
 Sentio, sed mirum non est mihi dicere donum,
 Quod fidens christo uinctus amore tenet.
 Ergo alacer, plexusq; lubens, quoscunq; labores,
 Suspicio, ut domini dona beanda mei.
 Opto etiã charos nota hæc mihi gaudia nostros
 Noscere, dux lucem det precor esse parem.
 Quosq;

Prodeo omnia sustinco.

Propter electos.

AD TIMOTHE. SECVN.

Quosq; oriens foelix uita prædestinat almæ,
 Ad sceptrum thalami pertrahat ipse sui,
 Omnibus alma salus a solo offertur Iesu,
 Turpe chaos flammis expulit ille pijs.
 Ille pati uoluit fraterno seruidus igne,
 Multa pati famulos hoc decet igne suos.
 Pro nobis passus, nostrum sibi poscit amorem,
 Vtilis (heu) socio quis neget esse suo?
 Ille per afflictus uarios ascendit ad astra,
 Hæc similis natis est uia data pijs.
 Hac iter est nobis ad ueri regna beantis,
 Inuitat nostros signifer ille gradus.
 Durum opus hoc carni, quæ tantum terrea sentit,
 Sed fudit nostro principe noster amor.
 Nam si cum domino morimur, moriente beato,
 Et christi aduersas uincimus igne manus.
 Ut moriens maculas foelicibus abluat undis,
 Et uitam uictis dat pius ille malis.
 Quis uetat ut nostro uiuamus principe, passos
 Atq; simul regno det simul esse suo.
 Consortes poenæ, sceptro regnabimus uno,
 Semper enim iusti lex erit alma dei.
 Hunc & apud terram fuerit qui passus, & ipsū
 Agnoscet, uiuo rexq; caputq; polo.
 Sin minus affixum clauis, si forte negasti,
 Non est cur fastus approbet ille tuos.

QQ iij Despi

Fol. 307.

Et r ipsi.

Salutē cōsequatur q̄
 est in christo iesu cum
 gloria cęlesti.

Fidelis sermo

Nam si cōmorui sus
 mus.

Et conuiuemus:

Si sustinebimus r cō
 regnabimus.

Si negauerimus.

MVSA PAVLINA.

Et ille negabit nos. Despicietq; animos in maiestate superbos.
 Qui non in plagis hunc coluere pijs.
 Abnegat hunc, quisquis renuit perferre laborem
 Pro Christo, & sanctis, quos fouet ipse, uiris.
Quem cum extrema dies, perfecto temporis orbe,
 Venerit, e castris extrahet ille suis.

Si non credimus. Qui Christo fidit, recte sibi consulit, & qui
 Non fidit, summo nil nocet ille deo,
Ille fidelis permanet Ecce sui similis semper constansq; bonusq;
 Nunquam promissis fallere corda uolet.
 Siue deo credas, caeca seu mente resistas,
 Hoc ueniet, firmus quod uidet ante deus.
Negare se ipsum non potest. Quod promissit erit, recti nec poenitet unquam,
 Expectanda malis funera, uita bonis.

Hæc comone testificas Hæc sunt diuini scelicia dogmata uerbi.
 coram deo noli cõten- Hæc cura in socios dicere sepe tuos.
 dere uerbis, ad nihil si em uile est nisi ad su-
 buersionem audien- tium.

Non bello uocis tumidae, sed numinis ore,
 Non est argutis uita paranda dolis.
 Obtestare dei per, uiscera sancta, benigni,
 Per numen rectos cuncta uidentis amans.
 Per Iesum Christum, trinos qui sustinet orbis,
 Ad sua qui praesens dogmata testis adest.
 Ut moniti redeant ad uiua charismata, ne iam
 Durati, ad stygias nocte ferantur aquas.
 Sic poteris doctor, tumidos calcare sophistas,
 Et clara stygios uincere uoce dolos.

Con

AD TIMOTHE. SECVN.

Fol. 308.

Contra uerbosofos noli contendere uerbis,
 Ne sacra per modulos, iura probare tuos.
 Excedit rationis iter, lex nostra, fidesq;
 Credit, & horrendis nil timet illa locis.
 Ut ilis interdum ratio, sed & infima, nec sit
 Ut dominans, fidei seruiat illa sacræ.
 Ne serus ur gentes de quolibet, implicet anguis,
 Et male quaesitus sit sine fine modus.
 Tu dignum te ostende patrem, castoq; decore,
 Tractabis uerbis dogmata sancta pijs.
 Nec tuatransiliat Christianum forma tenorem.
 Sed uoce & factis esto lucerna tuis.
 Quicquid agas, ut noster agas, sincera docentem
 Subleuet, in passo Christea flamma deo.
 Ne Christo uacuum pudeat legisse ministrum,
 Sitq; tibi sacrum dedecus esse uirum.
 Discute perplexas uoces, & inania uincla,
 Est pietas firmo uera sequenda gradu.
 Si semel admittas uariantia uerba, furentes
 Pugnas, terrenis labra canina sonis.
 Gliſcet in æternum uirus, nisiq; alta ueneni
 Serpet, ut æthereas obruat illa faces,
 His tenebris uerbi uigor extinguetur, & ur gens
 Paulatim toto corpore Cancer erit.
 Quin potius uigilans serpenti occurre furori,
 Et reseca tensum principis ense malum.

QQ. iij. Nec

Solicite autē cura te
 ipsum p̄babilē exhibe
 re deo/operariū incon
 fusiū recte tractan
 tē uerbum ueritatis.

Phrophana aſit z uar
 nilo quia deuita.

Multū em̄ p̄ficiūt ad
 impietatem: et sermo
 eorum ut cācer serpi

MVSA PAVLINA.

Exquis est hyme-
neus et phylctus.

Nec temere ista putes me formidare, Philetus,
Hymeniusq;, alti signa dedere doli,
Vidimus hos turbæ tendentes retia nostræ,
Iusq; pium scelis commaculare nouis.
Hi dum per cæcum metiuntur lumina uisum,
Conantes sensu claudere summa suo,
Amiscere decus fidei, terramq; sequentes,
Delusa ad stygias mente feruntur aquas.
Dilantesq; caput, sed non pia surgere membra,
Pro: dolor, in dubiũ spemq;, metũq; trahũt,
At licet hæc rabies diuinum euertere templum
Conspiret, firmo nil nocet illa deo.
Stat fidei diuinus bonos, fundamina christo
Quæ posuit, nullo subiacet ipsa dolo.
Saxa æterna uides, nullo ruitura sub æuo,
Stat deus, & dextris sustinet illa pujs.
Nouit & hos dominus, quos non grauis abstulit
Regna quibus nati iam parat alta sui, (error,
Sciuit, & hos mundis qui miscent turpia sacris,
Hosq; manet factis ultima pœna suis.
Ergo decet, maculis, prauoq;, recedat ab omni,
Qui sibi torquentem non uelit esse patrem,
Ne mirum tanto si mens uertibilis orbe,
Decidat a ueris tam male lusa bonis.
Turba ingens, seuusq; Sathan, & carnea moles,
Præua potest monstris perdere corda suis.

Succrescunt

Quia ueritate excide-
runt dicentes resurre-
ctionem iam factam: et
subuerterunt quorum-
dam fidem.

Sed firmi fundamē-
tum dei stat habēs sig-
naculum hoc.

Cognouit dominus q̄
sūt eius: et discedat ab
iniquitate omnis qui
inuocat: nomē dñi.

AD TIMOTHEVM, SECVN.

Fol. 301.

Succrescunt, præuæ sanctis cum frugibus herbæ,
Sunt inter gratos mixta uenena cibos.
Vtilis at sepe est rabies inimica, feroxq;,
Hostili castos dum probat igne uiros.
Quin etiam cernes in magna diuitis aula,
Utilia in uarijs uasa fuisse modis.
Aurea sunt, & sunt argentea, lignea uasa,
Omniaq;, aptato rex iubet esse loco.
Vt sibus hæc pulchris, in turpibus altera ponit,
Vtraq; lanx domino seruit habenda suo.
Fictile uas, auri naturam assumere ueri
Non ualet, at nobis uis data maior inest.
Ex carne hac aurum facies, fornace sub alta
Virtutis, terram tanta corona manet.
Fictile eris, si uis prolabi ad turpia uas, quod
Rex bonus infernis deputet ipse focis.
Si preciosus honos, si regia pocula gestis
Fundere, in obsceno non decet esse luto.
Aurea si placeant tibi nomina, surge, solumq;
Descere, & a uitijs improbe surge reis.
Vtile uas domino qui iam cupit esse beato,
Effugiat noctem lucis amore grauem.
Effugiat morbos animæ, fraudeq;, scelusq;,
Rex quibus aduerso discrepat ipse gradu.
At quoniam stimulis uarijs agitata iuuentus,
Plerumq; ad putridos ducitur, itq; lacus.

Effuge

In magna autem do-
mo nō solum sunt va-
sa aurea et argentea s; et
lignea: et fictilia.

Quædam quidem in
honorem: quædam au-
tem in contumeliã.

Si quis ergo emūda
uerit se ab istis.

Erit vas in honorem

Sanctificatum et uile
domino ad emne op^o
bonum paratum.

Iuuenilia autem des-
deria fuge.

MVSA PAVLINA.

Sectare iusticiã fidẽ:
 spem:charitatem:et pa
 cem:cum his qui inuo
 cant dñm de corde pu
 ro.

Stultas autem et sine
 disciplina questiones
 deuita:sciens quia ge
 nerant lites.

Seruũ autem dñi nõ
 oportet litigare: s; mã
 fuetum esse ad omnes:
 docibilem.

Patientem.

Cum modestia corripiẽ
 pietem eos q̄ resistũt
 veritati.

Si quando deus det
 illis penitentiam.

Effuge uir sapiens iuuenilia nota magister,
 Stent potius cordi paxq; fidesq; tuo.
Stet charitas, christis quæ te pia colliget almis,
 Hymenidas abigens atq; Phileti genas.
 Non pax contendit, charitas non tollitur, omnes
 Docta pares, nunquam disputat alma fides.
Ergo stulta uidens atq; insipientia uerba,
 Quæ uisa in Christo nil nisi uirus habent.
 Non bene suscipies, nam quid nisi iurgias, seuam
 Ac rabiem, nodis hæc peperere suis.
Verba stulta forum, uesanaq; prælia miscent.
 Dum placitis proprijs corda superba iacent.
At Christus durum, sola pietate, laborem
 Fregit, & incursum patris amore feros.
 Nunquam contendit, nullo tonat ille furore,
 Nulla eius resono uisa querela foro.
Viuat in exemplo domini, qui seruit, ut ille
 Mitis erat, famulus debet & esse pius.
Non pugnet, nõ surgat atrox, non litiget, eb, cur
 Oblatres, dominus dum silet ipse tuus?
Non opus est gladijs, charitas æterna furentem
 Corripiet, uerbo uis erit alta pio.
Non decet ut duos desperes uellere morbos,
 Horrida nam teneris saxa teruntur aquis.
Flat deus, & forsam uerbo correptus amico
 Impius infernas non uolet ire uias.

Decussaq;

AD TIMOTHEVM. SECVN.

Fol. 301.

Decussaq; rei, misera caligine somni,
 Agnoscet domini lumina sancta sui.
Excitietq; grauem terram, laqueosq; superbi
 Dæmonis, & ueras mente sequetur opes.
Ergo, & dogma piũ, nõ iurgias pectore uoluẽs,
 Sit mitis socios qui regit ille suos.

CAPVT TERTIVM.

MItẽ, non segnẽ cupio, cui numina cordi,
 Sit uigil, in multis dimicat ille locis.
Ecce aduersa fremit Babylos, Syriq; proterui,
 Atq; sophistarum plurima turba furit.
Hos sub diuinam legem si miseris, extat,
 Extat adhuc nostris qui ferus hostis erit.
Spiritus hoc quondam, postremis affore seclis,
 Dixerat, hoc memori pectore semper habe.
Instabunt duris horrentia tempora morbis,
 A pietate cadens de gener orbis erit.
Tunc gens Christianos amittet terrea mores,
 Nec pia suspiciet numina cæcus amor.
Terrã insanus amans, nõ fulgida regna requiret,
 Pro summo uilis principe nummus erit.
Inflabit sæuos bullata superbia fastus,
 Ausa uel in summum uerbera ferre chorum.
Hauriet ex Oro rabiem, qua numina tentet
 Lædere, & horificis astra mouere sonis.

Non

Ad cognoscendam ve-
 ritatem: et resipiscant a
 diaboli laqueis a quo
 captiui tenentur ad ip
 sius uoluntatem.

Hoc autem scito: quia
 in nouissimis dieb; in
 stabunt tempora peri
 culosa.

Et erunt homines se
 ipsos amantes.

Cupidi.

Etati superbi.

Blasphemi.

MVSA PAVLINA

Paribus inobediē-
tes.

Ingrati: scelesti: sine
affectio: sine pace: cri-
minatores: incontine-
tes: inimici: sine beni-
gnitate.

Proditores.

Proterui: tumidi.

Et voluptatis amato-
res magis q̄ dci: habē-
res specie pietatis: vir-
tutem autem eius ab-
negantes.

Et hos deuita.

Ex his enim sunt.

Non honor ætati dabitur, ruptoq; pudore,
Illudet iustos improba turba patres.
Ingratus uirtute carens, ac impius, amplum
Curret iter, nullis fœdera firma sacris.
Pax procul, & passis decurrent crimina rostris,
Dum mendax socium circuit ille suum.
Dumq; immittis, iners, odijs agitatus acerbis,
In sacras acies improbus arma mouet.
Sub fidei titulo, uiolentus proditor, umbras
Dum sequitur, laqueos fertq; refertq; novos.
Hostis amicitie, temerarius, impius, illex
Turgidus, & sæui forma supercilij.
Inuidus, & fratres, mentito crimine, perdens,
Occultans uerbo nigra uenena pio.
Fæcis amans, cultuq; dolos, ac arte nefanda
Dum tegit, heu uires, tabida pestis habet.
Nam simulant pietatis opus, rumpūtq; negātq;
Virtutem, magni sacra fidemq; dei.
Forte hodie & multis hanc possis cernere tabem,
His, qui uera cupis, non uelis esse comes.
Ut melius ualeas lethalia monstra cauce,
Accipe sub paucis hæc tibi picta notis.
Frigida gens hæc est, quæ tristi obscura pauore,
Heu, simulat totum claudere corde deum,
Torua, supercilij flammis armata scueri,
Pallorem saturis quæ trahit arte genis.

Intrat

AD TIMO THEVM. SECVN.

Fol. 311.

Intrat in obscuris domibus, penetratq; cauernas,
Et blando primum pectore dicit aue.
Paulatim fundens christum pariterq; uenenum
Immiscet fidei toxica dira fauis.
Inde ubi se teçtæ stimulauit uerberare flammæ,
Ecce palam serpens tota uenena uomit.
Venatur stultas iuuenes, quibus instar Adami
Possint ailectos illaqueare uiros.
Sexus & imbellis matura uincitur arte.
Fœmina sæpe furens ut leuis umbra uolat.
Adde, q; & culpis dum mens oneratur auernis,
Est facilis, cunctos ut bibat ipsa dolos.
Fluctuat infœlix, uarijsq; accomoda dictis,
In nullo sistens, discere semper auet.
Nec contenta bonum per nos didicisse magistrū,
Qui tulit ad sensus dogmata uera pios,
Gessit & ultra aliquid, falsoq; audire docentes
Dum properat, gladijs concidit usa suis.
Ast illi obtextu ueræ pietatis, utrosq;
Mergunt impuro seq; suosq; lacu.
Discentes semper discunt nihil, & sine fine
Errant a uero tabida turba bono.
Nec mirum hoc monstrum nascēti occurrere luci,
Sic habet aduersos quæ fuit umbra duos.
Iamnes ægypto simul, & funestus Iambres,
Torfit in Hæbreum tela superba ducem.

Duxq;

Qui penetrant do-
mos.

Et captiuas ducunt
mulierculas.

Operatas peccatis.

Qui ducunt varijs &
siderijs.

Semper discentes.

Et nisi ad scientiam
veritatis perueniētes.
Quemadmodū autē
Iānes & Iambres re-
litterut Moyse.

Duxq; pijs signis domini ostendebat honorem,
 Præstigijs hostes unus & alter erant,
 Tunc Noses christum, Petrū referebat & Aron,
 Umbra Magi pariter tunc Pharaonis erant.
 Ecce Simō, prauus Dositheus, & improbus anguis
 Hermogenes, socijs obuia turba meis.
 Sunt, & erūt mihi crede lupi, sub imagine falsa,
 Qui uident uerbi candida sacra pijs.
 Qui Christo aduersi (ceu Moyfi cæcus Iambres)
 Signa uelint puri commaculare dei.
 At non hæc slygy nox est mansura ueneni,
 Sed radio uerbi corruet icla sacri,
 Lux diuina procul nebulas effringet inanes,
 Ut toto passus regnet in orbe deus.
 Detectisq; dolis charitas sincera, fidesq;
 Fulgescet, fractis igne potente lupis.
 Iflorum & rabies fuit, ut manifesta Magorum
 Concedet uinclas in pia iura manus.
 At tu dissimilis qui ueri signifer almi,
 Ebibis a Christo dogmata pura meo.
 Hæc dabis, hæc alijs constanti pectore, quo non
 Dissonet a uerbis impia uita bonis.
 Optimus es testis, fuerint quæ dogmata Pauli,
 Institui socios qua pius arte meos.
 Ut semper fixo teneam coelestia uoto,
 Ut mea sax ardens & sine labe fides.

Ita rhi resistunt veri
 tati: homines corrupti
 mente.
 Reprobi circa fidem.

Sed ultra non perfi-
 cient.

Inspientia enim eor
 manifesta erit omib⁹
 sicut r illozum fuit.

Tu autem affecut⁹ es
 meam doctrinam.

Institutionem:

Propositum: fidem:

Vt fuerim constans, & nulla percitus ira,
 Vir mitis christi principis acta sequor.
 Vt prodesse parans ipsis, uel hostibus insons
 Persisto, & nullis mens mea uicla malis.
 Meq; sub Antiocho, Lysiris, Coniujq; uidebas,
 Pro domino coeli, uulnera multa pati.
 Testis eras, quum me uario tentante furore
 Christus, inuicto pectore, miles eram.
 Quum deus incolumem supera uirtute docentem
 Protexit, dextris sustinuitq; suis.
 Nec mea de sæno ueniebant uincla fato,
 Dura uenascenti lex dabat ista mihi.
 Non me per facinus iudex plectebat iniquum,
 Exulat a factis noxq;, scelusq;, meis.
 Virtuti merces nosster labor, hos mihi fructus,
 Has chariti grates perfida turba dedit.
 Nam quicumq; cupit Christianam uiuere uitam,
 Exemplum christi, gesta; sancta sequi,
 Compatietur, erit uitijs infestus & umbris,
 Et nocti, in lucem quæ fera bella mouet.
 Præparet impaudam, tolerada ad uulnera frôtê,
 Qui recolit domini uulnera sancta sui.
 Semper enim mundus, cultores opprimet almos,
 Exrucians nati semina sancta dei.
 Hæc tamen in lucrum cedit patientibus æstas,
 Utile ob æternum est uerbera ferre bonum.

Longanimitatem:

Dilectionem: paciētias:
 persecutiones: passio-
 nes:
 Qualia mihi facta
 sunt Antiochię Ico-
 nij Lysiris.

Quales persecutiōes
 sustinui / et de omnib⁹
 eripuit me dominus.

Et omnes qui pie vo-
 lunt uiuere in christo
 iesu persecutionē pa-
 tientur.

Improba

Mali aut hoies et se-
ductores pficiet in pe-
ius: errantes et in erroze
mutentes.

Tu vero permanc in
hisque didicisti. et cre-
dita.
Sunt tibi sciens a
quo didiceris.

Et quia ab infātia sa-
cras litteras nosti: q̄ te
possūt instruere: ad sa-
lutē p̄ fidē q̄ ē in Ch̄o
iesu. ois em̄ scriptura
diuinit⁹ inspirata uti-
lis est ad docēdum ad
arguendū: ad corripie-
dum: ad crudicndum
in iusticia. vt perfect⁹
sit homo deit: ad omne
op⁹ bonū instructus.

Improba sed rabies, si prospera cedit in ignes,
Sub duplici poene nomine plexa nocens.
Exitus acta probat, non admirare scelestos,
Tempora pro uotis leta uidere suis.
Instat amara dies, scelerataq; gaudia luctu,
Et finiet iniustos, noxq; dolorq; prement.
Surge animo constans, meliora in tempora serua
Te precor, & passum sis memor esse deum.
Eslo uigil, uenis & nostra hæc dicta reuolue,
Nec dubita a domino iussa fuisse tuo.
Scis tibi ab electo ueracia dogmata Paulo
Credita, que a uiuo traxerit ille deo.
A pueris usq; huc, sacrum suxisse liquorem,
Vitalemq; cibum, littera sancta dedit.
Hac potes expressum uigilans agnoscere christū,
Haurire ad potum flumina uiua sacrum.
Hac potes & ditē uitij calcare peremptis.
Arguere, & ueris uile sophisma notis.
Hac & terrenas expellere protinus umbras,
Ad domini rectos munia ferre gradus.
Vtilis ad cælos hæc est uia, lumina doctus
Si sacra audito ter meditare deo.
Purgatusq; fide, ueroq; instructus amore,
Illustres factis teq; tuosq; pijs.

CAPVT QVARTVM.

Iam

I Am te, igitur magni p̄ numina sūma paren-
Per iesu Christi uiscera grata rogo. (tis,
Qui iudex uiuo taxabit crimina uerbo,
Quum ueniet terris ultimus ille dies.
O bestor Christi, per regna potentia, nostri,
Imperium cuius tempus in omne manet.
Fortiter ut ueræ scelicia dogmata uite
Prædicet, & uerbum uox tua clara piū.
Firmus in aduersis, gladio non territus ullo,
Da focijs magni dona beata dei.
Insta, urge, & uerbum toto da tempore uiuum,
Apta ad laudandum quælibet hora deum,
Tempus erit, cum fructus erit, spesq; ipsa salutis,
Pocet, in effuso corda mouere bono.
Argue uir stolidos, christoq; accensus amante,
Ingratas mentes ad pia facta uoca.
Increpet, & nimio tua uox fraterna uigore
Illum, qui stygijs dat sua corda procis.
Vni si per monitus, correcta exurgat, amicos,
Turba iacens, almo pondere uicla gemat.
Sed patiens simul atq; docens, ne iurgia tentes,
Sed blandus sacris integer eloquijs.
Funde pios radios, Christianaq; semina, curans
Dum potes insidijs obuius esse malis.
Nam ueniet (mihi crede) dies, cum dogmata sana
Rideat, & fictas gens sibi poscat opes.

RR Ecce

Testificor corā deo et
Iesu Christo q̄ iudica-
turum est uiuos et m. or-
tuos.

Et p̄ aduentū ipsi⁹ et
regnum eius.

Prædica uerbum.

Insta oportunitate
portunc.

Argue.

Increpa.

Obsecra in omni pa-
cientia.

Et doctrinā

Erit em̄ tempus cum
sanam doctrinam non
sustinebunt.

MVSA PAVLINA.

Sed ad sua desideria
coacernabunt sibi ma-
gistros pruriētes auri-
bus.
Et a veritate quidem
auditi auertent ad fa-
bularum autem conuer-
tentur.

Tu vero vigila in oī-
bus labora.

Op⁹ fac euangelistę.

Ministeriū tuū imple

Sobrius esto.

Ego enim iam delibor.

Et tēpus resolutionis
meę instat.

Ecce erit, ecce animos, somno regnante, superbos,
Sub vitis uinctos improbus hostis aget.
Inq; cupidinibus uarijs, ac fæce sepulti,
Doctores cupient ad sua uota dari.
Non qui diuini doceant pia lumina uerbi,
Sed uanas teneris auribus illecebras.
Argutumq; magis, sed non magis utile quærent,
At magis ad morbos proxima uerba suos.
Auersi a uero, fucum aduertentur inanem,
Hos sūge, si ad magnum uis pius ire deum.
Nitere in aduersum uigilans, ueraxq; labora,
Ut tua sint puro corda parata deo.
Præconem uerbi te uoce, & corde beati,
Fac precor, & factis lux micet alma tuis.
Nec te uerbicolam, fallacis gloria famæ
Incitet, at casto pectore purus amor.
Tum poteris animis cœlestia figere dicta,
Si tua sit uerbo consona uita pio.
Perge precor, uerumq; docens, imitare magistrū,
Ad christi obsequium quem deus ipse uocat.
Hactenus ipse comes, bello pugnauimus uno,
Auxiliumq; tibi, cum mihi Paulus eram.
At fœlix, grato ueniens iam uictima Christo,
Libor, & optandi funeris instat onus.
Instat honos, oboeq; uolens, non conscia culpæ
Mens cupit, ad dominum sera uenire suum.

Certauit

AD TIMOTHE. SECVN.

Certauit, uici, cursu in, munusq; peregi,
Et fidei sanctæ ductilis, urna fui.
Nunc superest, claræ fulgentia ferta coronæ,
Præmiaq; a domino accipere alta meo.
Quod potui feci, dextra omnipotentis, & ipsa
Plus mihi quam potui uir meruisse, dabit.
Munera grata quidem, nō præmia debita posco,
Nil nisi de supero numine Saulus eram.
Debeo quod refero, nam qui me deligit, ille
Vires ut possum tanta referre, dedit.
Qui Saulum fecit, Paulum, me uincere fecit,
Ipseq; uincenti dat sua dona mihi.
Labitur ex alto Sol, aspiciendus olympo,
Et lustrat patulas claras ubiq; domos.
Qui uoluit lucem, ualuis hanc traxit apertis,
Et meriti nomen, pandere limen, habet.
Sole deus maior, clausas non pandere portas
Si uolui, flammis hoc dedit ille suis.
Manca erat ad meritū uirtus mea, dat pater altus
Iusticiam, in factis & facit ille meis.
Sed quia uir poteram flammis obstare refusis,
Excepi, & passo lumina grato sinu.
Hoc uoluit index, meritis ascribere nostris.
Scit licet illapsi muneris esse dei.
Sic uicisse uiris uerum accepisse docentem,
Ac sua non radijs corda negasse pijs.

RR ij Et

Fol. 314.

Bonū certaminē certauit
uicissimum consumauit
de seruauit. in reliquo
reposita est mihi coro-
na iusticię, quam red-
det mihi dominus.

MVSA PAVLINA.

Et meritum uincentis adest, quia uertere noram
 Arbitrium, & Christi funere liber eram,
 At bene quod uici, radijs pia gratia fecit,
 Quae pius hoc fecit, uincere quod uolui.
 Nam praecurrit ope pansurum limina, iuuuit
 Et pariter iustum sic deus agit opus.
 Et sua dona pius factio non premia nostro
 Debita, per uerbum dat deus ipse suum.
 Non tamen hoc mundo, nam quicquid uulgus adorat,
 Est nihil, in terris nil nisi, nomen habes.
 Sed dabit in caelis totum requiescere motum,
 Quum iustus iudex iusserit adueniens.
 Quum pia mens, pulchro sociabitur enthea uero,
 Duxque aderit membris tempus in omne suis,
 Vincet in christo manet haec mea gloria magno,
 Haec manet, & claros certa corona uiros.
 Illaesa & uitijjs seruant qui corda tyrannis,
 Sequi pios domino templa dedere pio.
 Qui cum turpe scelus puro auerentur amore,
 Sumunt uenturo gaudia sancta deo.
 Horum de numero, quod sis charissime opto,
 Quem deus aduentu deligat ipse suo.
 Tu tamen interea factis insisto decoris.
 Nitere, & hac sensus faece lenare tuos.
 Fige oculis Christum, qui conspicit omnia, quique
 Te reget, hunc animam si geris ante tuam

Ad me

In illa die iustus iudex

Non solum autem mihi sed
 et his qui diligunt ad-
 uentum eius.

AD TIMOTHE. SECVN.

Fol. 315.

Ad me quam primū uenias precor, obstat acerbus
 Carcer, ne uultus sit mea charta meus.
 Sunt, & quae cupiam uiua tibi dicere uoce,
 Hostia quam nostro perferat ante deo.
 Infelix Demas, uano me liquit amore,
 Post abiens miseri gaudia falsa soli.
 Cresces ad Galathas, Titusque ad flumina Draui,
 Christianam lucem quo tuantur eunt,
 Stat Lucas, uerbiq; comes, sociusq; laboris,
 Quem bonitas uinculis detinet usque meis.
 Duc ueniens Marcum comitem, nam conuenit illi
 Dulcia de passo dicere multa deo.
 Tychicus Ephesias nuper demissus ad oras,
 Vtilis, & longo tempore notus abest.
 Est et apud Carpum nudi iam penula Pauli,
 Ut tecum referas horrida poscit Hyems.
 Ferque meos libros, charitis monumenta beatæ,
 Qui tibi post Paulum pignus amoris erunt.
 Sunt in membranis ingentia uota figuris
 Picta, rogo in primis si potes ipsa geras.
 Queris ubi ille faber nunc sit ferrarius, ecce,
 Me solum in medijs deserit ille lupis.
 Ostenditque malum, non fecit, nam neque iustus
 Leditur, ostenso ni uelit ille malo.
 Virtutisque tenax animus, non uictus ab ira,
 Ludit in opino uulnera passa bono.

RR iij Sic

festina ad me
 venire cito.

Demas enim me reliquit
 diligens hoc seculum et
 abiit in Thesalonicas;
 Cresces in Sataphia.
 Titus in Dalmaniam.

Lucas est mecum locutus.

Marcum assume et ad-
 huc tecum est enim mihi
 utilis in ministerio.
 Tychicum autem mihi
 si Ephesum.

penulam quam liqua troa
 de apud Carpum ueniens
 affer tecum; et libros ma-
 xime autem membra
 nas.

Alexander gravior multa
 mala mihi ostendit

MVSA PAVLINA

Sic quicumq; parat, patientem perdere, uoto
 Fallitur, inq; ipsis dat bona mira malis.
 Nec liquisse satis sucrit, uelut impius hostis,
 Utq; Nero, in plagas infurit ille meas.
 Huic deus extribuet, diris sua præmia factis.
 Hunc tu si fugias dæmonis ora caue.
 Hunc fuge, ut arsuras inferni mantios aras,
 Nanq; cupit, ficto fallere corde deo.
 Improbus, ac expes, furij's agitat' iniquis,
 Ad summum, dictis restitit ille meis.
 Restitit, at christus uero propugnat amante,
 Ipse comes nobis robur & auctor adest.
 Cætera turba metu, scenas ad Cæsaris aras
 Destituit, Paulum puluere mota suum.
 Accidit humanum, non hoc deus imputat illis,
 Sed uires animis mittat, & arma pijs.
 Nam me si solum, sic deseruere docentem,
 Est, & erit Christi gloria magna mei,
 Qui super assistens diuina mittit ab arce
 Robur, & illapsu dat mihi tela suo.
 Ut per me, uerbi præconem sentiat alti
 Mundus, homo uiui gaudia uera dei.
 Et uere ad gentes dimanet dogma salutis,
 Mergat, & irrisos Tybridis unda deus.
 Ac tandem princeps somnos æxuta Numanos
 Gaudeat, imperio Rhoma beata pio.

Reddet illi dominus
 scdm opera ei⁹. quæ et
 tu deuota: valde enim
 restitit uerbis nostris.

In prima mea deffē-
 sioe nemo mihi affuit.
 sed oēs me derelique-
 runt.
 Non illis imputetur.

Dominus aut mihi a-
 ssiuit: & confortauit me.

Et per me prædicatio
 impleatur.

Et audiant omnes
 gentes.

Sig

AD TIMOTHE. SECVN.

Sic deus eripuit me, scæui a fauce Leonis,
 Datq; potens, uerbo semina uiua suo,
 Fortescitq; magis pietas, charitasq; fidesq;
 Et uicto Christus tenditur orbe meus.
 Hactenus hic nosser seruator, quum sibi seruum
 Sit placitum, lethi sine uocare pij
 Acthreas dux ipse domos, cœlestia regna
 Conseret, & summi dona paterna boni.
 Is mihi iusticiæ radis affulsit, & afflat,
 Hic tibe det noto uiuere dulce deo.
 Tuq; tuos comites, Paulina uoce salutans
 Dic precor, ut ualeant, ante hyememq; ueni.
 Te precor ante hyemem, si sis tibi charus, ad esto,
 Ne te cum uenias, aspera turbet hyems.
 Tolle moras, semper nocuit differre paratis,
 Tolle moras, clara quis timet ire uia?
 Ni properes, crudescit hyems, pontusq; , polusq;
 Surget, & e medio uasta procella salo.
 Nunc iter est, propera, ne te nox horrida frater
 Occupet, ante niues, recta tenenda uia est.
 Nox, Hyemisq; furor, diuina petentibus obstant,
 Tempore sub cæco quis bene carpit iter?
 Qui christum queris propera, sub Sole micanti
 Quere hunc, ni properes, te fera claudet hyes,
 Post hyemem Paulus non est tibi, respice frater
 Littera in arcanis quid gerat ista suis.

RR iij Post

Fool. 316.

Et liberatus sum de
 ore Leonis,
 Liberauit me domin⁹
 ab omni opere malo.

Et saluum faciet in re-
 gnum suum cœleste.

Cui sit gloria in scula
 sculorum. Amen.

Saluta Pniscam. rē.

Festina uenire ante
 hyemem.

MVSA PAVLINA.

Post uitium facilis non est uia, ni pius Auster
 Nos leuet, ocludens limina morbus habet.
 Ante hyemem uitij, glaciem, tenebrasq; furorū,
 Quære deum, tenebris discrepat ille malis.
 Sole petendus amor pius est, pia mater amoris
 Alma fides, hyemi dissonat ipsa feræ.
 Si semel increscit tempestas, frigus, & umbra,
 Perq; hyemem tumidas concitat æurus aquas,
 Durū iter est, horrore graui peregrinus anbellat
 Nauita barbarico cum furit unda freto.
 Si semel irrepit somnus, uitiumq;, geluq;,
 Criminis, ad Christum pigrior est animus.
 Obstata hyemi sceleris, sero medicina paratur,
 Cum mala per longas aucta fuere moras.
 Ulcera seua quidem, prisco foetentia tabo,
 Irrident, medicas non ualitura manus.
 Sic uitium morbusq; animæ, si frigore toto
 Seuit, & hybernis pontus ut horret aquis,
 Opprimat, heu, metem miseram, sensusq; natates
 Obruit, & uacuam dat tibi rector opem.
 Quære deum, dum clara dies, dum tepus apertū
 Solibus, hyberno nec gemit unda noto.
 Ecce deus, dextris uenientem exceptat amicis,
 Si uelis ad passum corde uenire deum.
 Si uelis, ante hyemem tuta est uia, nunc tibi miles
 Cuncta fauent, portus, cærule, cymba, deus.

Sol

AD TIMOTHEVM. SECVN.

Fol. 317.

Sol micat, & zephyris spiratibus æquora parat,
 Et leuis a dextris puppibus aura uolat.
 Nunc iter est, quid perdis iners data tempora classi?
 Surgit Hyems, propera, dū tibi tempus adest.
 Ecce deus, sceleri ueniam nūc præstat, & umbræ,
 Et cadit a christo perfida culpa meo.
 Nunc oleum, nunc sacra iuuat, medicusq;, salusq;,
 Quodq; deus cupiat tergere uulnus habes.
 Nunc charitas uiuis ægroto est prouida flammis,
 Nunc pauida, ostens o est qui regat igne ratē.
 Nūc propa, ante hyemēq; ueni, ne turbidus Auster,
 Seuiat, extremus ne ruat ille dies.
 Si semel ille uices motu has concludit adempto,
 Et uenit ad metam iam breuis hora suam.
 Si semel auditur supremo buccina cantu,
 Et tua sub gelido puluere membra silent.
 Non medicus, non ulla salus, oleum ue, calorue,
 Non spes, quæ uiuum captet ab ore deum.
 Aeterno interitu nox ingruct ultima, gensq;
 Improba, sub duris concidet icla malis.
 Nunc locus est, rectorq; uocat, pete cærule remis,
 Stat charitas uoto, portus, & aura, tuo.
 Festina ante hyemem, ne te ferus implicet horror.
 Sitq; reuertendi, summa negata tibi.
 Festina ad christum uitali ductus amore.
 En pius attrito turbine perflat amor.

Festina

M VSA PAVLINA.

*Festina ad Christum, nec te mala uota morentur,
Ne furor hybernae te male perdat aquae.*

*Salutat te Eubolus
et Pudens et Linus.*

Eubolus, Linus, atq; Pudens, comitemq; patreq;

*Et Claudia: et fratres
omnes.*

Te uera in summo pace salutat hero.

Claudia te charum Christiana pace salutat,

Atq; omnes socij turba pudica mei.

*Dominus Iesus christus
cum spiritu tuo.
Gratia vobiscu. Amē.*

Pax tibi sit, Christi q; salus, & gratia, sitq;

Laus infinito tempus in omne deo.

FINIS MVSAE PAVLINAE

Aluari Gomez in epistolam ad

Timotheum Secundam.

Ac omnium aliaru,

quas idem Au-

tor expo-

suit.

Comunis

ALVARI

GOMEZ AD BEATISSI-

um patrem, Clementem

Septimum, Pontificem

Maximum, episto-

la, in Musam

Paulina.



OMMVNIS THEOLO
goru sententia, est beatissime pa
ter, dei optimi maximi opera,
sanctius ipso silentio, quam elo
cutiois obsequio, uenerari. Quis
enim maiestatis illius incompre
hensibilem decorem, aut pro tan
tis beneficioru cumulis, debitas

grates, uel eloqui possit, uel mente concipere? Nimirum ut
caligat humane frontis oculus ad Solem huic uisibilem, sic
& inuitabilis humane mentis acies, ad aeternos inexhau
ste bonitatis radios, nimio pressa fulgore tenebrescit. Cete
ru, & si lippus noster animus, ut in pleno fulgentissimi So
lis aspectu, in diuinorum mysteriorum contemplatione, cae
cutiat, ad arcanas tamen admirabudi spiritus uoces inuitat
nos, & i accessa ipsa mysteria. Sic unius numinis uirtus in
supereminetem pulchritudinis suae suscipiendam ueritate,
imbecillitatis nostrae oculos auidos trahit. Rursus & ipse
infinite

infinite lucis decor ineffabilis ob incomprehensi cando-
 ris flammā, propellit eosdem. Nunc per uarias extrarū hu-
 ius processus intuitiones, ad cataphasim excitat, nunc deter-
 ret, nunc apparet, nunc occultatur, & mirabilis deus in san-
 ctis suis, mirabiles quoq; ad foecundam meditationem uias
 præstat. Vt cum inuisibilia dei, per ea q̄ facta sunt uisibilia,
 perspexerit: nō superbiat subtilissimus indagator, nec ab in-
 tacti luminis collatione repulsus, aut desperet, aut inuideat,
 sed uterq; admiretur, & gratias agat illi uni, per quem fa-
 cta sunt omnia, qui per singularem munificentiæ suæ uirtus-
 tem, atq; occultas intuitioni nostræ uires, nunc cogit tacere,
 nunc loqui. Hinc est, ut, & si ad continuā dei laudem astrin-
 gamur, uocemur, impellamur etiam & indocti homines,
 ad præconium tamen inenarrabilis diuinitatis nō sufficiat,
 doctissimus hominum. Hinc etiam, & si constat omnibus
 unde, qui maximum supra uires onus assumpserim, accusa-
 ri possum temeritatis, iusta satis culpæ redemptio, quia si ta-
 cerem, erat, unde ingratitude. Nam quis erit tam uecors,
 tam obtusus, qui si incomparabilem optimæ bonitatis effu-
 sionem, in recreandis, in sustinendis, in dirigendis, in beatis
 ac beandis hominibus meditetur: ad gratiarum actionē spi-
 ritualibus incendijs agitatus, nō protinus soluatur in uoces?
 At quis tam felix, ut uerbis intellectu assequatur, & pa-
 riat quæ concepit à domino? O inuitabiles humane sortis
 angustias, in susceptis siquidē à conditore nostro beneficij,
 si taceamus, ingrati sumus, si loquamur, audentes, si obliui-
 scamur, fatui, si profundius cogitemus, stupidi, sic ut uelut
 agri

agri ob ubertatem steriles, ac in medijs foetibus infœcundi,
 obmutescant docti, loquatur muti, & ignorantes fiant, qui
 plus intellexerūt. Silendum est igitur pariter, ac loquendū.
 Silendum, inquam, ne loquamur indigne, loquendum, ne in-
 grati uideamur: ac uacui ante conspectum summi principis
 apparentes, tanquam donorum beneficentissimi patris, im-
 memores: abdicari, mulctariq; hoc ipso intellectu mereamur,
 qui admotis ab Spiritu Sancto facibus, inter nocturnas ne-
 bulas, & feralis ignorantie copias circumserpentes, quasi
 per columnam ignis nos duciat ad arcana ipsa silentij. Et
 enim, si originis nostræ primordium, atq; auctoris unici di-
 uinitas, in crogata, opificio suo, uirtute, cōtemplamur: ut ex
 nihilo sumus: ut uiuimus: ut spiramus: ut ratione utimur:
 apti ad intelligentias, puris oculis in sine coequabiles, ut de-
 mū post concessum totius orbis imperium, post illapsas cha-
 rites, ac inspirata mentibus nostris sacra, paternæ bonitatis
 stillicidia, per illapsi numinis ineffabilem unionem, detur no-
 bis unum esse cum deo. Si admirandum illud nunquam sa-
 tis laudatæ pietatis officium, pensitamus: q; ob patrias, pro-
 priasq; culpas, pestilenti morbo, languentibus nobis, deus
 uerbum, per quem facta sunt omnia, non ultra passus, con-
 ditas in habitacula cœlorū illustres animas, alta nocte frau-
 dis obtenebrescere, ipse ad terras descendit è cœlis: ut doctor
 esset, qui & dominus erat, atq; aperto ueritatis itinere, in
 æternum sui sanguinis præmium, obduratas malitiæ no-
 stræ tenebras, una cum inferni regni portis effrīgeret. Quis
 tentabit eloquium? Quis tantum in mare pelagus non formis
 dabit?

dabit? *Quæ* uoces, *Quæ* uerba sufficient? *Qui* cõceptus? *Quæ* intellectiõnis imagines satis erunt? *Quæ* affectuum potetia? *Qui* rationis oculi audeant se tantæ lucis fulgoribus immiscere? *Quæ* nam obsecro humani sensus acies? *Quæ* lingua actura gratias pro creatis ex nibilo hominibus semiterreis, & semicælestibus, aut dignitatem suam, quæ in autoris gloriam tota uergitur, aut debitum suum, aut gaudia sua poterit explicare? *Quæ* beatum peccatorem enuncians non turbabitur? *Quæ* deum mortuum, nõ obstupescet? Vnde rogo tam iustis, tam debitis, tamq; non præmittendis laudibus initium sumet, qua medium peraget, quo finem sperabit? Silbit igitur, & infirmitatis, ac obligationis suæ memor, diuinis tantum seruiens spirationibus flagrantis synecritatis thuribulo, cõcremabitur. At cum scriptum sit, confitebimur tibi deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuum, narrabimus mirabilia tua, cumq; officium linguæ sit, & confiteri, & inuocare, & narrare, quis linguam comprimet? quis non loquetur? *Quis* inter tantas spiritus sancti dotes, inter tot donorum preciosa charismata, si à diuinis laudibus temperet, si elinguis iaceat, nõ timeat proferri ad uersus se, illud oraculum. Ve mihi quia tacui. Sed licet ulla utriusq; hominis acies, in luce suppressi luminis figi nequeat: & laudare deum homines in se ipso nõ possimus, quem laudare sine intermissione tenemur, concedit tamen castissimæ affectiõni uia, lux ipsa inaccessibilis, hanc scilicet, in creaturis ipsis laudare creatorem. Sic excusat nos à temeritate, propinquitas: ab ingratitude, pietas: & in creaturarum uir

tutum

tutum collaudatione, humilis animus gratum facit religionis obsequium, qui & si infinitum debeat, satisfecisse pro uiribus arbitrat, cum se sentit præstitisse quod poterat. *Eia* igitur *Clemens* septime, Pontifex Beatissime, in cuius creaturæ præconio, uirtutem optimi maximi creatoris (humanitatem Christi, & Christi matrem semper excipio, prima solis iusticiæ sanctuaria) dignius admirabimur, extollemus, magnificabimus, quam in Saulo illo Christi persecutore, quem blasphemum, occisorem, sanguinarium, & in sanctos fratres insidias molientem, in Christianæ religionis architectum, dominus mutat. Ut hinc appareat potetia simul & clemetia summi imperatoris, q; Paulum fecit è Saulo. Admirabile est audire Ioannis asperitatem, cum tener puer, excellenti, & inaudita hæcenus sanctimonia, agebat uitam inter iustra ferarum: admirabilis illa parcitas cibi, quod locustas, & mel syluestre tantum sumebat, qua & stetit aduersus Herodem, gloriosa constantia. Sed admirabilius quippe dum quæ ille in eremi quiete, innocens faciebat, in mundi strepitu, & (si Chrysostomo creditur) uiliore uictu peraguntur à Paulo: qui ad Christi gloriam, tyranos corripuit plures: & seuiiores eos temeris, & horribiliores, sed & hoc admirabilius, in tertio cælo uidere Saulum, foecundissima altricis diuinitatis ubera, hoc ore suggestem, quo nuper blasphemauerat, his oculis, hoc pectore, pertractantem Emphyreos recessus & iustissimi patris arcana ineffabilia, quo spiras minarum & cædis, in patientes agnos, cum cæcis lupis horretior, debacchabatur, Illius siquid è foelicissimam sanctitatem,

in ma

Incipiunt
laudes Pauli
Epistolæ.

in maternis uisceribus, gratia pollicebatur. Huic autē effusus iustorū sanguis, & in dei mēbris, hoc est in dei sanctis, ut sic dixerim, patrata deicidia, non fauorē dōmini, non angelorum gaudia, sed æternæ mortis incendia promittebāt. O autor Pauli, quam minus dicam, si autor cœli dixerim, uosq; philosophi, uos altissimarum rerum indagatores, cœlum ex nihilo deus fecit, & mirū dicitis: Paulū fecit è Saulo, & non obstupescitis? Comperationes elementorum, herbarum, fructuumq; uirtutes, syderum cursus, cœlorum motus, & totius uniuersi compositionem, ordinē, decorēq; inspicientes admiramini, uidetis Saulum & non admiramini? O Saule admirabilis. O Paule foelix, perpēde ex hoc dignitatis tuæ gloriam, quod in laudem tuam, recitantur & crimina, Sed quæ isthæc sunt crimina? non luxuria, non superbia, nō auaricia, non idolorum seruitus, aut id genus monstra, sed incredulitas, sed ignorantia, ex qua uenit illud in Chrifticolas odium, de quo fuit & misericordiam cōsecutus, quia ignorans fecit in incredulitate. Videamus nunc quæ nā uirtutes, p̄ infusionem gratiæ, successerūt his uitijs in illo, de quo ueritas ait, quia uas electionis est mihi. Nimirum ut de alijs taceam, obedientia contra incredulitatē: charitas, contra odium: & aduersus ignorantiam, sapientia. Succurrit igitur obedientia in primis, & hæc quidem non ficta, non responsans, non resistentis animi, sed illius, qui de se ipso dicat, & uerum dicat, uiuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Chriftus. O inauditā à seculo metamorphosin. O admirabilem diuini hominis obedientiam, qui arbitrium propriæ

De obedientia Pauli.

propriæ uoluntatis exutus, sic se in alterius libentiā transformauit, ut nō solum uiuat per alterum, sed alteri uiuat, & adhuc ultra progressus, mortuus sibi uiuat in altero. Nōne uidet Saulum illum ecclesiæ uastatorem, ad Crucifixi agni genua deuolutum, nefandos antiqui sceleris habitus, ac tabidæ carnis terrenos sensus, tanquam lectas ex hoste manubias, exurere cādentibus flammis, & solitæ incredulitatis perfidos cineres, cōstantissimæ fidei flatibus aboleri, mori corpori, mori tenebris, more obstinationi? Eundēq; ut singularem Phœnicem, per resurgentiæ Chrifti uirtutem, excitatū: uiuere spiritui, uiuere luci, uiuere fidei, uiuere deo, & obedientem patri, usq; ad martyrii palmam speciosissimam Chriftianæ humilitatis imaginem exhibere? En patientissimus miles, imperatoris uirtutē imitatus, non bestias formidat, non horret carceres, nō persecutorū minas, non licitorum furias, non carnificum gladios, non Neronē, non tartara tremit. Sed humana tenens cuncta sub pedibus, nil timet nisi diuelli à Chrifto, nil amat nisi Chriftum, nil querit ultra, nihil extra Chriftū, pene dixerim, nihil est nisi Chriftus, non quia persona Pauli, persona sit Chrifti. Sed quia (si tentemus loqui quæ sunt ineffabilia) per deificatæ, uel saltem deo actæ uoluntatis tenacissimā, simplicissimāq; adhesionem, unus cum deo spiritus factus, nihil sit minus quam Saulus: nihil magis quam Chriftus. Ut sic è Saulo in Paulum, è Paulo in Chriftum uersus, rarissimum puri amoris specimem de se præbeat: ut inclytum, ita etiā uix incredibile fidelibus speculum, O grande, & admirandum SS per se

per secula sacrificiū, quo offertur uoluntas Sauli, & a diu
 sta incredulitate purefcit Paulus. Respexit dominus super
 munera Abel de adipibus ouiuū primitias, offerētis qbus ocu
 lis. quo dulcissimæ paternitatis obtutu credemus eū respec
 tate Paulū exuentem se arbitrij sui sceptro, nu dantiē uiscer
 ra, & dominicæ uoluntatis mucrone, irrationalis appeten
 tiæ exta refecantem interiorem Saulum, hoc est seipsum, ul
 tricibus flammis apponere. Magna fuit Abrahæ fides, ma
 gna obediētia, Qui filium pater solatium unicum serē iam
 conclamata senectutis, ad Paentes aras sacrificaturus ac
 cedit. Sed nouerat iubentis auctoritatem, iam in ualle Mam
 breæ nescio quid uiderat supra hominem, iam ex uisione an
 gelorum, ex multis signis immotuerat illi diuina potētia, uel
 ob hoc solum, q̄ insperatam sobolem dederat senectuti. Spe
 rabat sup orbitatis uulnus, solari ab eodē, q̄ præter ius nas
 turæ fecerat patrem, At noster Saulus non tres uiderat, non
 unum adorauerat, immo ignorabat prorsus quem sic per
 sequebatur, & ecce inter spiratas furias, & imbutos chris
 stiano sanguine sensus, ad primum diuinæ uocis auditum:
 sedulus inquit, domine quid me uis facere? O insperatā ho
 minis promptitudinem. O cor flammis supercœlestibus pa
 ratissimum, primo auditu dominum confitetur, exiit se se,
 mentem offert, & æternum in illius uerba iuratus, uolun
 tatem quærit domini sui. Non petit informari per angelos,
 cuius ista uox fuerit, nō disputat iura domini, non uentilat
 sacramenta christiana. Non postulat crassæ legis intelligen
 tiam, in cuius propugnatione, obsurduerat. Jam ad crassica
 ueritas

ueritatis, non causatur dei nūcium Mosen, non arcæ reli
 quias, non cœli dapes, non marmoris undas, non auorū uis
 ctorias, non gloriam templi, non pacta Solomonis. Non
 cūctatur, non dubitat, non procrastinatione differt. Sed sta
 tim, ac repēte, iouisa hæcenus illustratione fidelissimus ag
 nit dominum, sequitur, plusquam sequitur, ac dēposita uni
 uersæ noctis malitia purgatur, peficitur, illuminatur, &
 ut cuncta dixerim: mutatur in Christū. O domine quid me
 uis facere, ac si dicat, non interrogo, quid me uis credere, iā
 fidei formam oculis tradidisti, credam ecclesie, credam cū
 sanctis fratribus, nec quasi alia mihi quæritans diuerticu
 la orthodoxæ fidei, nitorem temerabo. Quamuis ego sim le
 gis doctor, & etiam Phariseorum peritissimus, quamuis
 Athenarum flores, Platonicorum leges, prophetarum ora
 cula, Priscas Moysi sanctiōes sic didicerim, ut uidear mihi
 uel cuncta penetrasse, non cri gā cristas, ante ueræ lucis cur
 rus humiliabor, captiuabo me ad fidei iugū, nec ab eo dis
 sentiam qui bene te senserit. Non quæro quid credā, non cur
 credā, licet & in his etiam, & rationes humanæ per affla
 tum spiritus, se diuinæ rationi insuperabiles à mēdacio an
 cillas offerunt, siquidē uera ratio à ueritatis luce dissentire
 non potest. At sufficit mihi q̄ tibi uero credo, q̄ per te uerū
 credo, quod in te uerum credo. Iam non mihi, aut terrenum
 supercilium, ut ignorantia solita, molesta sit, credo in Ie
 sum Christū natū & passum. Credo te qui mecū loque
 ris Iesum ipsum esse, & in hoc ipso q̄ dignatus es mecū lo
 q̄, maximū capio tuæ sūmæ dignatiōis indicium, Teq̄ unicū
 SS u peccas

peccatorum seruatorem dubitare non debeo, quem illumina-
 natorē uideo Saulinæ cæcitat̄is. Quid multis opus? in soma-
 no meo, in resipiscencia mea, in hoc ipso q̄ loquitur Saulo
 Christus, aut uere, aut penè uideo, uerum esse, quod credo.
 Cur dubitem, uerbum dei, aduentu suo, homines uisitasse,
 cum Saulus audiam dei uerbi uerbum? credo in te domine,
 credo te deum esse atq; hominem. Qui deus, Qui infinita pa-
 trum iniuria lacesitus, rebelles homines, tanquam exquarti
 cœli fastigio pulsos, in uallem flendæ miseriæ relegaueras.
 Qui homo, Qui iniuriam dei deus ipse persoluēs, te pro cul-
 pis nostris agnum innocētissimum obtulisti patri, in hostiā
 acceptabilem, ac sceleratæ noxæ uirus abstergens, ruptis ho-
 stibus, antroq; tartareo, nobis patriam, patremq; restituis.
 Qui uniuersas sub æthere regiones, auris pestilentibus infe-
 cundas, propij sanguinis fluminibus irrigasti, fecundasti,
 preciosæ fructu prolis opplesti: ut quod marcidum hætes-
 nus, contagiosa carnis eluuiē senescebat, ex arcana tui spiri-
 tus, præuisa olim, Prophetis irroratione, per sacramentum
 pœnitentiæ, incipiat quasi ceruus per sorbitionem hydrarum
 iuuenescere. Non igitur rogo, quid me uis credere, scio quid
 credam, scio cui credidi, unum obsecro domine quid me uis
 facere? Quid profit sine operibus fides? aut quæ utilitas in
 operibus nostris, nisi à te profecta fuerint, nisi ad te dirigantur?
 Quis recte operabitur, si uoluntatē tuam ignoret? aut
 quis uoluntatem tuam percipiet, si ipse non doceas? Volun-
 tas tua lex est, qua suis terminis omnia coercētur, ordo est
 quo pulchra consistunt: iusticia est qua recta iudicātur, Hæc
 est eter

est æternæ immēsitatis uirtus, à qua uirtutes omnes, ut à pe-
 renni pulchritudinis fonte defluerunt. Hæc condidit quæ
 uoluit, sustinet quæ creauit, regit quæ sustinet, Hæc est ius-
 torum læticia, honorū regula, perfectorum gloria, O do-
 ctor salutaris, doce me facere uoluntatem tuam. Non peto
 doctrinam Pythagoricā, nō Peritæteticorum, aut Stoicos-
 rum, aut quamuis ullius hominis sapientiam. Cuncta hæc
 sciebam, sed sciebam nihil dum Christum ignorabā, Nunc
 autem non est opus mihi nisi ut uolūtatem tuam sciam, ut
 sciam plusquā omnia. Non oro ut ostendas mihi supernæ
 Hierosolimæ mœnia, non cœli māiones, non æthereos pri-
 cipatus, non aule tuæ famosa procestria, non ipsas æterni-
 tates diuitias, non thronum regis, non Triadis penetralia.
 Petant hæc imbecilles, quibus firmitus est uidere, quam cre-
 dere. Mihi autem de ueritate tuæ fidei, per subitam uiuæ lu-
 cis circumfulsionem, gratia tua diuinitus informato, teq;
 dominum meum & credenti ueraciter, & simpliciter cō-
 fitenti, quid nō dixeris, si uoluntatē tuam dixeris? Nec me
 latet necessariū esse cuiquēq; homini, ut te induat, seipsum
 exuere utq; beneplaciti tui uoluntatem persentiscat, abijce-
 re procul non modo corpoream, sed prorsus omnem pro-
 priam uoluntatem, Nunc intelligo uocem illius oracu-
 li, quod derisi sepius, dum terrena meditabar, qui amat
 animam suam perdet eam. Ecce omnis uoluntas mea perijt,
 en proprius amor tanquam de tuæ crucis patibulo suspen-
 sus est, en cor meum, ecce uiscera mea. Vides expulsis Sauli
 tenebris, tuis flammis patere spiritum Pauli, uiuo ego iam
 SS iij non ego

non ego aut uoluntati tuæ uicturus sum, aut statim moriturus, At non moriar, sed uiuam, & narrabo opera domini. Sed quod nam opus domini aut memorabilius, aut saluti miserorum, quam summa parat bonitas, accommodatius, quam si putrefacto meæ mentis decore, nunc dominici roris imbribus florescente, non solum uiuat in Christo Saulus, sed uiuat Christus in Saulo, sapiat in Saulo, faciat in Saulo. Audi audi pater misericordiae opera mea, iam non mea, sed illius qui uiuit in me, quod faciã ipse tu facies. & ob hoc rogo quid me uis facere. Si opera quæ ego facturus sum, futura essent tantum opera mea, poterã uideri aut insipiens, aut temerarius, qui tantum munus peterem, homo facinorosus, & te hætenus hostiliter persecutus, sed ad Christi fundum excolendum, ad Christianam cogitationem, ad Christi opera, ad Christiane charitatis officium, quam petam nisi Christi uoluntatem? Christus mihi uita, Christus animus, Christus spiritus, ipse me quid sim facturus edoceat, qui uiuit in me. Audistis mirifici hominis magnanimam petitionem, quæ ne pro rei dignitate dici potest, nec audiri, nec excipi. O magnificum pectus, O admirandæ uirtutis indicium ineffabile, quam cito se esse alium intelligit, & renouati spiritus perspicit dignitatem? Ibat rugiens, ut Christiane religionis uiros uinciret, obrucaret, atq; ad internitionem usq; deleret, medio itinere conuertitur in momento ad Christum, & statim post conuersionem signa exprimit hominis perfectissimi. Non orat peccatorum ueniam primus de sceleratis, non implorat dexteras misericordiae,

cordiæ, sed terrefactura mortalium animos confidentia, ut sapientissimus, ut iustus, ut in dei filium ueraciter adoptatus, petit sibi dominicam uoluntatem. O miras transformatricis gratiæ uires, hæc uox Christi est non Sauli, dicit Christus ad patrem, fiat uoluntas tua, dicit ad Christum Saulus, quid me uis facere, O magni hominis obedientiam inexplicabilem, integre conuertitus, plenissime immutatur, & dicto citius abnegat semetipsum. O me miserum, de sacramento tam subitæ inuouationis, minus concipio, quam par est: minus dico, quam sentio. Magnus erat uterq; Zebedei filius, atq; ob cognationem domini, ob familiaritatem Christi, & catholice discipline documenta uenerabilis: sed adhuc, ut sic dixerim, etiam induti Christi purpuram, nodum pannosos habitus, blandientis sibi uoluntatis exuerant, cum dexteras illas, sinistras illas, ut primas regni cathedras appetentes, præscribebant legem diuinæ uoluntati, Magnus Philippus, ad cuius penetrantia immos spiritus uerba, sapientissimam simplicemq; concionem recepit Samaria uerbum dei, Sed tamē post susceptum sacri discipulatus insignem, post auditã Christi theologiã, post uisa miracula, adhuc æger dicit, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis, quasi non sat esset audire filium, uidere filiũ, inherere filio, nisi ueluti ad cõstantiorē ueritatis suæ fidē, ortus sui autorē, nõ explicaret modo, sed præsentaret, uel ut rectius loquar præsentē patefaceret. Magnus & ille non modo apostolus, sed princeps apostolorum, & tamen à iusto iudice dictum est ei, modicæ fidei quare dubitasti? Magni deniq; omnes apostoli. Sed quis fuit

inter illos, qui usq; ad igneas spiritus sancti linguas, non interdum cum Christi uoluntate, affectum aliquem propriae uoluntatis admitteret, ac particulam quãdam oculi crassioris, tanquam primi odoris reliquias, testa recens imbuta reseruaret. Audierant supra treis annos loquentem dominum & differenter de regno dei, uiderant illum: nullius auxilio principis inuocato, leuare inualidos, mederi infirmis, pascere famelicos, potare sitientes, fugare demones, mortuos excitare. Viderant, inquam, per gratiam Christi paupere: euangelizari, mancos operis habiles, claudos ambulantes, caecos uidentes, & animatos cineres teterrimi orbis arcana prode re, & damnatorum gemitus, iras, furias, tormenta, referare. Viderant & aliquot ipsorum in monte Thabor, ueracẽ æterni regis gloriam, & læto intuitu detecte diuinitatis, instillata faelicibus animis mella, senserant. Viderant, moriete Christo, naturæ iura dissolui, collidi saxa, mare insanire, terram tremere, pullati solis radios obscurari, & tamen cū hæc tanta præcesserint expectata illa dominicæ resurrectionis nuncia, uisa sunt illis deliramenta, quãquam uates prædixerant, & Christus annunciarat. Quid hic de nostro Saulo dicendum est, nihil horum uiderat, nihil senserat, & ecce ad subitæ lucis radiũ, quam tamen & sustinere nequies, forsã plene non uidit, ad unius uocis sonitum, plene humiliatur, plene credit, plene confitetur, plenissime uoluntatem suam obtrens, nil petit nisi dominicam uoluntatem. O singularis fidei exemplum. O inauditæ sæculis obediẽtiæ testimonium, non rogat si tu es, nullam proponit fidei conditionem,

nem, nullum uoluntati propriae concedit sinum, non postulat dari sibi primos accubitus, non ostendi patrem, non fixuras clauorum contrectandas, non palpandum latus, non fidem per digitos acquirendam, sed nulla ambage credit, nulla hæsitacione fatetur, & inter tot mortalium animis appetibilia, solam petit domini sui uolõtatem, ut qui sit sine propria. O imperceptibilem obediẽtiæ synceritatem, triste mihi est auelli alio, hic diutius manendum fuit, ni urgeret me tempus. Sit ergo hæc Saulinæ fidei, obediẽtiæ, humilitatis, summa. Nullus hominum ad audicionem ueritatis tam cito integer conuersus est, & si momentum, instans, si inherentiam, conuersionẽ appellemus, nullus angelus citius, non quia discurrens ratio æquæ uelocitatis cum intelligentia inuertibili cõsenda sit: sed quia Paulus ut angelus libera uolõtatis actũ, illuminatricem motionem subsecutus, consiliũ suæ uocationis, quo ad naturam suam, citissima celeritate, ut sic dicam, possibili cititate cõpleuit. Iam uero si ad charitatem præclarissimi hominis accedamus, nil satis explicare poterit lingua nostra balbutiẽs, nil & si omnes artus conuertantur in linguas. Si experimentum querimus illius fidelissimæ dilectionis, qua Christũ prosequitur Paulus, nonne hoc euidenter transformatur in Christum, portat in corpore stigmata eius: per quem mundus illi crucifixus est & ille mundo. Videmus hic euangelicam promissionis dominicæ ueritatem, manet Paulus in Christo. Christus in Paulo. O æterni benignitas seruatoris. O seruati dignitas Pauli. Videmus ex hoste discipulum, è blasphemio filium, amicum è seruo,

De charitate Pauli.

è seruo, Christum è Saulo. dicat iterum, quod doleant tartara, quod mortales admirentur & sidera, uideamus Saulū, unum esse cū deo. Quis hoc nō credat? nūquid in dilectione sancta nō erit electissimus, qui est uas electionis? aut quicquā ad charitatē plenā defuit tā egregio amatori, qui uiuit extra seipsum? parum dixi, debui dicere, in quo uiuit amatus: parcite queso mortales oēs, parcite q̄so, de quo unquā dixit dei filius, quia uas electionis est mihi: de quo uesterū protulit spiritus dei, uiuit uero in me Christus? Quis unquā ab origine secli tātū fuit calore illo diuino, ac sacris incēdijs inflamatus, ut iam ipse non esset ipse, quis unquā adeo se totum euacua uit, ut in se alter uiueret, aut in se uiuētē alterum sic suscepit, ut alter esset, & ipse nō esset? Perpendite ex hoc Paulinam charitatem, q̄ parum est eam Paulinam dicere. nec dictum hoc fuerit per insolentiam: dixit ultra spiritus dei, uiuit uero in me Christus. Nam si uita Pauli uita est Christi, cur non & Pauli charitas, charitas Christi? O immensam renouantis gratiæ potestātē. exinanita illa Saulini odij rabie, Paulinus amor charitas Christi est. Christi, inquam: ut uiuentis in Paulo, amantis in Paulo. Taceant hic sophisticae cauillationes, neq; insurgāt in arbitrij libertatem, neq; uulnerasse nos, quam dicunt causæ secundæ coagētiā, suspicentur, siquidem non dicimus, amantis sine Paulo, sed dicimus amantis in Paulo. Taceant precor, nec enim est charitas Pauli formaliter (ut ipsi aiunt) charitas Christi. Sed cū uerum sit, uerum utiq; quia spiritus sancti est: uiuo ego iā non ego. Viuit uero in me Christus, quis erit tam stupidus

tam

tam sub cortice languens, qui cooperantis cum infusa illi diuinitus gratia, Paulinæ uoluntatis actiones, non attribuat potius illuminanti numini, quod uiuit in Paulo: quam ipsimet Paulo? O paulinæ charitatis decus. Amat Christus in Paulo. Amat autor in plasto, dominus in seruo, rex in amico, illabens in absorpto, præueniens in præuento, motor in tracto, adiuuans in agente, primo genitus in fratre, doctor in discipulo, caput in membro. O sauli amantis gloria. Amat Christus in Paulo: atq; in ceterum pietissimæ dignationis suæ signum, uiuēs in Paulo, Christus sibi ascribit diuina illa Paulinæ dilectionis incendia. Qui audistis à Paulo uiuo ego iam nō ego: uiuit uero in me Christus, audite etiā: amo ego iam non ego: amat uero in me Christus. si amarē seculum, si uulgi honores, si terræ diuitias, si carnis illecebras, miser Saulus amarem. At cum nihil aliud amem nisi uirtutem, nisi Crucem, nisi Christum: amor meus, amor Christi est. Adorate gentes in amante me, amantem Christum: Quæ, in factō, suspicitis creatorem: Quæ, in redempto, laudatis piūm: Quæ, in conuerso, magnificū admiramini, Adorate, inquam, prorsus & obstupescite. Ac uelut excandescēte ferro, sanationes ulcerum transferuntur in flammam, exusti diuinis ignibus Pauli amorem, non tantum Saulo, uel Paulo, sed urenti Christo, & in me charo amanti, uero autori inflammationis ascribite, ignem uenit mittere in terram, nil uolens nisi ut ardeat. Ardeo Paulus, & necessitatem dixeris, ardeo uolens, ac secundis spirationibus agitatus, incalesco, ferueo, candeo, ipsum uertor in

tor in ignem. Vendicat sibi calorem nostrum, & si quod est nomen doris nostri, qui spiritum meum, per efflu-
 tas charites, ineffabiliter subleuatum, sui spiritus unio-
 ne deussit. Sentite fratres quid sit Christus Iesus, & corpo-
 ris mystici membrorum, capitisq; pensata germanitate, ui-
 ua spiritus sancti fornace, liquecentes: adherentis decus, &
 unientis mysterium, & uniti Christo nume agnoscite. Hic
 fateor nihil explico loquens. At fortasse hoc profuerit, laus
 eius in silentio. Suppetunt res, sunt ut cumq; cõceptus, seruit
 lingua, adsunt uerba, conticescit orator. Sed quid mirũ? So-
 li norunt experti. deus charitas est, & Paulus qui manet in
 charitate, ut sepe dixerim, in deo manet, & deus in Paulo,
 manet utiq;, quia uiuit i Paulo, loquitur in Paulo, docet in
 Paulo, & (quod constanter dicimus) amat in Paulo. Quiq;
 facit ut Propheta inquit, spiritus, angelos suos, & mini-
 stros suos, ignem urentẽ: facit in nuncio suo, in angelo suo,
 in ministro suo. i Paulo suo, mirabilia magna. In Paulo fa-
 cit non tamen sine Paulo. O paulinæ gloriæ claritas. Con-
 uersionem mundi faciunt Christus, & Paulus. In Pauli pe-
 dibus peruolitant mundum, rumpunt hominum laqueos,
 scelera fugant, seminant uirtutes, calcant demonia, simul
 Christus & Paulus. Insulas, terras, Maria, totũ prorsus
 humanũ genus in uoce Pauli, ueritatis disciplina, imbuunt
 Christus & Paulus. O benignitas dei. O pauli dignitas.
 Ad redemptionem gẽtium, in unitate personæ, deus & ho-
 mo sunt unus Christus. Ad illuminationem gẽtium, in cha-
 ritatis ueritate, unus spiritus sunt, Christus & Paulus. Co-
 gor

gor sæpius exclamare. O paulinæ celsitudinis sublimitatẽ.
 Qui facit mirabilia magna solus, creator omnium, redem-
 ptor omnium, dominus omnium, conuersionem mundi nõ
 facit sine Paulo, Cumq; ea cõuersio sit, propter quam ad ter-
 ram deus descendit è cœlis, in tali tamẽ, tantoq; opere, quod
 solius dei est, habet etiam & Paulus quod suum sit. habet
 inquam. & coadiutor est dei. siquidem ad incomparabilis
 sanctitatis maiestatem, ad præconium dogmatis salutiferi,
 ad terræ despectum, ad bella euangelica, ad cædes & uerbe-
 ra, quæ pro fidei gloria, omni fortior adamante, sustinuit,
 nequaquam necessitate ducitur, sed uoluntate. Hinc est, q; si
 Pauli opera, uelut Pauli contemplamur, deficimus. Si uelut
 Christi, obmutescimus. Atq; ut tantillum, de tantæ charita-
 tis thesauro, delibantes: humano captui sermonem accomo-
 demus: cum bonorum operum fundamentum, charitas sit:
 nõne maiorem, præ omnibus, habuisse charitatem, Paulus
 iste dicitur: qui abundantius omnibus laborauit? O paulina
 charitas, si modo hæc Paulina, hæc te pater sanctissime con-
 tinuo, post acceptum regenerationis lauacrum, pulsa omni
 formidine, tulit in synagogas: hæc te i Persas, Parthos, Me-
 dos, Indos, Scytas, Aethiopes, Sauromatas, Sarracenos, qua-
 si uolitantem, uiua, dominici salutaris spiratione, ex homi-
 nibus angelos, hoc est ex saxicolis, chisticolas facientem, quin
 immo ipsos homines prouehentem in angelos, uasta idolo-
 rum clade perduxit. Hæc est, quæ te doctorem gentis uexit
 per Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphum, Per gen, Pã-
 phyliam, Antiochiam, per Iconium, Lycaoniã, Lystras, Der-
 ben,

ben, Pisidiam, Troadem, Macedonia, per Samothracas, Nicopolitanos, Philipenses, Lydios, Thyatirenos, per Amphipolin, Apolloniam, Thesalonicam, Heream, Beroen, Athenas, Corinthum, Ephesum, Syriam, multamq; Asiam, per Hierosolimam, per Achaïam, per Græciam, Asson, Mytilenem, Chium, Samum, Miletum, Rhodium, Pataram, Tyrum, Ptolomaidam, Sydonem, Cretam, Caupam, Italiam, Rhomam. Sunt qui addant & Hispaniam. Ac deniq; per te, nullas orbis provincias non peragrantes, copiosissimam sobolem peperit Christo tuo, dicerem Christo tibi, si non per æqui uoci sensus amphibologia, timuisssem ledere teneras aures. Ista ista tua charitas, nescio iterum an dicam Paule an Christe, cum uiuat in te Christus, effecit ut cum Solymis iungere discipulis: ut suppetias ferres diuino ministerio, cumq; illi renuerent, nescio quod antiqui Sauli uirus pertimescentes, non irasceris, non superbis, non pugnam indicis: sed paterna pietate, benignissimus factus es, omnia in omnibus, ut omnes lucrifaceres. Hæc te per longa terræ, marisq; pericula, fraternas helemosynas, ad manus pauperum fecit afferre. Hæc te in conuertendis gentibus, in illustrandis Hebræis, supra uires corporis patientissimum, fame, uerberibus, plagis, per singulas horas, percussionum sæuitia, & Christianorum cura, crucifixum, maceratum dicam, potiusquam macerauit. Hæc tibi à Lyaconicis oblatam latriam, repulit, & Hecatombeo cruore lytaturum, ad ianuas, sacerdotem, una cum dementi populo, mira iusticiæ tenacitate, cõpescuit. Hæc diabolicos homines, te seminiuerbium, ac nouarum demonio-

rum

rum enunciatorem, appellantes: magnifice contempsit. Christiane sustulit: id solum curas si affabiliter, ac leniter, sermone tuo allechi, ab ingrata noctis torpore, respisceret. Hac diuine doctor Euthycum iuuenem ab inferis excitasti. Hac uirtutes illas ingentissimas, & quas Lucas ipse uix recitet, operatus es. Hac uelut ab igne ignis effectus, integre, mirabiliterq; successus, iam factus totus charitas. Sicut incorporeus, labores omnes, uulneraq; contemnens: utq; cœlorum iam possesor, cuncta prorsus terrena despiciens: & tanquam cum ipsis degeres in corporeis, iungi mentis intentione, uero patris affectu, contra huius mundi principem uigilasti. Hac aperto diuinitus hostio carceris, custodem eius se (si fugeres) immani terrore interfecturum, extremo tui corporis periculo liberas: & duplici uita donatum, ciuem addis choro super cœlesti. Hac deniq; ut in laudem tuam scripsit spiritus sanctus: animam tuam preciosiorem te non faciens, pro adducendis ad pastorem deum ouibus, sustinuisse laborare, esurire, sitire, lassatis manibus, necessitati corporis, etiam & sociorum providere, lapidari, alligari, flagellari, irrideri, torqueri: & tandem crebris uinculis sæpe mori. Donec, post peragratum mundum, & ad dei sacra, tuis uocibus, ut angelica tuba, excitum orbem, post illustratas gentes, & effusa nationibus arcana saluberrima, post continuos triginta annorum labores, post innumeros integerrimi corporis cruciatus, post multas plusquam mortes, diuinam animam, famosum sceleribus suis cumulum. Nero sustulit. Ac purpurato Tybri, & per candidissimum sanguinem, Rhoma sanctificata,

Elificata, in eternam gloriam mortuus, uiuens fecisti locum, quem cū cēla reuisant secula: quē, ueniens hōpes Christi stanus, adoret. Prætereo diuini nostri martyris alia admirabilem uirtutum ornamenta: prudentiam, constantiā, fortitudinem longanimitatem, patientiam, iustitiam, castitatē, orationem, & incredibilem supra cæteros, nō modo quoslibet, uerum & supremi ordinis homines (tanta illi euangelizanti sinceritas) in accipiendis oblationibus, abstinentiam. Prætereo affectuum terrestrium mortificationem, exesum peccatus ieiunijs, ora fame pallētia, castigatam carnem, & præcipui Martis iucudissimo triumpho, redactam, in beatam quandam inconcussi spiritus seruitutem. Sine artificio loquor, puritatem cordis, & asperrimā corporis nuditatem. Nam isthæc & si magna, si rara, si Paulina, poterunt ei esse, cum illustrissimis alijs, ut pote, cū martyribus, cum apostolis, uel in aliqua sui parte, communia. Venio ad sapientiam, in qua tantum excedit sapientissimos homines, ut Sol, clara sydera. O beatissimam doctoris felicitatem, se omnium oculis, omnium mentibus, scholis omnibus, omnibus seculis, tam admirabilem præstitit, quam non imitabilem. Coniiciatur ex hoc Paulina sapientia: quæ qui doctissimum eum dixerit, magis errauerit, quam qui indoctum: si quidem doctrina ista mirabilis, quam selectū Paulum docturus postmodum gētes, in Paulo Christus edocuit, adeo est supra omne doctrinæ nomen, ut iam nō doctrina, sed ueluti quædam ab spiritu sancto inspirata diuinitas: & Paulo ipsi tribuat ineffabile lumen, & linguis nostris, nullam laudare

laudādi ineffabilia potestatem, licebit nobis indoctum Paulum dicere, ut & ipse Paulus stultum dei dixit, dum tamē illa rusticitas, suo modo locum habeat, inaccessæ lucis caligini respondentem. At doctissimum dicere, uel non licebit, uel licebit minus. Appellētur docti Themistius, Plotinus, Numinius, Socrates, Pythagoras, Plato, Aristoteles, aut (quoniam nescientibus Christum doctrina non conuenit) patres alij, qui Christum didicerunt. At pauli doctrina, uel nomē nouum petit, uel nullum nomen. Scientia Pauli, plus est quam scientia, Quicquid illud est, plus est quam doctum quod inter Paulum conferatur, & Christum: ut intacta nobis spiritalia sacramenta, reuelaret deus Paulo per Christū, mundo per Paulum. O paulo doctor gentium, uel communica mihi aptum incomparabili sapientiæ tuæ nomen, uel dabis ueniam, si solitis utar, cum plura non possim. O me pauperrimum, nec in laudem tuā facio, etiam quod posset alius, uel rudis quispiam, quia deficit lingua cum tempore. Sed quis referet mirabiles illos sermones tuos in contione Antiochena? Quis utilissimam per annum cōuersionem? Quis diuinam fecunditatem disciplinæ, ex qua factum est, ut sancti uiri primitus christiani cognominarentur: sic ut tibi post Christum, tam decorum nomē, tam foelicem titulum, tantæ dignitatis insignia debeamus. Quis tuæ uocis lumen, potentiam, uirtutem, uel loquatur, uel inuuet, uel figurabit? cum per omnes dies in synagogis, in populis, in cōuentibus, in agris, in urbibus, in nauibus, omni hora, omni loco, docens de regno dei, uincis Iudeos, disputas cōtra Græcos,

eos, confundis Epicureos, circumligas Stoicos, sic, ut multi qui iuerant curiosa sectati, combustis magnæ pecuniæ libris, ab manibus ad solida, à falsis ad ueracia, atq; à uestis mortuis, ad decum uiuum conuertantur, & uerum. Quale erat tuæ sapientiæ fulgur illud micantissimum, cū te Mercurum dicebant Lycaonici? Cum supra Arginam Palladē admirati Athenienses in tui comparationem, priscorū omnium philosophiam pro nihilo ducunt? Cum territas Arcepagi senes? Cum Sergium Paulum procōsulem Rhomanū Christo subdis? Cum, cæcitate, tenebris cōpensata, oblocutorem punis Elyman magnū? Cum de lege, de Prophetis, de Ioanne, de Christo, de regno cælorum, de iusticia dei, de pietate, de resurrectione, de promissis domini expōns, audientibus mirabilia, ut exuerent per te mortem, quot quot præordinati erāt ad uitam æternam. Quæ nam precor lux uila tui dogmatis, cum per semicinctia tua, conualescūt languidi, demones expelluntur? Cū Lystrianus ambulat claudus, & magnifico capite, noto p te Christo, suorum pedū felicitatem ascribit? Cum respicit Lydia purpuraria, Cū delusis quæstuarijs, exulat Phytō, Cum custos carceris, ab inferni principis carcere liber, exit? Cum per cūctā sere momenta acquisitionis, populum christo paris, Cum doctrina noua, percutis insolētes, instruis humiles, & ignotum deū colētibus. Explicas arcana mysteria, Dionisium arcopagita & famosam Damarin tuos efficis? Quanta uis eloquentiæ, cum Aquillam, cum Priscillam, cum Crispum, cum Caiū, cum totum orbem fleclis ad Euāgelium? Cum ad tui uerbi

bi ful-

bi fulmina, terrētur Saducei? Tertullus orator obmutescit; titubabat Gallio? timet Claudius, trepidat Felix? heret festus? stupefcit Agrippa? & excussa ab Indeimni manu uipera, te deū esse barbari putant? in hoc certe nō barbari, q; de te credunt sublimius quicquam numinis supra hominem. O foelix Paule, cui te comparare audeat, nescit Chriostostomus, Qui in æternā tuæ gloriæ monumētū nihil cūclatus dicit, omnium quippe uirtutē in te electionis uase, sed cum multo prorsus cumulo, condidisti. Nanq; si totum, contra te, aliquis sigillatim iustorū appēdat eborum; inueniet trutinam uirtutum ponderibus à tua parte depressam. Tu alter Abel non semel, sed per dies singulos immolatus. Tu alter Noe, sed absq; arca, insurgēs aduersus te undas impietatis, enauigans. Tu alter Habraham, non modo à patria, uel gente, sed post uocationem tuam ab ipsa etiā uita prorsus abscissus. Tu alter Isaac sponte in hostiam colligatus. Tu alter Iacob, quasi pro uno quodā totius mundi grege, semper inuigilans. Tu alter Ioseph, spiritali fame tabescēte mūdo, ueritatis alimētia distribuis. Tu alter Moses, qui omnes gentes à tyrannide diaboli, reducis ad Christum. Tu alter Aaron non unū, sed utriq; populo inuictus sacerdos, Tu alter Phinees, impietatem Iudeorū, atq; Gentiliū, quasi fornicationē mentiū, uno fidei mucrone, confodis. Tu alter Dauid, q; atrociorē Golia dæmonē prouocasti certamine. Tu alter Helyas clarius raptus in cælū. Tu alter Heliseus, q; gētes ab interioris lepræ pollutiōe mūdasti. Tu alter Ezechias, q; ad unā fidem, diuersos populos atraxisti.

TT ij Tis

Tu alter Iofias, abominationū gētiliū dissipator. Tu alter Petrus nō de terra, sed de cœlo uocatus ad credēdū. O Paule, Paule, siquidem si excellentissimum dixerim, si illustrissimū, parum dixerim, non te sic læsurus sum, ut hominibus conferam. Te potius alterum Grabiēlem, Christi ortū gētibus nunciantem: Michaelemq; alterum non modo Iudæorum, sed Christianorum ducē: conferrem angelis, si nō timerem potius inopiā linguæ, quā causæ. At dicet aliquis, intollerabilem esse istius modi collationem, cū scriptum sit: minuiisti eū paulominus ab angelis. Dicit alius præsertim, si ex illis sit, qui logomachias texunt ex penu philosophiæ: nullam esse rationis, & intelligentiæ æqualitatem. Ego autem, non abijciam illi hebraicam ueritatem, scilicet q̄ illud hebr̄oim nomē, cū pluraliter & singulariter accipiatur: interpretari aliter aut debuit, aut potuit nō & huic plenas spiritui sancto animas, etiā sub carnis ergastulo, terrenis oculis nō fore metiedas. Ut cūq; sit, nō de natura loquimur, sed de gratia, nec expendētes ipsam: sed illū uenerabūdi obseruantes, qui isthæc magnalia fecit, & terribilia. Magnus angelus, & laudabilis, sed magnus & laudabilis Paulus: quia magnus Christus q̄ uiuit in Paulo, magnus utiq; & laudabilis nimis, terribilis sup̄ omnes deos. At dices uiuit etiā Christus in angelo. Fatcor. & iam quippe rationē æqualitatis admittes, cum deus uiuens uiuat in utroq; quis error erit, si conferantur illi, quorum una sit uita: Orant angeli semper magnificantes deum, glorificant incessantes, possident diligentes, At qui, orat paulus sine intermissione, nunquā

Collatio
Pauli ad
angelos.

quam cessat ab actione gratiarum, non querit nisi gloriā dei, non laudat, non prædicat non amat, nisi deum, Sunt, inquam, angeli per charitatis communionem, uiuenti regi, in secula comexi, adde ultra, & uniti semel non sunt separati, sed audi Paulum. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei. doce nos quæsumus magister beatissime, quid differt Paulus ab angelo: quod si Chrysostomi sententia audiēda sit: quis explicet merita Pauli: cum ut (inquit) ille omnia quæ sunt in hominibus bona, una aīa possideat: & ea cūctā plene, atq; cumulatē, quæ non solum hominum sunt, sed quod amplius est, angelorum. Idem rursus, restat ut Paulum angelis comparemus, nec sermonis nostri accusetur audacia, si enim Ioanē, & sacerdotes dei, scriptura angelos nominauit: quid mirū si præstantiorem omnibus Paulum illis uirtutibus conferamus? Idem. & sæpe idem. Paulus angelorum societate fruebatur in terris: angelorum perfectione gaudebat: atq; in nullo inferior, supernis uirtutibus apparere certabat. Idē ultra, & angelis quidem sæpe diuersarum gentium cura commissa est: Sed nullus illorum ita creditum sibi populū gubernauit: ut Paulus uniuersum gubernauit orbem. Michæli gens commissa est Iudæorum: Paulo uero terræ omnes, ac Maria uniuersi orbis habitatio, ipsumq; desertū. & hoc non ad iniuriam dicimus angelorum: sed ostendimus esse possibile, illis hominem copulari: iuxtaq; illorum me-

TT iij rita

rita consistere. Idem deniq. Quoniam enormitas periculorum, hanc de Paulo suggesserat opinionem, & suspicari multos fecerat: q. super humanam naturam proficiens ille tantus existeret, idcirco tribulari permittebatur, ut disceres: quia cum secundum naturam unus esset de pluribus, propter uoluntatem tamen non solum supra homines, uerum etiam unus esset ex angelis. Idem tandem interrogat. Quorum queso Paulus iste honore dignus sit angelorum: qui in tali natura uiuens, potuit quodammodo esse supra naturam? hic si in corporee fuisset naturae, quid tandem pro christi gloria facere distulisset, ex illis operibus propter quae laudamus angelos, quaequae sunt incorporei. Haec audis à doctissimo sanctissimoq. Chrysostomo. Obsecro igitur te summe iterum Pontifex, quid respondendum foret sic interrogati, quid dicemus, potius ne loquamur indigne, an Paulum angelum, an angelos Paulos? nunquam peccauit angelus, peccauit Saulus, uere id quidem. at non Saulus confertur: sed Paulus. quanquam & hoc ipsius Pauli aeternum decus, q. ex peccatore poenitente, ad tanti apicis fastigium prouectus est: q. possit conferri cum angelis. At nec peccare potest caelestis exercitus. iam, hoc non à natura est sed à gratia. Dixerim Ego. & per eiusdem gratiam, post acceptum à Paulo spiritum dei, nihil licuisse sceleribus in spiritum Pauli, quanquam etiam & si licuisse dicatur; cum constet illum noluisse peccare, quid noceat potuisse? immo erit gloriosum, iuxta illud poterat transgredi, & non est transgressus. Magnificum illud in angelis est, quod obediunt

domini

dominicæ uoluntati: sed aliquid est, q. in obeundis sibi muneribus, nullam sufferunt à se ipsis, nullam à creaturis alijs resistentiam, non illecebris carnis molliuntur, non impediuntur hostibus, non terrenis phantasmatibus inuoluntur. At Paulus homo, siquidem non paruae dignitatis est talem fuisse hominem, quantus est qui uiuit extra corpus dñi uiuit in corpore, qui comprimit affectus imbecillos, qui subigit carnea desyderia, qui non solum carnem, menti: sed mentalem hominem subdit, spiritali? Et breuiter, quamquam castris hostilibus, pro conditione humane naturae, circumspēctus, nec cedit uitijs, nec uincitur à demonijs. Adde & quae non est angelis occasione deficiendi, dicente scriptura, ad Corinthios in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, à Iudeis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ternaufragium feci, nocte & die in profundo laboraui, in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore, in erumna, in uigijs multis, in fame, & siti, & ieiunijs multis, in frigore, & nuditate. Quae procul angeli ne tententur ab istis, sed quam procul Paulus ne uincatur ab istis? magnum est nō tentari, & magnū est tētari, & nō uinci. Dicit aliquis & forte triū phalius. grāde illud decus angelorum, q. unusquisq. curat suum hominem, & excubias agit uigiles contra tartara.

TT iij Sed

Sed audi Paulum, inſtātia mea cotidiana ſolicitudo omniū eccleſiarū. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcan dalizatur & ego nō uror? Vide & iſtius curæ expreſſam manifeſtationem. Quia hoc tantum erat q̄ poterat dubitari, addidit. ſcit deus q̄ non mentior. O mira hominis & inenarrāda foelicitas, uni homini, aut uni provincie, cuſtos angelus præponitur aut archangelus. Solicitam curam omnium eccleſiarum Paulus ſuſtinet unus. Quid multis opus? legimus quendam angelum in alterius angeli adiutorium deſendiſſe ad unius provincie homines ſubleuandos, & tamen ad totius gentis cōuerſionem ſufficit unus Paulus, & ut hoc accedat Pauline glorie, auxiliū Pauli, & angeli petunt. En referente Luca, deprecās Paulum, angelus, inquit, tranſiens in Macedoniam adiuuā nos. Nec mirum, ut cui inter omnes uni dixerit, deus, Paule ſufficit tibi gratia mea, ac ſi dicat, non eges nature angelicæ conditione, non angelicis dotibus, non ullius ſublimioris beneficij dignitate. Sufficit tibi gratia mea, quæ te purum ſeruet, quæ immiſceat candēribus animis, quæ te angelum terrenum faciat, eo cœlicolis illis admirabiliorem, q̄ terrenus es angelus. Ardet Saraph e charitatis igne, fulget Cherub intelligentie ſplendore, ſtat thronus iudicij firmitate, totius ſeruitutis ignara dominatio, nulli tyrannicæ diſſimilitudini ſummiſſa eſt. Virtus ingens, uirilil, ac maſcula, ad imitationem dei potenter aſſurgit. Viget poteſtas inſuperabili conſtancia, atq; ad diuinam gratiam tēdens, ordinatiſſime quæ poſt ſe ſunt agmina promouens, ſummæ illius poteſtatis à qua accepit. ut eſſet poſſibilem

bilem in ſe exprimit ſimilitudinem. Ducit ad ſummū principem principatus, atq; imperatoriam dignitatem ductor eſt fingit. Medius archangelus, ſociali iure, extrema complectitur: & per primarias uirtutes, inſtillatam bonitatem, gratius nūcius ad inferiora deriuat. Complectit ordines angelus, & uelut noſtri orbis negociorum diſpoſitor, quod illi per superiores fuit abditus reuelatum, euidentiori nobis lumine manifeſtat. Hæc ſunt ternæ, tertio repetitæ, ſpirituāliū uirtutum diſtinctiones, ſic angelicæ functiones peraguntur. ad quas ſi Pauli actus, & ſplendidiffimos fulgores comparemus, inuenimus in illo non ſolum propinquiſſimam ſingulis ipſis cœlitibus imaginem, ſed ueluti plenam Hierarchiā, omnes totius ſacri exercitus ſplendores (o ineffabilis Chriſti gratia) referentem. Ecce enim Paulus iſte beatiffimus, ut alter Saraph, diuinis rebus nunquā laceſſente ſtudio inſeruit, ardorēq; ac celeritate mirabili, ac feruore nūquam cedētis, aut inclinātis animi inferiora agmina ad ſui ſimilitudinem flagrantiffimo uerbi ſpiritu ſubuehit, illaq; Euāgelij ſui luce uelut incendens, atq; ad ſimilem feruoris gratiam exſucitās, totius obſcuriſſimæ caliginis, hoc eſt, Idolatriæ, ac pſiſtentiæ, pellit errores. Ecce ut Cherub diuinæ ſapiētiae dogma, non per traduces ullos, ſed à deo ipſo accipit, & illibatum per copioſam gratiæ traditionem, abſq; liuore ullo, trāſſundit in alios. Ecce ut thronus ab omni terreni affectus uilitate remotiſſimus, ut eleuata ſedes ad uenietem gratiam, etiā per uincla, per gladios abſq; ullius perturbationis impediamento ſuſcipit, atq; ad Chriſti lucem percipiendam ſemper patens,

patēs, diuinas apparitiones, ac perfectiōes ut peculiaris penetrat, sic socijs participat abūdanter. Ecce ut dominatio ad nihil eorum quae frustra uidetur, sed ad id solum quod uere proprieq; est, tota intētionē conuersus, summāe semper dominantis deitatis, pro uiribus particeps fit, & quia seruire deo regnare est, regnat, & uere regnat. Ecce ut uirtus surgit, atq; uirtutis totius autorē meditatū, ad diuināe bonitatis effigiem, uirtutis largitate prodit ad inferiora, dum se Græcis ac Barbaris pronūcians debitorem, partitur gemas catholice disciplinæ. Viget ut potestas, dū uexilla crucis gestans per totum orbem profligat Sathanā, & totam sceleris cōterit satellitium. Ducat ut princeps, instruitq; gentem quam dum ad lumē excitat æternæ ueritatis sub Christo se nobis exhibet summum ducem. Inspiratam sibi desuper gratiā, in inferiores socios, uiuo puri amoris studio, effundit ut Archāgelus. Et tandem ut Angelus Euangelica sacramēta, non per superiores illos, sed sibi ab ipso deo reuelata manifestat. O angelum Paulum. O augustissimum æterni patris nuncium, an non dicemus Angelum nuncium dei, eo q; homo sit, si talis est homo, q; rapitur usq; ad tertium cœlum? & ingressus paradysum ab ore Triadis, audiuit arcana uerba quæ non licet homini loqui? Quid mirū si sapientior omnibus effectus sit, tantaq; in illo scientia, quanta in nullo unquam fuerit, qui in cathedra paradisi ab æterna ueritate per uivæ uocis oraculū, audiuit solus disciplinam sapientiæ. O paule Paule, si locū in quo didicisti, si a quo didicisti, si quid didicisti profundius cōtemplemur, quid dicemus de te discipulo?

pulo: quid de docētē? si Academia tua paradysus est, si deus doctor, doctrina quid erit? quāta erit, aut qualis? uel quomōdo nobis aut nominari possit, aut intelligi, cū nec laudare eā possumus, nec digne pro meritis admirari. O altitudo diuinitarū sapientiæ, cuius Paulus auditor, cathedra foelicitas, liber, diuinitas, magister ueritas. Quid mirū si ad Paulinæ uocis dulcedinē, ueritatē, maiestātē, ceterasq;, & dicēdi, & sentiēdi uirtutes, alliciātur gētes: cōuertatur mūdus: sternantur dæmones, & retores effugiāt tenebrarū? O æternū decus cœlestis disciplinæ, cuius doctor deus, relator Paulus, fructus cōuersio gētiū. Taceamus nūc Paulinos illos sermones, quos Lucas recitat, uere Paulinos, & qui diuini nostri doctoris redolcāt, innumeris Spiritus sancti dotibus refertā claritatē. Taceamus & de hoc tāto uiro scripta per alios, & quicquid est, quod & si nullis mādātū litteris, a synceris animis excogitari potest dictū fuisse ab illo uiro, qui cū arcana super cœlestia didicisset, uerbū uitæ edocēs mūdū, & terrēna, & inferna mōstra circūligauit. Veniamus ad Paulinas epistolas, quāuis utiq; de re tāta doctius fuerat silere, quam loqui, dignius nihil dicere, quā pauca dicere. Bone deus, quæ profunditas intelligētice in illis est? Quāta uis eloquentiæ: q; abyssus disciplinæ: q; sinceritatis uenustas: qui cādor theologiæ: q; maiestas grauitatis: q; potentia spūs: q; effigies numinis eloq̄ntis? Eloq̄ntiā dico, nō uerborū phaleras, nō fucā, nō prestigias orationis, nō sibi, nō calamistri ornatus, nō cōparatā lenocinijs pulchritudinē. Hæc enim oīa orator ille cœlestis, & supra omnem rethorices artem instructissimus,

De epistolis Pauli.

mus,

mus, interdum contempfit, quandoq; partius egit, sæpe dis-
 simulauit, ut ascriberetur cruci opus illud ineffabile, quo, in
 constantissimum Christianæ ueritatis indicium, per incom-
 ptas uoces, uincuntur sapientes sæculi pallent. Brachmanes,
 pauent Gymnosophiste, mutescit Asia, silet Grecia, hæsitat
 Rhoma. Caveat lector, ne si orationem Pauli uiderit, nunc
 hyperbatis hiulcam, nunc anantapodotis in absolutâ, nunc
 indigestam, nunc minus explicatam, hoc aut imperitiæ Pau-
 li ascribat, aut ruditati. Quin potius diuinas eloquentiæ ui-
 res admiratus, singularis artificis super humanum facundis-
 simæ orationis artificiû, ueneretur: cum ob laudem crucis,
 ob ueritatis gloriam, exiit purpuram calami, ac uelut ue-
 nator princeps, sub uili tegmine, operit uestes imperatorias.
 Hoc enim eloquentiæ fuit non rusticitatis, ut illud q; rudibus
 scribens mysteria quædam magis attigit, quam tractauit.
 Adde q; stilus ipse humilis, & plerunq; deiectus ex indu-
 stria, ut acutissimum non latuit Augustinum, habet etiam
 sua ornameta, suos flores, ut pote qui dux uerbi in actis apo-
 stolicis dicitur, & ut est ad Corinthios, linguis supra cete-
 ros loquitur. Mentior, si orator ullus, ab exordio mûdi, sic
 egit causam clientis, ut hic causam salutis. An est aliud ora-
 toris officium quam in sententiâ suam pellicere auditores,
 & medijs congruis nunc sua astruere, nunc aduersa destrue-
 re. Quis in hoc simimis Paulo? qui precor Egefiâ? qui Car-
 neades? q; Pericles? qui Demosthenes? qui Cicero? quis unquâ
 homo tam uehementer orauit? tam prudenter perorauit? tam
 feliciter exorauit? Discamus ab effectu. Destruxit idola, succi-
 cidit

cidit lucos insipientium, fregit aras brutorû, hæbetauit dæ-
 mones, uicit carnis astuciam, deleuit ignorantiam, & uni-
 uersæ fraudis exercitu profligato, mortalium animos sub-
 didit Christi uerbo. O doctor incomparabilis, quam facun-
 dus dum persuadet, quam grauis dum hortatur, quâ dule-
 cis dum admonet, quâ blandus dum inuitat, quam seuerus
 dum corripit, quam plenus dum instruit, quam iustus dum
 sancit, quam pius dum concedit, quâ cautus dum uitat, quâ
 gratus dum uocat, quam profundus dum querit, quâ po-
 tens dum trahit, quam uerus dum informat, quâ mirus dū
 transformat: quam magnus, quam sublimis? quâ Paulus?
 Hic est elegantissimus doctor, & obseruantissimus cultor
 diuine philosophiæ, cuius sensuum perspicacitatē, rationis
 indaginem, intelligentiæ lumen, natura miratur, cuiq; indi-
 tas sibi à conditore absolutissimo perfectiones, ante omnis
 alios offert inspiciendas, cum diligens, ac religiosissimus me-
 ditator, tâquam per scalam Iacob, ex uisibilibus, ascēdit ad
 inuisibilia. Habeant sibi qui uolent Trimegistum suum, Xa-
 molisidem Oromaji filium Zoroastem, quorum scientiâ ap-
 pelat Plato animorum medicinam, habeant & suos Dami-
 gerões, Apollonios, Hostanes, Dardanos, Eudoxos, Hermip-
 pos. Habeat & Pythagoricos omnes, quos profundos myste-
 riorû perscrutatores obieclat antiquitas. Habeat autem Pa-
 ces, Alpharabios, Auicēnas, Theophrastos, Themistios, Ale-
 xandros, Simplicios, Ammonios. Habeat Iamblicû quē Bar-
 baricæ sopheriæ mystarchē uocat. Habeat Proculû, Damascû
 Olympiodorû. Habeat & Plotinû, quē sudantes Platonicæ
 uix

De philoso-
 phia Pau-
 li.

uix intelligunt. Habeat & quod pluris est, Albertū, Scotū,
& nostros alios, Paulinas epistolas ego habeā. in eis siquidē
de tota pulchritudo, tota castitas, tota dignitas ueræ philo-
sophiæ reperitur. Quicquid est in alijs aut uegetum, aut soli-
dum, aut grande, aut sublime, aut uenerandum, aut firmū,
aut graue, aut copiosum, aut elegans, aut doctū, aut admi-
rādum, totum in Paulo est. Ita ut sine illis omnibus, Paulus
sit philosophus integer, & cōsumatus. illi autem sine Pau-
lo, aut nihil sunt, aut incōstātes, & frigidi, & uel nocituri,
certe uel parum profuturi. Fateor non describit Paulus lapi-
dum differentias, non herbarum, aut arborum uires, non in-
sectorum uitam, non brutorum sensus, nō piscium naturā,
non maris æstuaria, non terræ uiscera, non elementorum cō-
plexiones, non tonitruū causas, non syderum cursus, non de-
fectus luminariū. Non item quæ cælum materia cōstet, quæ
sol magnitudine, an globosa sit luna, an cōcaua, an stellæ co-
hæreant ipsi cælo, an præcipiti cursu circūferātur. Non dis-
putat de instātibus, de formakitatibus de quidditatibus, de ab-
strachōibus, de hecceitatibus, aut de illis alijs, quæ intricatū
faciūt hominem potiusquā aduersus carnos, & spirituales
hostes armatū, argutum potiusquā absolutum, garrulū,
potiusquā sanctū, at noster Philosophus, super omnē Socra-
tem, super omnem Platonē sanctissimus institutor, post ha-
bitis illis (& si probe calluerat) quæ ad curiositatem magis
speclant: quam ad salutem: auctoris cultum, ueritatis obser-
uationem, iusticiæ rectitudinem, sui ipsius noticiam propo-
nit homini, & enarrans uirtutis pulchritudinē, uigorē mē-
tis.

tis, spiritus potestatem, ad puri amoris delicias, incitat sen-
sus nostros, hoc unum intendens, hoc contēdens, ne dignita-
te interioris nostri hominis aut ignorata, aut cōtempta, in
illecebrosæ tenacitatis cœno, uoludemur, ne de generemus
ad bruta, ne ad uolandū habiles, turpiter iaccamus, sed pur-
gatis, per sanctā philosophiā, animis, accensa inextinguibili
fidei lampade, ad perfectiōnis copulam, hoc est, ad spiri-
tales cum cōditore nostro nuptias, induamur ornāmēta uir-
tutum. Hæc uera philosophia, hic philosophus uerus, curat
animæ morbos, dæmoniorū, & uitiorū culuras extirpat
penitus, atq; radicitus, seminat uirtutū plātaria, fidem edo-
cet, firmat humilitatem, iusticiam edicit, & totius pietatis
excolit disciplinā, instruit clerum, ordinat populum, prescri-
bit modum uiuendis, & appetendis. Vas tādē electiōnis
admirandū, imbuit orbē, rore supercœlesti. Postremo, si ut
asserūt Pythagorici, totius philosophiæ finis amicitia ē. Que
nam p̄cor philosophia Pauli erit: q̄ nil aliud p̄dicat, nil in-
gerit mentibus, nil insonat auribus, nisi amicitia illā, nisi pacē
illā, quā facit deus in excelsis suis, quā amūciarunt homini-
bus angeli, quā dilectis suis dedit Christus à cælo in terrā
ueniēs, dedit uiuēs, dedit moriens, dedit resurgēs, dedit &
ascēsurus in cœlū. Percurrite Paulini dogmatis sacramēta,
nil affectiuo sensu edocet, quā charitatis uinculū, quā pacis san-
ctæ fœdera, nil instruit uehemētius, nil explicatius sonat, nil
cōmēdat accuratius, q̄ tolli scysmata, quā diuelli dissentioēs,
quā sentire oēs unū i Christo iesu, quā ex uno calice partici-
pare oēs, quā illibatā amicitia seruari inter fratres, q̄ unius
spūs

spiritus glutino eiusdem corporis membra cœcti. Ob hoc nobis reconciliationem inimicitiarū ueterum factā per Iesu sanguinem sæpe recitat, & in seruatore Christo diuina humanis, & diuinis humana, coniungi, Ob hoc & nos sæpe admonet, obsecratur, obtestatur, ne peccemus in fratres, ne peccemus in nos ipsos, ne diri simus in uiscera nostra, ne templum dominicæ maiestatis uiolemus, ne insurgamus in caput, ne mēbra dei nostri discerpamus. Hoc scilicet studet, hoc postulat, ut sumus concordēs, ut unanimēs, ut inuicē diligentes, ut deniq; in nobis cœlū, & terra, hoc est, corpus, & anima, unius sint uoluntatis unius uoti, unius consilij, unius fidei, unius spei, unius amoris, Ne sint i nobis duo principes quasi interualla regnantes, dum nunc deum per legē mentis, nunc Baal per legem sequimur carnis, sed potius in unitate dei, per uirtutem Christi nō tantū animales, sed spirituales, unus cum deo spiritus facti uiuamus in secula seculorum. Iam uero si de Pauli theologia dicendum est, quis incipiet, quis desinet? liber uite unaqueq; Pauli epistola est, quæ diuinitarum, ac deūciarum diuinarum mensa catholica pascit animos, pabulo saluberrimo, ac uelut ex adipe frumētī refectos, arcanæ inspiratiōis suauissimo liquore, ut mellito petre potat stillicidio. Hic est uerus theologus, q̄ uisam sibi docet diuinitatem, ac sine ulla phantasie nebula, sine ul lius erroris suspicione, sine commixtiōe fumi, puram nobis spirat dei flammam, uerasq; spiritus sancti charites, & sapientiæ summæ sacramenta recludit. Nunc inuitat ad morū sanctimoniam, nunc per uarios allegoriarum fontes hūme-

elat

elat animos ad foetū disciplinæ. Nunc anagogem meditatatur, nunc tangit penitiora mysteria. Hic igitur de origine carnis, de malo sceleris, de gratia redemptionis, de spiritus renouatione, de duplici homine, de terrenis affectibus, de ratione, de amoris synceritate, de triplici morte, de triplici uita, de diuerso modo seruitutis, & libertatis, de duplici circumcissione, de geminis posteris Abrahæ, de legis carne, de spiritu legis, de baptismi uirtute, de commortuis Christo, de uita uirtutis, de iniusticia dei, de spe resurrectionis, de uenturi iudicij ueritate, de futuro sæculo, de gloria, de præfinitis, de præscitis, de uocatis, de gratia, & merito, de arbitrij libertate, de adoptione filiorum, de cœlestibus armis, de lege naturæ, de lege Moysi, de lege peccati, de arcanis diuini consilij, de merito fidei, de stulta fiducia mundanæ philosophiæ, de humilitatis fructu, de uirtutis decore, de uitiorum turpitudine, de breuitate temporis, de necessitate uigilandi, de uirginitatis excellentia, de bono coniuugij, de honore uiduuarum, de cultu Christiano, de coniuugij dominici æqualitate, de mysticis epulis, de multis Spiritus sancti donis, de primatu charitatis, de arcane scripturæ expositione, de fastu & tumultu uitando, de confusione, & superstitione fugienda, de conferendis subsidijs in egenos, de infirmis subleuandis, de imperitoribus crudiendis, de reddenda gratia benefactoribus, de doctrina Christiana, de simplicitate cordis, de bello mundi in Christum, de Satanicis inuasionibus, de autoritate Episcoporum, de sobrietate præpositorum, de cōmuni regula, de admonendis diuitibus, de contentiosis que

VV stioibus

Summa sententiarum q̄ sunt i eplis Pauli.

De theologia Pauli.

stionibus euitandis, de patientiæ felicitate, de constantiæ uictoria, de obfirmandis ad malorum tolerantiâ animis, de uera puritate, de obedientia, de spiritali leticia, de corona martyrij, de triumpho redemptoris, de premio uirtutis, de felicitatis æternitate, & ut summemus omnia, de patre, de filio, de Spiritu sancto. Quid ultra moror? de quocumq; loquitur semper est Paulus, semper est admirabilis, & qui prior inter doctores, diuino iure, sibi uendicet dictaturam magisterij. In hoc uno electionis uase, Colectū est quicquid in Patriarchis, in Prophetis, in Apostolis, uiritim, distribuit beneficis omniū pater. Quicquid usquam sapientiæ à Christo capite, per collum matrem, in pia membra diffunditur, Paulo uni datur, & sic datur, ut quæ in singulis unaquæq; laudatur, in hoc uno, iuncta sint omnia. Ab hoc uase transfusus in posteros uiuus iste liquor theologiæ sanctæ uiscera fecundauit. Quicquid legis in Clemente Apostolicum, in Dionysio diuinum, in Origene admirandum, solidum in Athanasio, magnum in Hylario, magnificum in Hieronymo, aquilinum in Aurelio, in Ambrosio nitidum, in Gregorio reuerendum, sacrum in Chrysostomo, obseruandum in Leone, dulce in Bernardo, theologicū in Thoma, castum in Bona uentura, quicquid deniq; in numerabilibus cæteris, illustre est, dogma Paulinū est, docuit Paulus, debetur Christo per Paulum. Stat hæc summa sententijs theologorum. Si uera est, Paulina est. non est sana, quæ nõ est Paulina. Nec me fugit, plurima amplificare doctores, multa euoluere, multa digerere, nõnulla itidem ex proprijs meditari. Sed interpretã

terpretantur Paulum. non addunt extra Paulum, quicquid ab eis sapiētissime, sanctissime dictum est, aut expressit Paulus, aut sensit, Dicunt isti necessaria, sincera, salutifera, Christiana, utilia, theologica, hoc totum Pauli est. Dicunt interdum & subtilissima, nonnunquam & curiosa, hoc si uelint ascribant sibi, nam subtilia uentilare, non erat illius temporis, curiosa dicere, non erat Pauli. Num forte siluise mysterium Triadis dicitur Paulus, quia Trinitatis nomen in terdocendum suppressit? minime quidem. Sed eo consilio fuit, ne ad gētes loquens, pluralitatem recitaret personarū, ne tres deos colere diceretur, suspicarenturq; Ethnicis, in hoc solum uel à Syro Belo, uel à Numa Pompilio distare Paulum, q̄ illi tercentum deos aut quatercentum colerent, Paulus tres tatum, ac iam non de falsitate plurimorum deorū, sed de illorum numero certamē uideretur. Ecce cur Paulus noluit disputare de ratione relationum, de prioritate originis, de potentia generandi, non personarum, non trinitatis uocabulo usus est. Sed tamen, ut dei trinitatis gloriã, Euangelij sui præconio, celebraret: sæpe Patrem nominat, sæpe Filium, sæpe Spiritū sanctum. Similiter quædam alia indicauit potius, quam explicuit. quia ut paruulis in Christo, lac potum dabat, non escam. Continuit igitur flammium omium sapientiæ suæ splendorem, ne si cæcutientibus oculis subitot ignes ostēderet, profundioribus eos tenebris obcæcaret: quãquam & qui continuit? Qui paternitatem diuinam crebro asserit, qui filium dicit esse imaginem dei inuisibilis, figuram paternæ subsistentiæ, splendorem gloriæ, primo genitū

omnis creaturæ, in quo condita sunt uniuersa, in coelis, & in terra, uisibilia & inuisibilia, in quo omnia constant, in quo omnem complacuit inhabitare plenitudinem, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in coelis, siue quæ in terris sunt. Qui spiritus Sancti amorem, uirtutem, charismata, & efflatus spiritibus uires, ad renouationem, ad adoptionem, ad fulgores gratiæ percipiendos, ad diuinos partus, ad unionem beatitudinis: penè in septimam quamq; lineam protestatur. Nò ne iste theologus profundissimus, nonne & subtilissimus? Nec damno subtilitates quasdam, quæ non sunt expressæ per Paulum: eas precipue quæ doctissimis, ac sanctis patribus, aut necessariæ, aut idoneæ uisæ sunt: ad eludendos hostiles morsus, & hæreticorum pertinaciam refellendam. At dico Paulum doctum arcana dei, qui tanta cum deo habuit, & tam crebra colloquia, quanta, teste Chrysostomo, nec Prophetarum ullus, aut Apostolorum, uniuersa theologicæ ueritatis documenta, non tantum sciuisse, sed docuisse, sed ueluti sub nube uocum texisse quædam, quæ tunc temporis, ut sic dixerim, in cunis ecclesiæ nocitura erant potius, quàm profutura, donec assuefactus mundus dominico saluari, tanquam per auroram precedentem, solares radios comodius sustineret. Sic oblata per Paulum integra totius pietatis disciplina, qui deinceps subtilitatibus, profunditatibusq; explicatius digestis, oblectaretur: posset eas minori periculo, & pæm̄is instructionibus ad uolare. Hoc est in causa Cur diuus Dionysius de utraq; Hierarchia, de mystica theologia, de diuinis

de diuinis nominibus. Item Augustinus de mysterio indiuiduæ trinitatis, & in alijs alijs multa expressius disseruere quam Paulus. Non tamen quasi alteram instituerent theologiam, ea enim post Christum, ubicumq; est, tota est Paulina, sed tanquam interpretantes, non addentes, eundem sacratissimi Pauli spiritum, nò sapientioribus sed latioribus uerbis, sunt prosecuti. Ipse uero Dionysius, ne Paulinæ doctrinæ gloriam sibi usurparet, cum sanctorum spirituum uirtutes, distinctiones, sanctionesq; describeret, ad eximium præceptorem suum retulit, & beatissimi ordinis abstrusa mysteria, & imperceptos humanis oculis fulgores exorsurus, doctoris gentium doctrinam protestatur. Ne uero quis existimet Paulū, ob imperitiorē litteraturam, ar guttissimas istas profunditates subterfugere, audiat illum. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Scilicet, & si interdum tempori seruiens, ut pia mater cum infantulis balbutiret: cum tamen uirtutem masculam in concione sentiebat, cum uiriles animos inspicit audientibus, cum ad perfectos loquitur, uoti compos currit, alacriter emicat, sursum uolat, & cuiuscumq; profunditatis subtilitatem, non modo tangit: sed excutit: sed exligat: sed exponit: ac tanquam Cherub alter diuinas flammæ euomit: quas una cū quatuor illis fontibus paradisi, singularis artifex temperat ad foeturā. Quis dubitat sapientissimum istum doctorem, uel cū Petro conferentem Euangelium suum, uel cum Marco, Luca, ceterisq; perfectis loquentem, familiarius profundissimam diuinitatis abyssum, euoluisset: ac latitudinis, & longitudinis,

Capite .vi.
celestiæ hierarchiæ.

nis, & sublimitatis, & profundi, ut sit deus ubiq; ut nulli
 bi sit, ut sit in omnibus, ut sit extra omnia, intacta mortali-
 bus sacramenta, reserasse: & supereminentem scientiæ Chri-
 sti charitatem, iuxta omnis plenitudinis arcana pandentem:
 inijcere, mirum, non solum hominibus, uerum etiam, si fas
 est dicere, choris ipsis cœlestibus, stuporem. Dat ergo theolo-
 gia ista Pauli, egenis diuitias, leticiam mœstis, languenti-
 bus medicinam, spem pœnitentibus, infirmis uirtutem, per-
 fecis sapientiam, omnibus ueram synceræ pietatis cognitio-
 nem, & absolutæ religionis consummatâ disciplinam. At,
 ne tot bonis posteritas Christiana fraudaretur, utq; etiam
 post dissolutionem sacerrimi corporis, ardentissima nobis
 theatra pietatis, accendens: semper uiueret Paulus, semper
 doceret Paulus. Deceuit, ex spiritus sancti consilio, relin-
 quere mundo æterna sui diuini dogmatis monumenta, que
 sapientiores auidius adorarent. Scripsit igitur ad diuersos
 epistolas quatuordecim, uidelicet ad Rhomanos, ad Gala-
 tas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Colossenses, ad Hebræ-
 os, ad Titum, ad Phylemonem singulas: duplices autem ad
 Corinthios, ad Timotheum, ad Thesalonicenses. In quibus,
 ut manna illud in arca fœderis, tota summa super cœlestis
 theologiæ, in ueri spiritus sacrario, continetur. Hoc uiden-
 tes magni uiri, Origenes, Athanasius, Chrysostomus, Am-
 brosius, Hieronymus, Augustinus, Thomas, & nonnulli
 alij, ne per obscuritatem litteræ, ex indoctorum animis tam
 preciosus liquor efflueret, i Paulinas epistolas meditati sunt
 clarissima commentaria, nuperrime etiam hos secuti faber,
 & Eras-

De numero
 epistolarum
 Pauli.

& Erasmus, digesta ad modum apostoli lectione, iucundi-
 tatem simul & uilitatem præstiterunt. Sed cū ea sit Pauline
 messis copia, ut messoribus licet uigilantissimi, uel ob exu-
 berantiam segetis, uel ex industria, relinquerint ad huc quas-
 dam spicas nobis pauperibus demetendas, cumq; prosa ora-
 tio non eo profuerit apud poeticæ dulcedinis amatores, ut
 familiaritatem debitam Paulinis sententijs comparauerit,
 operæ precium me facturum existimaui, si apostolicum do-
 gma, sincere canerem, ac sub litteræ cortice, sacras diuitias,
 & spirituales delicias adlatētes, si non noua saltem noui sti-
 li interpretatione diuulgarem. Accessit & non nihil occasi-
 onis, nam cum in templo sancti Michaelis Complutensis,
 Ouidij epistolas quidam publice profiteretur, & ex audito-
 ribus essent nonnulli sacerdotes, quærenti mihi cur presbi-
 teri audirent potius epistolas Ouidij, quam Pauli, se stilo,
 idest uersibus elegis, oblectari responderunt. Ad quorum
 responsionem, cum epistolam Pauli ad Ephesios, penè uno
 impetu decatassem, ad cæteras quoq; erexi animum. Opus
 sanè, si absq; inuidia dixerim, nō parui laboris, Ouidium,
 Paulumq; coniungere: atq; in profundissimi oraculi enar-
 ratione, poeticis legibus astrictum, idem dixisse aliter. Quæ
 quidem difficultas ad hoc prodest, ut sit ipsa contra maledi-
 cos patrociniū, Nam si accuser demutilata, aut saltim mi-
 nus explicata sententia, causari possum metri necessitatem, si
 de poetis, deprecabor theologica sacramenta. Sed tamen, ut est
 uis maliciæ, in totum opus liuor insurgit, nec desunt. qui
 Rhomanas litteras prophanas dicunt. putantq; per ipsam
 poesin

Intentio au-
 thoris i mu-
 sa Pauli-
 na.

Ex antiq̄ssi-
 mis lapidi-
 bus: decreto
 ordinis cō-
 plutenſis se-
 pulchro im-
 positus: et ra-
 tione clyma-
 tis dignosci-
 tur. q̄ cōplu-
 tum est ciui-
 tas nobilis
 Hispaniæ in
 Carpetania
 q̄ Suadala
 iaranunc di-
 citur.

Responsio in
 Zollos.

poesin tanquam per illotas meretriculas, diuina isthæc mysteria prophanari. In eos uero facillima superest ratio defensionis. Siquidem apud ætatis priscae uiros, non alia dignior iudicata est, quæ sacrorum mysteria celebraret. constatq; multos ante Homerum mysteria tantum theologica cecinisse. Prætereo Mosem, Iob, Salomonem, Dauidem, Hieremiam, qui poemata excussere quam plurima. Prætereo q; uersum protulit Christus, scilicet Eli Eli Lamaazabatani, Prætereo q; sancta Rhomana ecclesia, quæ mater est, & magistra fidelium, cotidianis precibus diuersi generis poema inserit. Prætereo multa quæ dicuntur à nostris scriptum est misericordias domini in æternum cantabo. Cur obsecro irascantur isti, si cantatas uideant sine apostolicæ inuersione sententiæ Paulinas epistolas, an quia cantatas uident, non uident logisticatas? non quisquilijs sophisticis debonestatas? Atqui dicam iterum cum propheta, cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, & iustificatio quidem & misericordia domini est, q; Paulus hoc sciuit, & misericordia domini, q; Paulus hoc docuit, & nil aliud nisi iustificationes & misericordie domini decantantur, cum Paulinæ cantantur epistolæ. Damnantur obscenæ fabulæ, damnantur carnales musæ, & tanquam leprosa litteræ extrahantur à castris, at qui poetice ipsa cur damnetur, si casta, si pura, si secuta spiritum Pauli, hoc præcipue intendat, ut turpes tollat Veneres, & cõtagiofas lasciuorum poetarum teneritudines procul abigat. Similis profecto dementia est, si quis dum flagiciosam poesin reformidat, damnet simul & sanctam poesin, ac si hæreticus dum

dum illicitæ Veneris condemnat usum, simul & legitimæ conubij iura, contra dei iussum censeat abolenda. Age nunc ipsam poetices gloriam, hoc est, ipsam cantandi necessitatem, percontemur à Paulo. Ecce inquit ad Colossenses: uerbum Christi habitet in uobis, abundanter in omni sapientia, docentes, & commonetes uosmet ipsos in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Idem etiam scripserat ad Ephesios. Quod si cantadũ fuit: fuit, utiq; per Pauli admonitionem, cum illa tria, hymnus, psalmus, cantica, ad sanctam poesin, ad uersus, ad carmina, potius spectent, quàm ad superfluas in prosa quæstiones, quas alibi censuit esse uitandas. Quæ carminis materia fuit, quæ eligeretur, potius quàm doctrina ipsius Pauli, quæ spiritalis est, & uerè spiritalis, abundantissimæ gratiæ ineffabili inspiratione plenam, cõtinet absolutæ sapientiæ disciplinam? Siquidem & diuinus ipse Paulus, qui inserere epistolis suis, & sermoni suo ad Athenienses, ut est apud Lucam, poetarum Ethnicorum carmina, non indignum duxit, & epistolas suas cantari Christianis uersibus gratum feret. Quicq; Epimæidis poetæ Cretensis uaticinium, apostolici oris testimonio decorauit, eundem & musam nostram Paulinam, si uerè Paulinum dogma exprimat, approbaturum esse non dubitamus. Hinc patet quid sit illis respondendum, qui poema ipsum mollius cuperent, & delicias, solitisq; poetarum leporibus, ueluti terrenis quibusdam salibus, circumaspergi. quãdoquidem non ego solius uocis delicias, aut tantum ad exteriorem aurem excogitata pro arbitrio lenocinia, meditabar: sed Pauli

AD BEATISS. PATREM CLAE SEP.

nae litterae spiritum, taquam ex silice uiua, abstrusos ignes
per interpretum consulta, subsequerbar. Quod si hoc etiam,
neq; tenellis auribus, neq; inuidorum, obtrectatorumq; ca-
lumnijs, satisficiat: admittant obsecro, uulgarissimum il-
lud, mihi & Musis, quoniam ut recte Prudentius, quic-
quid illud accidit, iuuabit, ore personasse Christum.

Deo gratias.:

COMPLVTI IN AEDIBVS MI-
CHAELIS DE EGVA,
IDIBVS AVGV-
TI, ANNO,
M.D.LXX.

. IX.:



Errata q̄ recognito volumi-
ne deprehendimus sic corrige.

¶ 50^o. 9. versu 47: fraudes, 10. v. 10: liber. ibi. v. 34: ligna, 11. v.
18: durior, 12. v. 26: p̄cipis. ibi. v. 51: mōmētaq;. 13. v. 37: absin-
dite, 15. v. 10. mōstrata cēda. ibi. v. 39: egēos, 16. v. 36: orbe, 17. v.
12: cūcti, 18. v. 36: orbe, 20. v. 6: malis, 20. v. 43: egēte, 22. v. 24: no-
strę, 25. v. 33: resecans, ibi. v. 51: ingemuisse, 24. v. 6: duce, ibi. v. 7.
nullus, 16. v. 12: quilibet, 25. v. 8: pandere, 28. v. 20: perstat, 29. v.
5: afflauit, 31. v. 36: cōtrahis, 35. v. 29: sancti, 38. v. 14: Terra, ibi.
v. 16: sibi, 39. v. 10: nos, 40. v. 25: nos, ibi. v. 46: petat, 41. v. 46:
gemuisse, 42. v. 35: ore, 43. v. 27: Nobiscū, 44. v. 40: ethereis,
ibi. v. 49. et charis, 45. v. 12: magno, 48. v. 5: funere, ibi. v. 52: vi-
strahet, 49. v. 52: viuo, 50. v. 42: facit, 51. v. 26: nothos, 54. v. 41:
est, 57. v. 2: abest, ibi. v. 48: quod, 58. v. 44: dolore, 63. v. 30: ae-
reos, 64. v. 41: verbis, 66. v. 11: tempore, 67. v. 19: at, ibi. v. 50: fi-
dc, 68. v. 11: immitat, 69. v. 30: vili, ibi. v. 41: fures, 70. v. 11: agno-
scet, 72. v. 37: terrę, 73. v. 51: quite, 75. v. 1: Incūbāt, ibi. v. 9: Pl-
lustrat, ibi. v. 21: posto, 76. v. 50: placere, 77. v. 3: p̄be, 82. v. 12:
pii, 86. v. 30: abstinuisse, 88. v. 12: frustra, ibi. v. 25: cauendū, 90.
v. 15: flammā, 91. v. 15: obuius, 93. v. 22: sustincatq;, 95. v. 25: do-
centes, 102. v. 15: alium, ibi. v. 15: meditatus, ibi. v. 27: vana, ibi.
v. 46: habet, 103. v. 21: Christus, ibi. v. 28: coluisse, 109. v. 18: supe-
rant, ibi. v. 23: esse in, 110. v. 17: sām̄is, 112. v. 33: bellare, ibi. v. 35:
perstat, 115. v. 48: siqd, 116. v. 5: et ipsi, 118. v. 19: fastosos quęre,
119. v. 33: Orerum, 122. v. 39: facies, 126. ver. 24: furit, ibi. concu-
bitores, 127. v. 17: agoz, 128. v. 50: Rex, 129. v. 21: adultera, 131. v.
14: a populo, 132. v. 28: semel, ibi. v. 37: non, 142. v. 43: pperant,
143. v. 41: aera, 144. v. 32: vna, 145. v. 44: vocata, 150. v. 33:
amato, ibi. v. 46: tecta, 152. v. 24: tuis, 153. v. 20: passum, ibi. v.
34: Expiet, 155. v. 50: munus, 156. v. 33: sp̄d̄ c̄scit, 161. v. 7: tribu-
unt, 170. ver. 5: nostrū, ibi. ver. 48: plusq;, 175. ver. 10: hic bygios,
ibi. ver. 15. referente, 176. ver. 34: Respice, ibi. ver. 26: Estitio,
177. ver. 45: hunc, 183. ver. 11. oestrum, ibi. ver. 51: Bethereo,
189. ver. 11: arc, ibi. ver. 5. distracto, 191. ver. 49: superno, 200. ver.
35: hecatōbeo, 204. ver. 13: animos, ibi. ver. 36: motus, ibi. ver. 51.
gtreni, 204. ver. 18: irarū, ibi. ver. 34: mactato, 205. ver. 27: nec,
204. ver. 23: mundatas, 204. ver. 52: pro, 218. ver. 9: meritis, ibi.
ver. 19: gerit, 220. ver. 28: nec, 226. ver. 42: curis, 227. ver. 11: tu,
229. ver. 44: falsis, 230. ver. 27: fulgorib, 233. ver. 37: vero, 238

ver. 14: vocat. 239. ver. 12: exheredare. 241. ver. 12: patrios. ibi. ver.
46: verus. 247. ver. 28: quos. 249. ver. 16: Solymos. 254. v. 37:
Babylone. 258. ver. 15: nostro. ibi. ver. 33: crede. 259. ver. 16: popu
los. 260. ver. 7: fides. ibi. ver. 16: perfida. 265. ver. 15: dux. 268. v.
17: motu. 269. ver. 28: vertere. 271. ver. 4: infide. ibi. v. 29: ppha
ng. 272. ver. 29: demona. ibi. ver. 33: domino. 273. ver. 20: timido
274. ver. 47: regum. 277. ver. 38: lucis. 281. ver. 10: abneget. ibi.
ver. 20: et addatur. ibi. ver. 19: vt. 283. ver. 10: diligit. ibi. 21: Datus.
salenos. 286. ver. 52: facta. 287. ver. 16: ticta. 288. ver. 38. ab. 289:
ver. 5. pius. ibi. v. 17: ostendet. 290. ver. 49. erit. 291. ver. 1. semita.
ibi. ver. 27: obssite. 297. ver. 5: errois. 298. ver. 6: ni. 300. ver. 21. lu
minc. 303. ver. 15: notum. 306. ver. 29: Istrum. 308. ver. 10. verbis
311. ver. 29: Moses. 214. ver. 30. pius. 314. ver. 43: a. 215. ver. 4.
perferar. ibi. ver. 8: tucantur. 315. ver. 40: imputet. 316. ver. 10: ti
bi. 318. ver. 24: suspicienda. ibi. ver. 10: increandis in recreandis.
321. ver. 27. spectaculsi. 321. ver. 54: classica. 322. ver. 5: inuisa. 322.
ver. 32: quod verbis. 323. ver. 46/ nec. 324. ver. 7/ conuertitur. 328.
ver. 39/ iucundissimo. 329. ver. 30/ a bestis. 330. ver. 30/ illustratiff
simi. ibi. ver. 40: obijciam. 332. ver. 11. circūseptus. 333. ver. 30:
frustra. 334. ver. 51. similis. 336. ver. 40. per interualia.